CONTINUATIO
TABULARUM
CHRONOLOGICARUM,

QUÆ AD PRÆFIGENDA

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ
TEMPORA

Apprimè necessaria sunt,

Videlicet

IMPERATORUM ORIENTIS ET OCCIDENTIS, Consulum Romanorum, Regum Franciæ, Hispaniæ, & Angliæ, Hæresum, Controversiarum, & Schismatum, Conciliorum, cùm Oecumenicorum, tum Nationalium, ac denique Virorum Illustrium, qui sive pietate & doctrinâ, sive in instituendis, restaurandis ac propagandis Ordinibus Monasticis, Regularibus, Equestribus, ac Militaribus in Ecclesia floruerunt;

TOMUS NONUS
ET
ULTIMUS.

CUM INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS,

AUCTORE

FR. IGNATIO HIACYNTHO
AMAT DE GRAVESON,

Sacræ Facultatis Parisiensis Doctore, & Collegii Casanatensis Theologo, Ord. Fratrum Præd.

EDITIO IN GERMANIA SECUNDA.

CUM PERMISSU SUPERIORUM.



Augustæ Vindelicorum & Græcii,
Sumptibus Fratrum VEITH, Anno MDCCXXVII.

IMPRIMATUR.
Si videbitur Reverendissimo Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici.
N. Baccarius Episc. Bojan.

IMPRIMATUR.
Fr. Gregorius Selleri Ord. Prædic. Sac. Palat. Apost. Magist.

AUCTORIS
Brevis Observatio circa Notitiam Chronologiæ.

N*Otitia Chronologiæ ad certa Historiæ, cùm Sacræ, tum Ecclesiasticæ, præfigenda tempora adeò necessaria est, ut absque illius ope ac filo omnia Antiquitatis monumenta sùs dèque misceantur; nec ullus unquam ex infinitis propemodùm ac Labyrinthæis ambagibus, quæ, temporum perturbata ratione, sine termino nectuntur, libero pede evadere possit, nisi ei libratæ & accuratæ Chronologiæ præsidia præsto sint;* Sunt enim (*ut appositè ait Gerardus Joannes Vossius in Isagoge Chronologiæ Sacræ*) Geographia, & Chronographia, germanæ Sorores, immò quasi ocelli duo Historiæ, quorum altero si orbetur, lusca fiat; utroque extincto, cæca sit prorsùs. *At enim, ut obiter dicam, quo pacto poterunt illi, qui rectæ Chronologiæ Regulas non callent, Fastos Consulares ordinare, Romanorum Pontificum, Imperatorum, cùm Orientis, tum Occidentis, & diversarum Nationum Regum, ac Principum describere successionem? Quì, inquam, poterunt Regularum Chronologiæ imperiti, persecutionum, & præcipuarum rerum in Ecclesia gestarum exordia, progressus, exitusque certis, finitisque periodis, & epochis comprehendere, ut quo tempore habita generalia, ac celebriora Provinciarum Concilia fuerint; quonam Ecclesiæ Sæculo emerserint Hæreses, Schismata, & Controversiæ; quibus Romani Imperii Principibus, quo sedente Romano Pontifice, quo anno, qua die, Martyrum Passiones inciderint, vel floruerint, & obierint Viri illustres, qui de Ecclesia pietate & doctrina optimè meriti sunt, certò definiant, & ad stateram veritatis appendant? Profectò, qui in doctrina temporum versati non erunt, tanquam cæci in meridie palpabunt in Historia Ecclesiastica, in multos anachronismos turpiter prolabentur, ea, quæ sub* Diocletiano, *Imperatore post homines natos crudelissimo, acciderant, sub* Decio, *vel* Gallieno, *Imperatoribus, præposterè & inscitè collocabunt, præcipua Historiæ Ecclesiasticæ Capita fœdis metachronismis deturpabunt, & veterum Patrum Monumenta longè alieno ab eo, quo signanda sunt, tempore, notabunt. Hos, & alios ejusmodi scopulos, in quos Historiam Ecclesiasticam lectitando impingere posses, facili negotio vitabis, erudite Lector, si Tabulas Chronologicas hìc insertas, in quibus contexendis doctissimorum, & omni exceptione majorum hujus tempestatis Chronographorum vestigia pressimus, præ oculis habere, iisque uti haud graveris ad Historiæ Ecclesiasticæ præstituenda tempora.*

INDEX
TABULARUM CHRONOLOGICARUM
Nec non in eas Observationum, quæ ad præfigenda Historiæ Ecclesiasticæ Tempora omninò necessariæ in hoc Tomo Nono continentur.

CON-

CONTINUATIO SERIESQUE TABULARUM CHRONOLOGICARUM,

QUÆ

AD CALCULOS ACCURATIORES Exactæ, præfigendis Historiæ Ecclesiasticæ temporibus haud parùm inservire possunt.



Uanquam nobis in votis maximè fuisset, quatuordecim Tabulas Chronologicas, quas ad præfigenda Historiæ Ecclesiasticæ tempora necessarias esse judicavimus, uno in Tomo comprehendere, easque simul collectas, studioso Lectori exhibere; hujus tamen argumenti amplitudo, qui ad unius Tomi angustias contrahi minimè poterat, in causa fuit, cur ad calcem secundæ Partis Tomi octavi Historiæ nostræ Ecclesiasticæ jam quinque priores præmiserimus Tabulas Chronologicas, in quarum prima descripsimus seriem, seu nusquam interruptam successionem Romanorum Pontificum à S. Petro, *Apostolorum Principe, usque ad* Innocentium XIII. *qui nunc universæ Ecclesiæ clavum sapientissimè moderatur. In altera texuimus Catalogum Patriarcharum Græcorum Ecclesiæ Alexandrinæ. In tertia, exhibuimus Successionem Patriarcharum Græcorum, & Latinorum Ecclesiæ Antiochenæ. In quarta repræsentavimus successionem Patriarcharum Græcorum, & Latinorum Ecclesiæ Hierosolymitanæ. In quinta dedimus seriem Patriarcharum cùm Græcorum, tum Latinorum, qui præfuerunt Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Has igitur quinque priores Tabulas Chronologicas, jam loco mox à me laudato, insertas, excipient nunc continenti ordine aliæ novem, quæ supersunt, Tabulæ Chronologicæ, quasque consultò ad huncce Tomum nonum Historiæ Ecclesiasticæ remisimus. Incipiemus autem à Sexta Tabula Chronologica, quæ complectetur Seriem Imperatorum Romanorum usque ad divisionem Imperii Romani in Orientale, & Occidentale, & deinde post factam illam divisionem, subjiciam successionem Imperatorum Orientis usque ad* Constantinum *hujus nominis* XI. *quo Imperante* Mahometes II. *Turcarum Imperator, anno MCCCCLIII. Christianorum in Oriente invasit Imperium, quod etiamnum ab illis Barbaris possidetur. Septima Tabula Chronologica singulos ordine percensebit Imperatores Occidentis, dabitque etiam successionem Consulum Romanorum ab anno primo Æræ Christianæ, seu Natalis Vulgaris Christi, usque ad* Basilium *Juniorem, qui anno Christi quingentesimo quadragesimo primo ultimus privatorum Consulatum in Oriente gessit. In Octava erunt Reges Galliæ. In Nona, Reges Hispaniæ. In decima Reges Angliæ. In undecima, omnes Hæreses, Controversiæ & Schismata, quæ in Ecclesia ab ejus primordiis ad hanc usque ætatem emerserunt. In duodecima, omnia Concilia tum Oecumenica, tum Nationalia, seu Provincialia, quæ sive ad extirpandas Hæreses, sive ad restaurandam Ecclesiæ Disciplinam, variis in locis fuerunt celebrata. In decima tertia locum sibi vindicabunt omnes viri insignes, qui eximiâ doctrinâ ac singulari pietate Ecclesiam illustrârunt. Postrema, seu decima quarta Tabula Chronologica, Lectori ob oculos ponet egregios illos Viros, qui Statum seu Monasticum, seu Regularem, novis institutis Ordinibus de Ecclesia optimè meritis, nobilitârunt, instaurârunt, ac longè latèque propagârunt. Hæc autem omnia, de quibus in Colloquiis nostris in universam Historiam Ecclesiasticam lato calamo disseruimus, hic, ne immensum diffundamur, indicare dumtaxat, & quasi digito monstrare abundè sufficiet, quia si lector plura de his scire aveat, annotato semel anno, vel sæculo quo res, ad Historiam Ecclesiasticam spectantes, accidisse ostendunt Tabulæ istæ Chronologicæ, poterit nullo negotio adire ac consulere nostra Colloquia, quæ in universam Historiam Ecclesiasticam per singula quæque sæcula recto ordine disposuimus, eaque octo Tomis comprehensa, in rem illorum, qui ad studium Historiæ Ecclesiasticæ animum appellere gestiunt, jam publici juris fecimus.*

SEXTA TABULA CHRONOLOGICA.

In qua texitur Series Imperatorum Romanorum, usque ad divisionem Imperii Romani in Orientale & Occidentale, & deinde post illam divisionem, describitur series Imperatorum Orientis usque ad annum MCCCCLIII. quo, imperante* Constantino XI. *Christianorum in Oriente Imperium à Turcis Duce* Mahomete II. *destructum est.

ANtequam Seriem texamus Imperatorum Orientis, non abs re erit observare Imperium Romanum, cujus fundamenta jecit *Cajus Julius Cæsar* anno ante Natale Christi Domini quadragesimo octavo, varias habuisse periodos, in quibus mutationes ac divisiones subiit. Enim verò, Imperium Romanum à *Cajo Julio Cæsare* usque ad *Marcum Aurelium*, hoc est, usque ad annum Christi centesimum sexagesimum primum, unicus tenuit Imperator; sed imperante *Marco Aurelio*, duos simul Imperatores Roma videre cœpit, videlicèt *Marcum Aurelium*, & *Lucium Verum*, quem *Marcus Aurelius*, jussu *Hadriani* Imperatoris, Collegam Imperii sibi ascivit. Nulla inde tamen facta est in Imperio Romano divisio rerum, quia *Marcus Aurelius*, & *Lucius Verus* simul Imperium Romanum unanimi consensu administrârunt, perindè ac si non duo fuissent, sed unus tantùm. Mortuis *Marco Aurelio*, & *Lucio Vero*, qui simul imperârunt, administratio totius Imperii Romani uni dumtaxat Principi demandata est usque ad *Caracallam*, & *Getam*, filios *Septimii Severi*, hoc est, usque ad annum Christi ducentesimum undecimum, quo *Julia* Mater *Caracallæ*, & *Getæ*, ita Imperium Romanum divisit, ut ille Occidentalibus Provinciis, hic autem Orientalibus potiretur. Verùm hæc rerum Imperiique Romani divisio deinceps servata non fuit, & quamvis non semel bini fuerint Imperatores, Imperium tamen Romanorum citrà ullam divisionem tenuerunt. At, *Diocletiano* ad Imperii fastigium, anno Christi ducentesimo octogesimo quarto, evecto necessarium visum est, ut crearetur alius, præter ipsum, Imperator, qui Romanum Imperium longè latèque diffusum, & Barbarorum insultibus plurimis, diversisque in locis obnoxium, moderaretur. Elegit igitur sibi *Diocletianus* in Collegam Imperii *Maximianum Herculium*, quem Occidenti præfecit, ipse verò Orientis dominium sibi reservavit. Ab illis duobus Imperatoribus *Diocletiano*, & *Maximiano Herculio*, electi sunt duo Cæsares, nimirùm *Constantius Chlorus*, & *Galerius Maximianus*; qui sibi rursum *Maximinum*, & *Severum*, in hujusque locum *Licinium* adjunxerunt. Sub *Constantio Chlorò*, & *Galerio Maximiano*, Imperium Romanum fuisse duas in partes divisum, observat *Eusebius* lib. VIII. *Historiæ Ecclesiasticæ* cap. XIII. ubi hæc habet: *Porrò, quod nunquam anteà Imperio Romano accidisse memoratur, id tum primùm præter omnium expectationem evenit. In hac enim persecutione, quæ nostris temporibus grassata est, Imperium Orbis Romani in duas divisum est partes*; quem *Eusebii* locum *Henricus Valesius*, in suis in Historiam Ecclesiasticam ejusdem *Eusebii* Annotationibus, sic explicat: *Constantius, & Galerius Imperium Romanum, quasi hæreditatem quamdam inter se partiti sunt. Quæ prima fuit Imperii Romani divisio, ut hoc loco tradit Eusebius. Anteà enim, licèt plures Augusti simul fuissent, tamen Imperium Romanum solidum atque indivisum gubernabant, ut contigit Marco, & Vero Imperantibus. Sed sub Diocletiano, & Herculio Maximiano nulla facta fuerat Imperii divisio, cùm nec Provincias, nec legiones Augusti inter se partiti essent. Rectè ergò Eutropius in libro X. ita scribit: His igitur* (Diocletiano videlicèt, & Herculio Maximiano) *abeuntibus ab administratione Reipublicæ, Constantius, & Galerius Augusti creati sunt, divisusque inter eos Romanus Orbis.* Idem observat *Orosius* lib. 7. his verbis: *Galerius, & Constantius Augusti, primi Imperium Romanum duas in partes determinârunt.* De hac Imperii Romani divisione, sub Imperatoribus *Constantio Chloro*, & *Galerio Maximiano* facta, quam Urbs Roma præ cæteris ægerrimè tulit, loquitur *Porphyrius* in Panegyrico carminè ad *Constantinum* Imperatorem, quod scripsit anno Imperii *Constantini* quinto decimo, quinquennalibus Cæsarum *Crispi* & *Constantini*:

Lacerata cruentis
Imperii pars fessa poli divisa gemebat
Sceptra, & Ausonia mœrebat perdita jura.

Et aliquantò post, ita *Constantinum* Imperatorem alloquitur.

Et reparata jugans mœsti divortia mundi
Orbes junge pares, det leges Roma volentes
Principe te, in populos.

Hæc autem Imperii Romani in duas partes divisio, quæ contigit sub Imperatoribus *Constantio Chloro* & *Galerio Maximiano*, hoc est, anno Christi trecentesimo quinto, quo Imperialem dignitatem sese ultrò abdicantibus *Diocletiano*, & *Herculio Maximiano*, suffecti sunt Augusti *Constantius Chlorus*, & *Galerius Maximianus*, hæc, inquam, Romani Imperii duas in Partes divisio duravit usque ad annum trecentesimum vigesimum quartum, quo *Constantinus Magnus* devicto *Licinio*, toto Imperio Romano solus potitus est, divisit tamen Constantinus Magnus Imperium Romanum in Occidentale ac Orientale, selegitque *Byzantium*, seu Urbem Constantinopolim, ut Sedes esset Imperatorum Orientalium, sicut Roma Imperatorum Occidentalium. Hæc Imperii Romani in Occidentale, & Orientale divisio, post mortem Imperatoris *Constantini Magni*, servata est, ità ut exceptis *Juliano* Apostatâ, & *Joviano*, qui, post obitum filiorum *Constantini Magni*, soli & absque Collega imperârunt, bini semper post mortem Imperatoris *Joviani*, quæ incidit in annum Christi trecentesimum sexagesimum quartum, fuerint semper Imperatores, unus videlicèt Orientis, alter verò Occidentis, eaque duorum Imperatorum, Orientis nimirùm & Occidentis, distinctio perseveraverit usque ad Imperatorem *Augustulum*, seu usque ad annum quadringentesimum septuagesimum sextum, quo anno Imperium Occidentale desiit in *Augustulo*, & deletum jacuit per annos trecentos viginti quatuor, id est, usque ad *Carolum Magnum*, qui ineunte novo Ecclesiæ Sæ-

sæculo

culo Coronam Imperialem à *Leone III.* Pontifice Maximo accepit, & Occidentis salutetus est Imperator, sicqoe per *Carolum Magnum* renovato Imperio Occidentali, habuit deouò Imperium Romanum duos Imperatores, unum in Occidente, alterum in Oriente. Floret adhuc in Germanie Imperium Christianorum Occidentale, à *Carolo Magno* restauratum, cujus clavum nunc sapienter moderatur *Carolus VI.* At, Orientale Christianorum Imperium, jam abhinc eonis ducentis sexaginta novem, extinctum est, sub *Constantino XI.* Græcorum Imperatore, anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio, quo *Mahometes II.* Turcarum Rex Constantinopolim, Imperialem urbem, cepit, ac sibi, suæque barbaræ Turcarum genti Orientis Imperium Græcorum asseruit ac vindicavit. In hac igitur Tabula Chronologica describam dumtaxat Seriem Imperatorum Romanorum à *Julio Cæsare*, qui Imperio Romano dedit exordium, usque ad annum millesimum quadringentesimum quinquagesimum tertium, quo anno cùm Turcæ, sicut mox dixi, Orientis Imperium invaserint, ibidemque, proh dolor! supremo etiamnùm dominio potiantur, ad pleniorem habendam notitiam hujus Turcarum in Oriente Imperii, quod ab *Ottomanno* anno MCCXCVIII. sumpsit exordium, attexam ad finem hujusce Tabulæ Chronologicæ Catalogum Turcarum Imperatorum, qui ab anno millesimo ducentesimo nonagesimo octavo in Oriente imperârunt, usque ad *Achmetem* hujus nominis *III.* qui isto, quem decurrimus, anno, seu millesimo septingentesimo vigesimo secundo, Turcarum in Oriente Imperium tenet.

1 *Cajus Julius Cæsar*, post devictum *Pompejum* in pugna Pharsalica anno quadragesimo octavo ante Natale Christi Domini, quod juxta Æram Christianam, cujus author fuit *Dionysius Exiguus*, illigatur anno quadragesimo quinto Imperii *Octaviani Augusti*, occupatâ supremâ authoritate, & Imperatoris assumpto nomine, Romanæ Reipublicæ administrationis formam immutavit, & Imperii Romani fundamente jecit. Factâ in eum Romæ conspiratione confossus est in Senetu tribus & viginti vulneribus anno Imperii sui quarto, & ante Natale Christi, juxta Æram Christianam, anno XLIV.

2 *Octavianus*, post necem *Cajo Julio Cæsari*, à quo fuerat adoptatus, illatam, imperare cœpit, sed anno dumtaxat, decimo sexto sui Imperii, quo *M. Antonium* in pugna Actiaca prostravit, fuit *Augustus* appellatus. Eo imperante natus est Christus Dominus. Imperavit *Octavianus Augustus*, sumendo ejus Imperii exordium immediatè post mortem *Caji Julii Cæsaris*, annis quinquaginta septem & sex mensibus, obiitque anno Christi XIV.

3 *Tiberius* ab *Octaviano Augusto*, vitrico suo, adoptatus, Imperii habenas post ipsum solus moderari cœpit. Imperavit *Tiberius* à morte Imperatoris *Octaviani Augusti* annis viginti duobus, mensibus sex, diebus viginti sex.

4 *Cajus*, cognomento *Caligula*, à *Tiberio* adoptatus, imperare cœpit anno Christi

trigesimo septimo, sed factus omnibus exosus ob vitia, quibus contaminatus erat, Romæ occisus est, postquàm imperâsset tribus annis, mensibus decem, diebus octo.

5 *Tiberius Claudius*, post *Caji Caligulæ* mortem, salutatus est Imperator anno Christi quadragesimo primo, sed multis vitiis deditus, veneno sublatus est anno Christi quinquagesimo quarto, postquàm imperâsset annos quatuordecim.

6 *Claudius Domitius Nero* ad Imperium evectus est anno Christi quinquagesimo quarto, sed ob multitudinem scelerum, quibus se se turpiter fœdavit, à Senatu hostis judicatus est, & contra ipsum acclamatus in Hispania Imperator *Sergius Galba*, quo accepto nuncio, mortem sibi pugione conscivit *Claudius Domitius Nero*, anno Christi LXVIII. Imperii verò decimo quarto. Fuit crudelissimus Christianorum persecutor.

7 *Sergius Sulpitius Galba*, mortuo *Nerone*, Imperii potitus est an. Christi sexagesimo octavo, illudque per septem dumtaxat menses administravit, ac Romæ trucidatus est die decimâ quintâ mensis Januerii anni Christi sexagesimi noni.

8 *Marcus Salvius Otto*, electus est Imperator eâdem die, quâ *Sergius Sulpitius Galba* trucidatus fuit, seu die decimâ quintâ mensis Januarii anni Christi seaagesimi noni, sed victus ab exercito *Vitellii*, pugione se transfixit die decimâ sextâ mensis Aprilis ejusdem anni Christi sexagesimi noni, postquàm per biduum & tres menses Imperium tenuisset.

9 *Aulus Vitellius* successit in Imperio *Ottoni* die decimâ sextâ mensis Aprilis anni Christi sexagesimi noni, & postquàm imperâsset octo mensibus & diebus quinque, occisus est, & in Tiberim projectus die vigesimâ primâ mensis Decembris ejusdem anni sexagesimi noni.

10 *Flavius Vespasianus* dictus est Imperator eodem Christi anno seaagesimo nono, dum *Otto*, & *Vitellius* de Imperio contenderent, imperavit decem annis, & extinctus est die vigesimâ quartâ mensis Junii anni Christi septuagesimi noni.

11 *Titus Vespasianus* patri suo *Flavio Vespasiano* in Imperio successit anno Christi septuagesimo nono. Imperavit annos duos, & obiit anno Christi octogesimo primo.

12 *Flavius Domitianus* fratrem suum *Titum Vespasianum* in Imperio excepit an. Christi octogesimo primo. Fuit pessimus Imperator, & factâ in ipsum conspiratione, cujus conscia erat ipsius uxor *Domitia*, occisus est anno Christi nonagesimo sexto, Imperii verò sui anno decimo sexto ineunte. In Christianos acriter sævit.

13 *Nerva Coccejus* successit in Imperio *Flavio Domitiano* anno CHRISTI nonagesimo sexto, & postquàm imperâsset annum unum, menses quatuor & dies novem, excessit è vivis die vigesimâ septimâ mensis Januarii anni Christi nonagesimi octavi.

14 *Nerva Trajanus Ulpius*, post obitum *Nervæ* Imperatoris, à quo fuerat adoptatus, Imperium obtinuit anno Christi nonagesimo octavo. Obiit die decimâ Augusti anni Christi CXVII. postquàm imperâsset annos undeviginti, menses sex, & dies quindecim.

15 *Ælius Hadrianus* successit *Trajano* anno Christi CXVII. imperavit annis viginti & uno, atque è vita migravit anno Christi centesimo trigesimo octavo.

16 *Antoninus Pius* Imperatori *Hadriano*, à quo fuerat adoptatus, successit anno Christi centesimo trigesimo octavo, imperavit annis viginti tribus, & excessit è vivis anno Christi CLXI.

17 *Marcus Aurelius Antoninus* in locum Imperatoris *Antonini Pii*, à quo fuerat adoptatus, suffectus est anno Christi CLXI. imperavit annis novemdecim, dies undecim, & vitê functus est anno Christi centesimo octogesimo. A *Cajo Julio Cæsare* usque ad hunc Imperatorem *Marcum Aurelium*, Imperium Romanum unicus Princeps tenuerat, at, imperante *Marco Aurelio*, Roma, ut superiùs observavimus, duos vidit Imperatores, videlicèt *Marcum Aurelium*, & *Lucium Verum*, quem *Marcus Aurelius* in consortium Imperii ascivit. Imperavit autem *Lucius Verus* unà cum *Marco Aurelio* per annos septem, hoc est, ab anno Christi CLXI. usque ad annum Christi CLXIX. quo mortuus est.

18 *Lucius Aurelius Commodus* patri suo *Marco Aurelio* in Imperio successit anno Christi centesimo octogesimo, imperavit annis tredecim, & occisus est anno Christi centesimo nonagesimo tertio.

19 *Publius Helvius*, cognominatus *Pertinax*, Imperator renunciatus est anno Christi centesimo nonagesimo tertio, sed ab Aulicis, quorum licentiam severè cohibebat, trucidatus est Imperii sui mense tertio.

20 *Marcus Didius Severus Julianus* ad Imperium sublimatus est eodem anno Christi centesimo nonagesimo tertio, sed acclamato Imperatore primùm *Pescennio Nigro*, & posteà *Septimio Severo*, à Senatu capitis damnatus est Imperii sui mense secundo.

21 *Septimius Severus* salutatus est Imperator anno Christi centesimo nonagesimo tertio. Vicit *Pescennium*, & *Albinum*, qui Imperium affectabant, & in Christianos crudelem persecutionem movit. Imperavit annis octodecim, & è vivis sublatus est anno Christi ducentesimo undecimo.

22 *Antonius Caracalla*, & *Geta*, duo *Septimii Severi*, & *Juliæ* filii, post mortem patris pari jure imperare cœperunt anno Christi ducentesimo undecimo. Sed *Caracalla* consortem Imperii ægerrimè ferens, fratrem suum *Getam* in gremio matris suæ *Juliæ* interfecit. Imperavit autem *Caracalla* ab obitu Patris sui *Septimii Severi* annos sex, & occisus est anno Christi ducentesimo decimo septimo.

23 *Marcus Severus Opelius Macrinus*, sublato *Caracalla*, Imperator creatus est à militibus anno Christi ducentesimo decimo septimo, sed anno secundo inchoato Imperii sui interfectus est, seu anno Christi ducentesimo decimo octavo.

24 *Heliogabalus*, seu *Elagabalus*, successit Imperatori *Macrino* anno Christi ducentesimo decimo octavo. Imperium per quatuor annos pessimè administravit, ac tandem occisus est in latrina, ejusque corpus in Tiberim projectum anno Christi ducentesimo vigesimo secundo.

25 *Aurelius Severus Alexander*, obtruncato *Heliogabalo*, nequissimo Imperatore, ad imperium evectus est anno Christi ducentesimo vigesimo secundo, illudque sapientissimè per tredecim annos administrevit, ac tandem jussu *Julii Maximini* trucidatus est anno Christi ducentesimo trigesimo quinto.

26 *Julius Maximinus*, post mortem *Alexandri* Imperatoris, in ejus locum suffectus est anno Christi ducentesimo trigesimo quinto, sed anno tertio Imperii sui, cùm *Marcus Antonius Gordianus* fuisset ab exercitu Imperator acclamatus, occisus est *Julius Maximinus* anno Christi ducentesimo trigesimo septimo.

27 *Marcus Antonius Gordianus*, Senior, Imperator acclamatus est anno Christi ducentesimo trigesimo septimo, sed cùm ipsi bellum illatum fuisset, rebus desperatis, necem sibi in cubiculo conscivit anno Christi ducentesimo trigesimo octavo, postquàm uno anno imperâsset.

28 *Marcus Antonius Gordianus*, Junior, Senioris filius, qui non multò post patris sui electionem Imperator renunciatus fuerat, eodem anno Christi ducentesimo trigesimo octavo pariter cæsus est.

29 *Pupienus*, & *Balbinus* in locum *Gordianorum*, senioris nimirùm & junioris, subrogati sunt anno Christi ducentesimo trigesimo octavo, sed, cùm duo isti Imperatores inter se non essent concordes, à militibus eodem anno cæsi perierunt.

30 *Marcus Antonius Gordianus III.* Senioris *Gordiani* nepos, occisis *Pupieno* & *Balbino* Imperatoribus, Imperium obtinuit anno Christi ducentesimo trigesimo octavo, quod per sex annos cùm optimè administrâsset, occisus est anno Christi ducentesimo quadragesimo quarto.

31 *Marcus Julius Philippus*, occiso *Gordiano* Imperatore, salutatus est Imperator anno Christi ducentesimo quadragesimo quarto, & postquàm imperâsset annis quinque, à militibus occisus est anno Christi ducentesimo quadragesimo nono.

32 *Marcus Quintus Trajanus Decius* anno Christi ducentesimo quadragesimo nono Imperator fuit renunciatus. Crudelissimam in Christianos movit persecutionem, quæ incepit anno Christi CCXLIX. sævit adhuc anno CCL. contra Scythas pugnans *Decius* Imperator periit in palude demersus anno Christi CCLI.

33 *Cajus Valens Hostilianus*, occiso *Decio* Imperator fuit inauguratus, sed non multò post inaugurationem suam obiit ex pestilentia anno Christi CCLI.

34 *Cajus Vibius Trebonianus Gallus* Imperium, post mortem *Hostiliani*, per tres annos tenuit, & à militibus, ejus ignaviam despicientibus, occisus est anno Christi ducentesimo quinquagesimo

quagesimo quarto. *Volusianus*, ejus filius, factus Consors Imperii, à militibus unà cum patre trucidatus est.

35 *Cajus Julius Æmilianus* ad Imperium evectus est anno Christi ducentesimo quinquagesimo quarto, sed mense Imperii sui tertio à propriis militibus occisus est.

36 *Publius Licinius Valerianus* Imperium obtinuit anno Christi ducentesimo quinquagesimo quarto, sed anno sexto Imperii sui contra *Saporem*, Persarum Regem, pugnaturus, ab eo captus est, excoriatus, saleque conspersus anno Christi CCLX.

37 *Publius Licinius Gallienus*, filius *Valeriani* Imperatoris, qui eum jam Cæsarem creeverat, dictus est Imperator anno Christi ducentesimo sexegesimo, & postquàm imperâsset ab obitu patris sui annis octo, occisus est anno Christi CCLXVIII.

38 *Marcus Aurelius Claudius*, occiso *Gallieno*, dictus est Imperator anno Christi ducentesimo sexagesimo octavo, obiitque anno Christi CCLXX. postquàm per biennium imperâsset.

39 *Marcus Aurelius Quintillus*, frater *Claudii* Imperatoris, in demortui fratris sui locum suffectus est, sed cum tanto sustinendo oneri se imparem cerneret, venas sibi solvit die decimo septimo Imperii sui, & obiit eodem anno CCLXX.

40 *Valerius Aurelianus* ad Imperium provectus est anno Christi CCLXX. cùmque imperâsset annis circiter quinque, occisus est a militibus anno Christi CCLXXV.

41 *Marcus Claudius Tacitus* à Senatu electus est Imperator anno Christi CCLXXV. sed Imperii sui mense sexto è vivis sublatus est.

42 *Marcus Annius Florianus*, frater *Taciti* Imperatoris, mortuo fratre, arripuit Imperium anno Christi ducentesimo septuagesimo sexto, sed à militibus eodem anno interfectus est.

43 *Marcus Aurelius Probus* electus est Imperator anno Christi ducentesimo septuagesimo sexto, cùmque imperâsset annis sex, à militibus fuit interemptus anno Christi CCLXXXII.

44 *Marcus Aurelius Carus*, occiso *Probo*, Imperator fuit acclamatus anno Christi ducentesimo octogesimo secundo, ictuque fulminis percussus obiit anno Christi ducentesimo octogesimo tertio, cùm jam secundum Imperii sui annum inchoâsset.

45 *Marcus Aurelius Carinus*, filius *Cari* Imperatoris natu major, unà cum fratre suo *Numeriano* Imperii habenas moderari cœpit anno Christi ducentesimo octogesimo tertio, sed *Numerianus*, post aliquot menses ab obitu patris sui *Cari*, ab *Arrio Apro*, qui ad Imperium aspirabat, necatus est; *Carinus* verò, ineunte anno sui Imperii secundo, interfectus est anno Christi ducentesimo octogesimo quarto.

46 *Valerius Diocletianus* fuit in Oriente acclamatus Imperator anno Christi ducentesimo octogesimo quarto. Christianos sævissimè persecutus est, & postquàm per annos viginti unum Imperium tenuisset, sese Imperiali dignitate abdicavit anno Christi trecentesimo quinto.

47 *Marcus Aurelius Valerius Maximianus*, cognomento *Herculius*, quod se è genere *Herculis* oriundum jactaret, à *Diocletiano* Imperator, sibique collega, seu consors Imperii, factus est anno Christi ducentesimo octogesimo sexto. Fuit sævissimus Christianorum persecutor, & Reipublicæ pestis, Secutus *Diocletiani* exemplum, Imperio, quod per annos novemdecim administravit, nuncium remisit anno Christi CCCV.

48 *Constantius Chlorus*, ab Imperatore *Maximiano Herculio* Cæsar electus, eodem Imperium abdicente anno trecentesimo quinto, Augustus, seu Imperator dictus est, obiitque anno Christi trecentesimo sexto, Imperii sui anno primo.

49 *Galerius Maximianus*, cognomento *Armentarius*, electus ab Imperatore *Diocletiano* Cæsar, eodemque dignitati Imperiali anno Christi, ut mox diximus, trecentesimo quinto renunciante, dictus est Augustus, seu Imperator, atque *Constantio Chloro* Collega Imperii datus. Imperavit *Galerius Maximianus* annis septem, & obiit anno Christi trecentesimo undecimo.

50 *Constantinus Magnus*, filius Imperatoris *Constantii Chlori*, eodem Christi anno, seu trecentesimo sexto, quo ipsius pater mortuus est, dignitatem Imperialem obtinuit, quæ etiam eodem anno concesse est *Flavio Valerio Severo*, *Maximino*, *Maxentio*, filio *Maximiani Herculii*, & biennio post, seu anno Christi trecentesimo octavo, eâdem Imperiali dignitate donatus est *Licinius*. Verùm, *Constantinus Magnus* omnes illos Imperii sui æmulos vicit, ac solus tandem obtinuit Imperium. Christianam fidem amplexus, eam latissimè propagavit. Imperante ac promovente *Constantino Magno* celebratum est anno Christi CCCXXV. Generale Concilium Nicænum I. in quo damnatus est Hæresiarcha *Arius*. Imperavit *Constantinus Magnus*, ab obitu patris sui *Constantii Chlori*, annos triginta & unum, obiitque anno Christi trecentesimo trigesimo septimo.

51 *Constantinus* Junior, filius *Constantini Magni*, & *Faustæ*, natu major, Imperium, post mortem patris, partitus est cum suis fratribus *Constante* & *Constantio*, eique in hac divisione cessit Gallia, Hispania, Britannie & Africa Proconsularis ex parte. Imperavit annis tribus, & anno Christi CCCXL. occisus est à fratre suo *Constante*.

52 *Constans*, alter *Constantini Magni* Imperatoris & *Faustæ* filius natu minimus, sortitus est in divisione Imperii Italiam, Africam reliquam, Illyricum, Macedoniam, & Græciam, atque occiso fratre suo *Constantino*, Provincias, quæ ejus Dominio parebant, sui juris fecit, ac solus in Occidente imperavit usque ad annum Christi CCCL. quo anno occisus est in Galliis à *Magnentio*, qui Imperium Occidentale arripuit, eoque potitus est.

53 *Constantius*, tertius *Constantini Magni* Imperatoris, & *Faustæ* filius, obtinuit in divisione Imperii Mysiam, Thraciem, Constantinopolim, Asiam, Ægyptum, Orientísque

tisque Imperium ab Illyrico ad Nisibim, occupavit etiam Imperium Occidentis, postquàm *Magnentius*, qui anno Christi trecentesimo quadragesimo, occiso *Constante*, Occidentis Imperatore, invaserat totum Imperium Occidentale, sese Lugduni in Galliis anno Christi trecentesimo quinquagesimotertio interfecisset, cùm imperâsset per triennium & sex menses. Arianæ Hæreseos fautor ac propagator fuit Imperator *Constantius*, obiitque anno Christi trecentesimo sexagesimo primo, postquàm ab obitu patris sui *Constantini Magni* imperâsset annis viginti quatuor.

54 *Flavius Claudius Julianus*, cognominatus *Apostata*, quòd à Christi Fide ad Idolorum cultum desciverit, *Constantii*, fratris Imperatoris *Constantini M.* & *Basilinæ*, filius, Imperium Romanum solus obtinuit anno Christi CCCLXI. Idolorum Templa reseravit, & sævissimus fuit Christianorum persecutor. Periit in Expeditione, quam adversùs Persas suscepit anno Christi trecentesimo sexagesimo tertio, Imperii verò sui anno secundo.

55 *Flavius Jovianus*, vel *Jovinianus*, Imperator fuit renunciatus anno Christi trecentesimo sexagesimo tertio. Fuit optimus Princeps, de Christiana Religione benè meritus, qui summo cum omnium mœrore octo dumtaxat mensibus imperavit, & extinctus est die XVI. mensis Februarii anni Christi trecentesimi sexagesimi quarti. Mortuo *Flavio Joviano* Imperatore, facta est divisio Imperii Romani in Orientale, & Occidentale, adeò ut successio Imperatorum Orientis planè diversa sit ad nostra usque tempora à successione Imperatorum Occidentis. Hìc successionem Imperatorum Orientis, in altera verò sequenti Tabula Chronologica Imperatorum Occidentis seriem texemus.

Successio Imperatorum Orientis, post factam divisionem Imperii Romani in Orientale, & Occidentale,

56 *Flavius Valens*, post mortem *Joviani* Imperatoris anno CCCLXIV. Imperii consors factus, à fratre suo *Valentiniano*, toti Orienti præfectus est, frater verò ipsius *Valentinianus* præfuit Imperio Occidentali. Moribus & Religione fuerunt valdè dissimiles hi duo fratres Imperatores. *Valentinianus* quippè, Occidentis Imperator, fuit Princeps justus, pius, & Catholicæ Religioni addictissimus, At, *Valens*, ipsius frater Orientis Imperator, crudelem sese exhibuit, & Arianê Hæresi infectus, Catholicos Episcopos acriter insectatus est, & Arianis impensissimè favit; obiitque anno Christi CCCLXXVIII. Imperii sui decimo quinto.

57 *Flavius Theodosius*, dictus *Magnus*, ad Imperium evectus anno Christi trecentesimo septuagesimo nono. Fuit optimus Princeps, pietate, clementiâ, fortitudine, animique moderatione nulli secundus. Tyrannos, *Maximum*, *Eugenium*, & *Arbogastem* sustulit. Pœnitentiæ, sibi à *S. Ambrosio*, Episcopo Mediolanensi, impositæ, dum singulari animi demissione satisfecit, eximiæ suæ pietatis argumentum Christianis Principibus reliquit. Catholicam Religionem, profligatis Hæresibus, latissimè propagavit, de Alanis, Gothis, atque Hunnis insignes victorias reportavit, atque ex hac vita migravit anno Christi trecentesimo nonagesimo quinto, postquàm per sexdecim annos Imperium Orientis tenuisset, illudque sapientissimè administrâsset.

58 *Arcadius*, filius *Theodosii Magni*, Orientis Imperium, post mortem patris sui, sub tutela *Rufini*, perfidi & ambitiosi hominis, moderari cœpit anno Christi trecentesimo nonagesimo quinto. Fuit optimus Imperator, pacis & Religionis amans, sed infelix, ob gravissima bella, quæ ejus Tutor *Rufinus* per *Alaricum*, Gothorum Ducem, in ipsum concitavit. Mortuus est *Arcadius* Imperator Byzantii anno Christi quadringentesimo octavo, Imperii, post obitum patris sui *Theodosii Magni*, decimo tertio.

59 *Theodosius* Junior, seu hujus nominis *II.* filius Imperatoris *Arcadii*, post mortem patris, solus in Oriente imperare cœpit anno Christi quadringentesimo octavo. Multis verè Christianis præfulsit virtutibus, obiitque anno Christi quadringentesimo quinquagesimo, postquàm solus ab obitu patris sui *Arcadii* imperâsset annos quadraginta duos & ferè menses tres.

60 *Flavius Valerius Marcianus*, ductâ in conjugem *Pulcheriâ*, sorore *Arcadii* Imperatoris, eâ tamen lege, ut ejus pudicitiæ vim non inferret; salutatus est Imperator anno Christi quadringentesimo quinquagesimo. Imperavit annis circiter septem, & obiit Constantinopoli die septimâ mensis Februarii anni Christi quadringentesimi quinquagesimi sexti.

61 *Leo*, post mortem *Marciani*, ad Imperium evectus est anno Christi quadringentesimo quinquagesimo septimo. Clementiâ, liberalitate ac pietate inclytus fuit; cùmque imperâsset annis septemdecim, mortuus est anno Christi quadringentesimo septuagesimo quarto.

62 *Zeno Isauricus* Imperio potitus est anno Christi quadringentesimo septuagesimo quarto. Hæreticis Eutychianis apertè favit, atque in eorum gratia[illegible]romulgavit unitivum Edictum, quod *[illegible]ticon* dicitur. Imperavit annos septemdecim, menses tres, & miserè periit anno quadringentesimo nonagesimo primo.

63 *Flavius Valerius Anastasius*, successit *Zenoni Isaurico* anno Christi quadringentesimo nonagesimo primo. Hæreticorum Eutychianorum fautor fuit. Imperatoris *Zenonis* Henoticon, seu unitivum Edictum, approbavit, & postquàm imperâsset in Oriente annis viginti septem, mensibus duobus, & diebus viginti novem, repertus est in Cœnaculo mortuus anno Christi DXVIII.

64 *Justinus* in locum demortui *Anastasii* suffectus est an. quingentesimo decimo octavo. Erga fidem Catholicam fuit optimè affectus, composuitque grave illud ac diuturnum

tum dissidium, quod Ecclesiam Orientalem inter & Occidentalem per annos triginta sex jam fervebat, ex quo videlicet *Felix* hujus nominis *III.* Pontifex Maximus, justo Anathemate *Acacium*, Patriarcham Constantinopolitanum, perculisset. Imperavit *Justinus* annos novem, dies viginti, & mortuus est anno quingentesimo vigesimo septimo.

65 *Justinianus*, Imperatoris *Justini* ex sorore nepos, imperare cœpit anno Christi quingentesimo vigesimo septimo. Fuit quidem optimus Imperator, doctus, ac liberalibus Disciplinis apprimè excultus; sed *Theodora*, conjugis, Eutychianâ Hæresi infectæ, pessimis delusus consiliis, multos in Ecclesia excitavit tumultus occasione trium Capitulorum, quæ in quinta Synodo Generali proscripta, gravissimis contentionibus inter Episcopos inde enatis locum, & occasionem dederunt. Imperavit *Justinianus* annis triginta octo, mensibus septem, diebus tredecim, & mortuus est anno Christi quingentesimo sexagesimo quinto.

66 *Justinus* Junior, Imperatoris *Justiniani* nepos, ei in Imperio Orientis successit anno Christi quingentesimo sexagesimo quinto. Fuit religiosissimus Imperator, mansuetus, Justitiæ perquàm studiosus, & publicæ tranquillitatis amator. Imperavit annis duodecim, & abiit è vivis anno Christi quingentesimo septuagesimo octavo.

67 *Tiberius Constantinus* successit *Justino* Juniori, seu hujus nominis *II.* anno Christi quingentesimo septuagesimo octavo, tenuitque Imperium quatuor annis, hoc est, usque ad annum quingentesimum octuagesimum secundum, quo placidè Constantinopoli vitâ functus est.

68 *Mauricius*, post mortem *Tiberii Constantini*, Soceri sui, imperare cœpit anno Christi quingentesimo octuagesimo secundo. Vitium avaritiæ, quo laborabat ille Imperator, in causâ fuit, cur milites, qui stipendia non accipiebant, ab ipso defecerint, & acclamaverint Orientis Imperatorem *Phocam*, qui *Mauritium* è solio dejectum trucidavit, postquàm omnes ejus filios, ipsomet adspectante, & hanc calamitatem miro pietatis exemplo patiente, per summam crudelitatem jugulari jussisset. Imperavit *Mauricius* annos viginti, menses tres, dies aliquot, & exeunte mense Novembri anni sexcentesimi secundi Imperium simul & vitam perdidit.

69 *Phocas*, occiso *Mauricio*, non tam Imperium gubernavit, quàm per octo annos tyrannidem exercuit. Hunc Tyrannum in omnes libidines effusum, *Chosroës*, Persarum Rex, bello appetiit, & Mesopotamiam, Syriam, Palæstinam, Phœniciam, Galatiam, & Paphlagoniam depopulatus est. Tandem, anno Christi sexcentesimo decimo factâ conspiratione, Imperator *Phocas* occisus est. Ab hoc Imperatore *Bonifacius IV.* petiit & obtinuit Templum, quod Romæ appellabatur *Pantheon*, illudque, eliminatâ omni Idolorum spurcitie, in Ecclesiam *S. Mariæ* Virginis & omnium Sanctorum Martyrum convertit ac consecravit. Extat adhuc Romæ integrum illud Templum, quod, ob ædificii formam, dicitur *Sancta Maria Rotunda*.

70 *Heraclius*, occiso *Phoca*, Orientis Imperator fuit acclamatus anno Christi sexcentesimo decimo. Grassanti Monothelitarum Hæresi impensè favit. A *Chosroë*, Persarum Rege, sæpè victus fuit, sed tandem illius Victor, à *Siroë*, qui in Persarum Regno successit Patri suo *Chosroi*, recepit vivificum Sacræ Crucis Christi Domini Lignum, quod *Chosroës* Persarum Rex, captâ anno sexcentesimo decimo quarto Hierosolymâ, abstulerat, ipsumque *Zachariam*, Patriarcham Hierosolymitanum in captivitatem abduxerat. Imperavit *Heraclius* annos triginta, menses quatuor, & dies sex, obiitque anno Christi sexcentesimo quadragesimo primo.

71 *Constantinus*, hujus nominis *III.* patri suo *Heraclio* Imperatori successit anno Christi sexcentesimo quadragesimo primo. Sed, postquàm imperâsset menses quatuor, e vivis sublatus est, veneno ei propinato à noverca *Martinâ* Augustâ.

72 *Heraclius* Junior, seu *Heracleonas*, filius *Heraclii* Imperatoris, & *Martinæ* Augustæ, sublato Imperatore *Constantino* hujus nominis *III.* creatus est Imperator anno Christi sexcentesimo quadragesimo primo. At Imperii sui mense sexto à Senatu exauctoratus est, & unà cum matre in exilium relegatus, cùm hæc linguam, iste nasum perdidisset.

73 *Constans* hujus nominis *II.* filius Imperatoris *Constantini III.* & *Gregoriæ*, amoto ab Imperio *Heraclio* Juniore, seu *Heracleonas*, creatus fuit Imperator anno Christi sexcentesimo quadragesimo primo. Catholicæ Fidei defensorum acerrimus extitit insectator, & ad propagandam Monothelitarum Hæresim, cui ipse addictissimus erat, funestum promulgavit Edictum, quod *Typus* appellatur. Pessimè Imperium administravit, ac tandem anno Imperii sui vigesimo septimo, seu anno Christi sexcentesimo sexagesimo octavo, Syracusis in Sicilia cæsus est in balneo.

74 *Constantinus* hujus nominis *IV.* filius Imperatoris *Constantis* hujus nominis *II.* dictus à promissa, quam gestabat, barbâ, *Pogonatus*, Imperio, post obitum patris sui *Constantis*, anno sexcentesimo sexagesimo octavo potitus est. Catholicam fidem adversùs Monothelitas egregiè defendit, obiitque anno Christi sexcentesimo octuagesimo quinto, Imperii sui decimo septimo.

75 *Justinianus* hujus nominis *II.* filius *Constantini Pogonati* & *Anastasiæ*, successit patri suo *Constantino Pogonato* anno Christi sexcentesimo octuagesimo quinto. Sed, cùm Princeps crudelis esset, naso mutilatus, solio dejectus in Chersonem Urbem relegatus est anno Christi sexcentesimo nonagesimo quinto, Imperii verò sui decimo.

76 *Leontius*, exulante *Justiniano* hujus nominis *II.* Imperium Orientis arripuit anno Christi sexcentesimo nonagesimo quinto, illudque

illudque per triennium tenuit, hoc est, usque ad annum Christi sexcentesimum nonagesimum octavum, quo anno in Dalmatiam, truncato naso, ablegatus est.

77 *Tiberius Apsimarus*, amoto & in exilium pulso *Leontio*, imperare cœpit anno Christi sexcentesimo nonagesimo octavo. Imperavit autem septem annis, id est, usque ad annum Christi septingentesimum quintum, quo anno *Justinianus* Imperator hujus nominis *II.* qui mutilatus naso in urbem Chersonam relegatus fuerat, sese Orientis Imperio restituit, & *Leontium*, atque *Tiberium Apsimarum*, qui tempore ejus exilii, Orientis Imperium invaserant, interfecit; ipse verò *Justinianus* hujus nominis *II.* postquàm in Imperium anno Christi septingentesimo quinto fuisset restitutus, illud per sex annos administravit, & occisus est anno Christi septingentesimo undecimo. Hic Imperator *Justinianus*, hujus nominis *II.* qui etiam *Rhinotmetus*, quod naso truncatus esset, cognominabatur, fuit ultimus è Senioris *Heraclii* Imperatoris familia, quæ cum ipso omninò extincta est, postquàm sæculo integro in Oriente imperasset. *Heraclius* siquidem senior, ut videre est in ista Tabula Chronologica, cœpit imperare in Oriente anno Christi sexcentesimo decimo, & *Justinianus* hujus nominis *II.* Imperator, qui fuit ultimus è familia *Heraclii* Senioris oriundus, Imperium simul & vitam perdidit anno Christi septingentesimo undecimo.

78 *Philippicus*, *Bardanis* filius, occiso Imperatore *Justiniano* hujus nominis *II.* salutatus est Imperator anno Christi septingentesimo undecimo. Hæreticos Monothelitas fovit, & Orthodoxos atrociter persecutus est. Anno secundo Imperii sui, seu anno Christi septingentesimo decimo tertio, à conjuratis fuit excæcatus, dum sub meridiem somno indulgeret, & in carcerem conjectus est in pervigilio Pentecostes ejusdem anni.

79 *Anastasius* hujus nominis *II.* dictus antehàc *Artemius*, ad Imperium evectus est in die Sacro Pentecostes anni septingentesimi decimi tertii, imperavit annis circiter duobus, & Imperii depositis Insignibus, habitum Monasticum induit anno Christi septingentesimo decimo quinto.

80 *Theodosius* hujus nominis *III.* postquàm *Anastasius II.* Imperio sese abdicasset, in ejus locum substitutus est. Erga Ecclesiam, Fidemque Catholicam fuit optimè affectus, sed uno tantùm anno, cum uno aut altero mense, Imperio potitus est, cùmque audisset, *Leonem*, dictum *Isaurum*, fuisse ab exercitu Imperatorem Orientis salutatum, sponte cessit Imperio, & cùm ipse, tùm ejus filius, Clericorum albo adscripti, reliquum vitæ tempus transegerunt.

81 *Leo* hujus nominis *III.* dictus *Isauricus*, quod in Isauria ex ignobili familia natus esset, fuit acclamatus Imperator an. Christi septingentesimo decimo septimo. Nihil intentatum reliquit, ut Sacras Imagines de medio tolleret, earumque cultum penitùs aboleret, indèque dictus *Iconomachus*, & *Theomachus*. Imperium Orientis per spatium annorum viginti quatuor pessimè administravit, obiitque anno Christi septingentesimo quadragesimo primo.

82 *Constantinus* hujus nominis *V.* successit Patri suo *Leoni V.* anno Christi septingentesimo quadragesimo primo, dictus est *Copronymus*, à stercore, quo, dum baptizaretur, sacrum fontem fœdavit. Fuit etiam appellatus *Caballinus* ab equino stercore, cujus odore & tactu vehementer delectabatur. Impietatem patris sui *Leonis* superavit *Constantinus Copronymus*, Imperator, & in Sacras Imagines, Sanctorum Reliquias, & in omnes Viros Orthodoxos summa crudelitate sævit, anno tandem Christi septingentesimo septuagesimo quinto miseram efflavit animam, postquàm ab obitu patris solus imperasset annos triginta quatuor, menses duos, dies viginti sex.

83 *Leo* hujus nominis *IV.* successit patri suo *Constantino Copronymo* anno Christi septingentesimo septuagesimo quinto, ejus impietatem imitatus est, & ad exterminandas omnes Sacras Imagines Pseudo-Synodum convocavit. Periit sacrilegus ille Imperator an. septingentesimo octuagesimo, postquàm ab obitu patris sui *Constantini Copronymi* solus imperasset annis quinque, exceptis diebus sex.

84 *Irenes*, uxor *Leonis* hujus nominis *IV.* ejusque filius *Constantinus* hujus nominis *IV.* annum ætatis suæ agens duodecimum, post mortem Imperatoris *Leonis IV.* habenas Imperii moderari cœperunt anno Christi septingentesimo octuagesimo, sed *Constantinus* hujus nominis *VI.* decennio post susceptum à patre Imperium, *Irenem*, matrem suam, rerum administratione anno Christi septingentesimo nonagesimo privavit, ac solus per septem annos, id est, usque ad annum Christi septingentesimum nonagesimum septimum, crudelissimè regnavit. Quâ de causa, jubente matre *Irene*, eodem anno excæcatus, paulo post præ dolore è vita migravit. Eo autem e vivis sublato, *Irenes*, ejus mater, sola Imperium administravit per quinque annos, hoc est, usque ad annum octingentesimum secundum, quo *Nicephorus*, Patricius Constantinopolitanus, eam in ordinem redegit, atque omnibus fortunis exutam in *Lesbum* relegavit, ubi, necdùm vertente anno, diem supremum obiit.

85 *Nicephorus*, post dejectam Imperio *Irenem*, eamque in Lesbum Insulam relegatam anno octingentesimo secundo, invasit Orientis Imperium, illudque pessimè administravit. Favit siquidem Hæreticis Paulicianis, novis Manichæis. Christianos pios crudeliter persecutus est. In Episcopos, Clericos ac Monachos sævit, & Tributis insolitis, atque tyrannicis exactionibus populum oppressit. Miserè periit in bello Bulgarico, à *Crummo*, Bulgarorum Rege, interfectus anno octingentesimo undecimo, postquàm imperâsset annos octo, menses totidem, & dies viginti sex.

86 *Michaël Curopalates*, cognomento *Rangabe*, à Senatu, & exercitu Imperator salutatus an. Christi octingentesimo undecimo, bellum

bellum gessit cum Bolgeris, in quo à *Crummo*, Bulgarorum Raga victus, sa tanto ferendo onati imparam, dignitate Impatiali spontè abdicavit, & habitum Mooasticum induit anno Christi octiogamasimo decimo tertio, imparii verò ini anno secundo.

87 *Leo* hujus nominis V. dictus *Armenus*, post ltbatam *Michaëlis Curopalatis* abdicationam, coronatus ast Imperator die X. Mansis Julii anni octingantesimi decimi tertii. Fuit crudalis, impius, & Iconomechus, etque postquàm impatasset annos septem, menses quinqua, & dies quindecim, multis vulnaribus in Ecclasia confossus ioteriit ipso die natelitio Christi Domini anni octingantasimi vigesimi.

88 *Michael Balbus*, qui *Leoni Armeno* mortem machinatus fuatat, ao obtruncato, Oriantis Imparator est acclamatus anno DCCCXX. Prædacassoram suum, *Leonem Armenum*, malitia, & impiatate superavit. Catbolicos acttar infactatus est, & Sacris Imaginibus crudela bellum indixit. Obiit flagitiosissimos ille Imperator anno octingaotasimo vigasimo nono, cùm annos novam & totidam menses Orientis Imperium tenuisset.

89 *Theophilus*, post obitum patris sui *Michaëlis Balbi*, Imperio potitus est anno Christi octingentesimo vigesimo nono: Iconoclastarum Hæresim, quam à majoribus suis cum lacte suxarat, fovit, & Orthoduxis viris infeniom sa præbuit. Bello com Sarecenis parùm felicitar gasto, io mœrorem incidit, indè in dysantcriam, quá periit anno octingantasimo quadragasimo primo, postquàm imperasset annos duodacim, menses tres, & dias octodecim.

90 *Michaël* hujos nominis *III.* successit patri suo *Theophilo* annu Christi DCCCXLI. Imparavit unà cum matra sua *Theodora*, religiosissima fœmina, annos quatuordacim, hoc ast, usqua ad annum octingantasimom qoinqoagesimum quintum, quo anno *Michaël*, Impetator, prava Avunculi *Bardæ*, nequissimi Viri, sacutus consilia, mattam soam *Theodoram* in axilium ablegavit, ipse verò daliciis, ludis ac perpotationibus deditus, solus regnavit undecim annis, id ast, usqua ad annum Christi octingaotasimum saxagasimum septimum, quo, dum edormiret crapolam, trucidatus ast.

91 *Basilius*, subleto à vivis *Michaële*, Imperium obtiooit. Catbolicam Raligionam fovit, sacrarum Imaginum cultum promovit, & Saracenos variis præliis profligavit. Sob *Michaële*, Decassora suo, imperavit ennum onum, & post obitum *Michaelis* solus per spatiom nuvam decim annorum Imparii habenas modaratus ast, vidalicèt osqoe ad annum octingentasimum octuagasimum sextum, quo à vivis areptus est.

92 *Leo* bujus nominis *VI.* succassit patri suo *Basilio* anno Christi octingentasimo octuagesimo sexto. Fuit Imperator pius, in administranda Rapublica solers, & ob eximiam, qua pollebat, aruditionam, *Sapiens*, sau *Philosophus* cognominatos. Imparavit annos viginti quinque, manses duos, & dies decem, vitamque protrexit ed annum usque nongentasimum undecimum, quo naturæ debitum solvit.

93 *Alexander* successit fratri sua *Leoni* bujus nomina VI. anno nongentasimo undecimo. Princeps fuit crapulæ, loxui, & libidini deditus, cùmqua dia VI. mansis Junii anni nongentasimi duodacimi vino oiadidus, oppiparèqua pransus, ludu pilæ corpus suum violanter nimis axercuisset, rupiâ veoâ, multoqua à naribus & pudeodis effuso sanguina, expiravit anno sacundo ioaunte Imperii sui.

94 *Constantinus* hojus oominis VII. oepoa *Alexandri*, & filius *Leonis*, hujus nominie VI. dictus *Porphyrogenita*, mortuo patruo suo *Alexandro* successit anoo nonganiasimo duodecimo, imparavitque sub tutala matris suæ *Zoës*, & *Nicolai Mystici*, Patriarchæ Constantinopolitani, annis saptem, ad annum vidalicèt nongantesimum decimum nonum, quo anno *Constantinus* sibi Collegam Imperii adscivit *Romanum Lacapenum*, qui statim ac fuit coronatus imperaior, & summa rarum cum *Constantino* potitus, sic pro suo nutu, & arbitrio Imperiom administravit, ut *Constantinus* non ampliùs Imperator videretur. Verùm anno nongantesimo quadragesimo quarto *Romano Lacapeno* Insignibus Imperii exuto à proprio filio suo *Stephano*, solus Imperium moderari cœpit *Constantinus*, illudqua, post axpulsionem *Romani Lacapeni*, taouit per annos quindacim, & obiit die secunda mansis Novembris anni nongantasimi quinquagasimi noni, non sina suspicione vaneni, sibi à *Romano* filio suo, propinati. Imperavit post mortem patrui sui *Alexandri*, sub tutala matris, aunis septem, cum *Romano Lacapeno* annis viginti sax, & tandam solus ennis quindecim. Fuit Princeps libidini quidem, & crapulæ deditus, sed scieotiarum & libaralium Disciplinarom agregius cultor, ac magnificus instaoratot.

95 *Romanus Junior* successit petri suo *Constantino* aono nongentesimo quinqoagasimo nono; qui crapulæ, & libidini cùm asset dedirissimus, axhaustis corporis vitibus axtinctus ast anno nongantesimo saxagasimo tertio, postquàm impatasset annos tres, maoses quatuor, dias quinqua.

96 *Nicephorus Phocas*, aodita morte *Romani Junioris*, à Copiis Oriantalibus acclamatus ast Impatator enno Christi nongentasimo saxagesimo tertio. Princeps fuit militari scientie solertissimus, sed avaritiæ supra modum addictus. Periit insidiis, quas *Theophano* ajus conjux, & *Joannes Tzimisces* ei in Palatio struxerunt, necemque iotulerunt dia XI. mansis Dacembris anni nongeotesimi saxagesimi ooni, cùm imparesset anooe sax, & totidam menses.

97 *Joannes Tzimisces*, post necem *Nicephoro Phocæ* illatam, corona Imperiali insignitus est faustis anm vocibus prolaquente omni cùm militari, tum popoli, civiumque multitudina anno nongentesimo sexagesimo nono. Princaps fuit optimos. Liberalitate in pauperes, & eximia atga Virginam Deiparam

Deiparam pietate fuit insignis. Veneno dato à *Basilio*, Cubiculario suo, è vivis sublatus est die X. mensis Januarii anni nongentesimi septuagesimi sexti.

98 *Basilius* hujus nominis *II.* & *Constantinus* hujus nominis *VIII.* filii *Romani Junioris*, quondam Imperatoris, occiso *Joanne Tzimisce*, Imperiale solium conscenderunt anno nongentesimo septuagesimo sexto. *Basilius*, Princeps avaritiæ sordidissimæ, & corrogandis undiq; opibus avidissimè inhians, obiit anno Christi MXXV. postquàm imperasset annis quinquaginta. *Constantinus* verò hujus nominis *VIII.* qui unà cùm *Basilio*, fratre suo, imperare cœperat anno nongentesimo septuagesimo sexto, post obitum fratris sui *Basilii* solus per triennium imperavit, atque è vita migravit anno millesimo vigesimo octavo. Princeps fuit vino, Veneri, aleæ, ec nimis deditus, mollissimoque præditus animo, in omnes delicias ac voluptates diffluente.

99 *Romanus Argyrus*, qui *Zoen*, filiam Imperatoris *Constantini* hujus nominis *VIII.* matrimonio sibi copulaverat, post mortem ejusdem *Constantini*, salutatus est Imperator Anno Christi millesimo vigesimo octavo. Fuit Princeps eruditus, sed avaritiæ vitio laboravit. Imperavit sex circiter annis, & anno millesimo trigesimo quarto veneno sublatus est à propria sua conjuge *Zoë*, quæ obscœnis amoribus dedita, ut securiùs frui posset impudicis amplexibus amasii sui *Michaëlis Paphlagonis*, unius Cubicularii Imperialis Ministri, quem deperibat, & adulterii consuetudine ipsi devincta erat, maritum suum Imperatorem *Romanum Argyrum* veneno peremit.

100 *Michaël Paphlago*, post initum cum *Zoë*, Imperatoris *Romani Argyri* conjuge, matrimonium, dictus est Imperator anno millesimo trigentesimo quarto. Fuit Princeps modestus, & multis virtutibus exornatus. Sed cùm infirma valetudine uteretur, & epileptico morbo laboraret, in Monasterium sese recepit, postquàm imperasset annos septem, menses octo, & inde paulò post piè obiit anno millesimo quadragesimo primo.

101 *Michaël Calaphatas* successit *Michaëli Paphlagoni*, avunculo suo, anno Christi MXLI. Sed, cùm esset Princeps vafri, & ancipitis ingenii, animi ingrati, & ad quævis facinora proclivis, facta populi coitione, ab Imperio amotus est anno millesimo quadregesimo secundo.

102 *Constantinus*, hujus nominis *IX.* dictus *Monachus*, à *Zoë* Imperatoris *Romani Argyri* viduo, imperio restituta, ad conjogium suum, & Imperium invitatus, summæ rerum potitus est anno millesimo quadragesimo primo. Imperavit annis duodecim, & finem vivendi fecit anno millesimo quinquagesimo quarto.

103 *Theodora*, Soror *Zoes*, à Senatu, populoque Constantinopolitano dicta est *Augusta*, anno millesimo quinquagesimo quarto, quæ Imperium summâ pace, & tranquillitate uno tantùm anno administravit, & obiit anno MLV.

104 *Michaël*, cognomento *Stratioticus*, seu *Stratonicus*, à *Theodora* Augusta, paulò antequàm moreretur, consors Imperii factus, eâ mortuâ clavum Imperii regere cœpit anno millesimo quinquagesimo quinto, sed cùm ob ætatem penitùs decrepitam & rerum imperitiam, populo esset exosus, Imperio cessit anno millesimo quinquagesimo sexto.

105 *Isaacius Comnenus*, post abdicationem *Michaelis Stratonici*, ad Imperium fuit evectus anno millesimo quinquagesimo sexto. Princeps fuit acris ingenii, manu strenuus, miræ castitatis, & ergà viros literatos optimè affectus, quamvis ipse Literis non esset excultus. Biennio ac tribus mensibus Imperii exactis, morbo correptus, in Studiosa Monasterium sese recepit anno millesimo quinquagesimo nono, ubi pietatis, & humilitatis exercitiis deditus ad Deum migravit.

106 *Constantinus*, hujus nominis *X.* cognomento *Ducas*, quem *Isaacius Comnenus*, antequàm renunciaret Imperio, suum successorem designaverat, in ejus locum suffectus est anno millesimo quinquagesimo nono. Literis impensè addictus fuit, sed rem militarem negligens, locum dedit Barbaris ac Scythis debilitandi Imperii vires. Obiit *Constantinus Ducas* anno millesimo sexagesimo septimo, postquàm filios suos *Constantinum*, *Andronicum*, & *Michaëlem* Cæsares declarâsset.

107 *Romanus Diogenes*, cui *Eudocia*, uxor *Constantini Duca* Imperatoris, nupsit, contra juramentum, quo ante mortem prioris mariti sese obstrinxerat, sed secundas nuptias non convolandi, Imperium adeptus est. Princeps fuit fortis ac bellicosus, sed à Turcis in prælio captus Orientis Imperio abdicatus est, dumque posteà liber à Turcis dimissus Constantinopolim, ut ablatam recuperaret dignitatem, properaret, excæcatus est jussu filiorum *Constantini Duca* Imperatoris, & in Insulam *Prote* relegatus, ubi obiit anno millesimo septuagesimo primo, cùm regnasset annos tres, & menses octo.

108 *Michaël*, filius *Constantini Duca* Imperatoris, successit *Romano Diogeni* anno millesimo septuagesimo primo, sed cùm regendis Imperii habenis impar esset, abdicatus est anno millesimo septuagesimo octavo, & ad Studii Monasterium, ut vitam Monasticam profiteretur, transmissus fuit, postquàm imperâsset annos sex, & totidem menses.

109 *Nicephorus Botoniates* addicato Imperio *Michaeli Duca* substitutus est anno millesimo septuagesimo octavo, sed cùm, ob ingravascentem ætatem, & insitam mollitiem, in contemptum suorum venisset, ab *Isaacio* & *Alexio* Comnenis solio deturbatus est, & in Monachum detonsus anno millesimo octogesimo primo, Imperii sui anno tertio.

110 *Alexius Comnenus*, postquàm è solio Imperiali dejectus fuit *Nicephorus Botoniates*, acclamatus est Orientis Imperator, anno MLXXXI. Gallis cruce signatis ad Bellum Sacrum, Duce *Godefrido Bullio-*

nio,

nis, properantibus haud parùm nocuit. Imperavit annos triginta septem, menses quatuor, & aliquot dies, obiitque anno millesimo centesimo decimo octavo.

111 *Joannes Comnenus*, dictus *Calojoannes*, post mortem patris sui *Alexii Comneni* Imperium solus administrare cœpit anno millesimo centesimo decimo octavo. Ecclesiam Latinam cum Græca conciliare in votis maximè habuit, sed hanc concordiam perficere haud potuit. Modestia, frugalitate, morum probitate, & eximia in Virginem Deiparem pietate insignis fuit, atque postquàm imperâsset annos viginti quatuor menses septem, obiit anno millesimo centesimo quadragesimo tertio.

112 *Manuel Comnenus* successit in Imperio Orientis patri suo *Joanni Comneno* anno millesimo centesimo quadragesimo tertio. Imperavit annos triginta septem, menses quinque, dies viginti tres, obiitque anno millesimo centesimo octogesimo, cùm paulò antè Monachi habitum induisset, & *Matthæi* nomine donatus fuisset.

113 *Alexius Comnenus*, annorum duodecim puer patri suo *Manueli Comneno* in Orientia imperium successit, eique in Tutorem *Andronicus*, ejus Patruelis, datus est, qui *Alexium Comnenum* Imperatorem, annum ætatis suæ decimum quintum, Imperii verò sui tertium agentem, per summam crudelitatem trucidari jussit anno millesimo centesimo octogesimo tertio.

114 *Andronicus*, Imperatoris *Alexii Comnenii* aliorumque cædibus infamis, Orientis Imperium usurpavit anno millesimo centesimo octogesimo tertio, illudque fœdissimis voluptatibus deditus per biennium tyrannica & crudeli dominatione tenuit. Tandem à furente plebe captus multisque tormentorum, & ignominiarum generibus cruciatus, miserè periit anno Christi millesimo centesimo octogesimo quinto.

115 *Isaacius Angelus*, occiso *Andronico*, salutatus est Orientis Imperator anno millesimo centesimo octogesimo quinto, sed postquàm imperasset annis decem, oculis & Imperio privatus est à fratre suo *Alexio Angelo*, & in carcerem conjectus anno millesimo centesimo nonagesimo quinto.

116 *Alexius Angelus* fratris sui *Isaaci Angeli*, quem è solio deturbatum in carcerem detruserat, invasit Imperium anno millesimo centesimo nonagesimo quinto. Fuit Princeps voluptatibus deditissimus, & ad avaritiam pronus, cùmque Imperium per annos octo, menses tres, & dies octo tenuisset, à nepote suo *Alexio*, filio fratris sui *Isaaci Angeli*, è solio dejectus est anno millesimo ducentesimo tertio.

117 *Alexius Junior*, filius *Isaaci Angeli*, pulso patruo suo *Alexio Angelo*, Orientis Imperium obtinuit anno MCCIII. sibique patrem suum *Isaacium Angelum*, quem *Alexius* senior excæcatum in carcerem conjecerat, Collegam fecit, & Imperii gubernaculis rursùm admovit. Sed anno sequenti, seu MCCIV. ambo Imperium simul, & vitam amiserunt.

118 *Alexius Ducas*, ob conjuncta & imminentia supercilia, *Murtzulphus* cognominatus, capessendi Imperii impotenti cupiditate flagrans, junioris *Alexii* Imperatoris, quem bis in carcere veneno frustrà tentaverat, propriis manibus fauces laqueo fregit, & Imperium occupavit anno MCCIV. Sed scelestus ille Tyrannus Imperiali dignitate, quam sibi injustè, & crudeliter arrogaverat, eodem anno exutus, & extremo supplicio affectus est à Latinis, qui cum Venetis confœderati Urbem Constantinopolim ceperunt, & Orientali Imperio armis potiti, ei Imperatores Latinos præfecerunt, quorum seriem infrà descripturus sum. Hic autem continuabo seriem Imperatorum, quos Græci in Oriente sibi delegerunt, etiamsi Franci cum Venetis fœderati Latinos Imperatores Orientis creaverint ab anno MCCIV. quo captâ Constantinopoli, Orientis Imperium tenuerunt per spatium quinquaginta septem annorum, hoc est, usque ad annum MCCLXI, quo *Michaël Palæologus*, Græcorum Imperator, Latinos Regia Urbe Constantinopoli ejecit, & Orientale Imperium, ipsis ereptum, ad Græcos revocavit.

119 *Theodorus Lascaris*, post captam à Francis cum Venetis fœderatis Urbem Constantinopolim anno millesimo ducentesimo quarto, Imperator è Græcis creatus, sedem Niceæ in Bithynia habuit, imperavit octodecim annis, & obiit anno Christi millesimo docentesimo vigesimo secundo.

120 *Joannes Ducas* cognomento *Vatacius*, & gener *Theodori Lascaris*, post ejus obitum, Græcorum suscepit Imperium, illud tenuit per annos triginta tres, & ex hac vita discessit anno millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto.

121 *Theodorus Lascaris* Junior, sic ab avo materno *Theodori Lascari* Imperatore appellatus, quamvis esset *Joannis Duca* Imperatoris filius, post obitum patris sui à Græcis Imperator est acclamatus. Sed anno quarto Imperii sui gravi morbo correptus, Monachi habitum induit, vitamque clausit anno millesimo ducentesimo quinquagesimo nono.

122 *Joannes*, filius *Theodori Lascaris Junioris*, successit patri suo annos dumtaxat octo natus, cùmque administrando Imperio adhuc impar esset, traditus est tutelæ *Michaëlis Palæologi*, qui igniti crepitaculi objectu eum excæcavit anno millesimo ducentesimo sexagesimo primo.

123 *Michaël Palæologus*, postquàm *Joannem*, Græcorum Imperatorem, pupillum suum, igniti crepitaculi objectu excæcasset, Urbem Constantinopolim anno millesimo ducentesimo sexagesimo primo cepit, indè omnes Latinos expulit, totumque Orientis Imperium, à Latinis, qui illud occupaverant, ablatum, Græcorum dominio denuò addixit. Unionem Ecclesiæ Græcæ cum Latina studiosè promovit, & ad optatum exitum perduxit in Concilio secundo Generali Lugdunensi anno millesimo ducentesimo septuagesimo quarto sub *Gregorio X.* Pon-

tifice Maximo celebrato. Imperavit annis viginti duobus,& excessit è vivis anno millesimo ducentesimo octogesimo secundo.

124 *Andronicus* patri suo *Michaëli Paleologo*, anno millesimo ducentesimo octogesimo secundo successit. Ab unione Ecclesiæ Græcæ cum Latina vehementer ebhorruit, cùmque imperasset annos quadragiota quinque, ab *Andronico* Juniore, nepote suo, quem Imperii hæredem designaverat, è solio Imperiali dejectus est, & in carcerem conjectus anno millesimo trecentesimo vigesimo septimo.

125 *Andronicus Junior*, post deturbatum è solio Imperiali Avum suum *Andronicum Seniorem*, summâ rerum in Oriente potitus est anno Christi millesimo trecentesimo vigesimo septimo. Sub hoc Imperatore Orientis tentata est unio Ecclesiæ Græcæ cum Latina, ad quam *Andronicus* Imperator se propensum exhibebat. Sed illi ad hanc promovendam onionem conatus exitu caruerunt. Imperavit *Andronicus Junior* ab anno millesimo trecentesimo vigesimo septimo usque ad annum millesimum trecentesimum quadragesimum primum, quo mortuus est die XXV. mensis Junii.

126 *Joannes Palaeologus* successit patri suo *Andronico Juniori* anno millesimo trecentesimo quadragesimo primo, sed cùm novennis dumtaxat esset, ac subinde administrando Imperio edhuc impar, ejus tutelam, Imperiique regendi curam suscepit *Joannes Cantacuzenus*, qui tamen anno millesimo trecentesimo quadragesimo septimo Imperium invasit, & unà cum *Joanne Palæologo* imperavit usque ad annum millesimum trecentesimum quinquagesimum quintum, quo anno *Joannes Cantacuzenus*, rerum humanarum pertæsus, purpuram ac sceptrum deposuit, & habitum Monasticum induit: *Joannes verò Palaeologus* imperavit, ab obitu patris sui *Andronici Junioris*, annis circiter quinquaginta, hoc est, ab anno Christi millesimo trecentesimo quadragesimo primo, usque ad annum MCCCXCI. quo ex hac vita migravit.

127 *Manuel Palaeologus*, filius natu minor *Joannis Palaeologi* Imperatoris, patri suo in Imperio Orientis successit anno millesimo trecentesimo nonagesimo primo. Imperavit annis circiter triginta quatuor, & obiit anno Christi millesimo quadringentesimo vigesimo quinto.

128 *Joannes Palaeologus* successit patri suo *Manueli Palaeologo* anno millesimo quadringentesimo vigesimo quinto. Omnem curam, operam, & industriam posuit ad promovendam Ecclesiæ Græcæ cum Latina unionem, ut inde à Principibus Christianis faciliùs eliceret auxilium, ad tuendos contra Turcarum vires jam nutantis in Oriente Græcorum Imperii fines. Eâ de causâ interfuit Generali Concilio Florentino anno millesimo quadringentesimo trigesimo nono habito, in quo utriusque Ecclesiæ, Græcæ & Latinæ, facta est concordia. Imperavit *Joannes Palaeologus* annis viginti quatuor, & obiit anno MCCCCXLIX.

129 *Constantinus* hujus nominis *XI. Palaeologus*, filius Imperatoris *Joannis Palaeologi* patrem suum in Imperio Orientis except anno millesimo quadringentesimo quadragesimo nono. Fuit Princeps magni animi, bellicæ fortitudine insignis, & multis victoriis de Turcis reportatis clarissimus. In eo tamen, ita permittente Deo, defecit, planèque corruit Christianorum, seu Græcorum in Oriente Imperium. Anno siquidem millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio *Mahometes* hujus nominis *II.* Turcarum Imperator, Constantinopolim validissima obsidione vallavit, eam post quinquaginta quatuor dies oppressit, cepit, invasit, & promiscuè in ea omnem crudelem carnificinam exercuit, dùmque Imperator *Constantinus Palaeologus*, capta Urbe, acriter pugnaret, fugientium civium impetu prostratus, conculcatus, & obtritus fuit. Sic Christianorum Orientis Imperium, quod à *Constantino Magno* Imperatore exordium habuerat, eversum planè ac extinctum fuit sub *Constantino* hujus nominis *XI.* Cùm autem Christianorum in Oriente Imperium à *Constantino Magno* fuerit institutum anno Christi trecentesimo trigesimo, & sub *Constantino* hujus nominis *XI.* fuerit deletum anno Christi millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio, palàm sequitur, Christianorum in Oriente Imperium durasse per mille centum & viginti tres annos. Porrò, everso semel à Turcis Christianorum in Oriente Imperio anno MCCCCLIII. supremum in Oriente dominium Turcarum Imperatores invaserunt, eoque etiamnùm potiuntur, quorum subinde necesse est, ut continuam hic successionem exhibeamus, incipiendo ab *Ottomano*, à quo toti Turcarum in Oriente Imperio *Ottomani* nomen derivatum est.

SUCCESSIO

Turcarum Imperatorum,

Qui in Oriente imperârunt, incipiendo ab Ottomano, *à quo toti Turcarum in Oriente Imperio nomen* Ottomani *inditum est, usque ad* Achmetem *hujus nominis* III. *nunc imperantem.*

1 Ottomanus magni Turcarum in Oriente Imperii exeunte sæculo decimo tertio, seu anno MCCXCVIII. fundamenta jecit. Sedem Imperii, quod ab ipso *Ottomanum* dictum est, constituit Prusæ, quæ est Urbs in Mysia opibus florens. Imperavit annis circiter viginti octo, hoc est ab anno millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, quo suum auspicatus est Imperium, usque ad annum millesimum trecentesimum vigesimum sextum, quo è vita excessit.

2 *Urchanes*, filius *Ottomani*, patri suo successit anno MCCCXXVI. Imperiis Ottomani

mani fines longè latèque protendit, cùmque imperasset annos triginta duos, obiit anno Christi MCCCLVI.

3 *Amurathes*, filius *Urchanis*, successit patri suo anno Christi millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo. Musulmanicæ superstitioni fuit addictissimus, & in Bellis gerendis arridentem sibi semper fortunam expertus, imperavit annis triginta duobus, & diem supremum obiit anno millesimo trecentesimo nonagesimo.

4 *Bajazethes*, filius *Amurathis*, patrem in Imperio Ottomano excepit anno millesimo sexcentesimo nonagesimo, Armorum terrorem ubique intulit. Græcorum Imperium miserum in modum dilaceravit, & Imperium Ottomanum latissimè propagavit. Sed *Bajazethem*, Turcarum Imperatorem, tot victoriis,& secundis rebus elatum, domuit *Tamerlanes*, Tartarorum Rex, qui in Asiam cum ingenti exercitu irruptionem faciens, *Bajazethem* vicit, cepit, caveaque ferrea inclusit, & feræ instar, ad ludibrium circumduxit. Quam ignominiam omnium maximam cùm ferre non posset *Bajazethes*, vir post homines natos superbissimus, ac ferocissimus, mortem sibi conscivit, caput suum allidendo ad caveam ferream, qua tenebatur inclusus. Periit autem *Bajazethes*, Turcarum Imperator, anno millesimo quadringentesimo tertio, postquàm annos quatuordecim imperasset. Sublato è vivis *Bajazethe*, Turcarum Imperatore, quinque superstites filii, quos reliquit, per duodecim annos mutuam in cædem armati de Imperio patris acerrimè disceptarunt. Quod quidem ut clariùs intelligas, observare debes, *Bajazethem*, Turcarum Imperatorem, septem suscepisse filios, videlicet *Ertegrulem*, *Solimanum*, *Mustapham*, *Isam*, *Musam*, *Mahometem*, & *Cassimem*. Horum major, seu *Ertogrules*, excessit è vivis antequàm ejus pater *Bajazethes* prælium cum *Tamerlane*, Tartarorum Rege iniisset. *Mustapha*, filius itidem *Bajazethis*, in prælio fuit occisus. *Musa*, filius quoque *Bajazethis*, unà cum patre captus est in prælio. Superstites igitur fuerunt, post obitum *Bajazethis*, quinque ejus filii, nimirum *Solimanus*, *Isa*, *Musa*, *Mahometes*, & *Cassimes*, qui ab obitu patris per quatuordecim annos armis decertantes, iotricatam planè reddiderunt successionem Turcarum Imperatorum. *Joannes Leunclavius* in sua *Historia Musulmana* existimat, *Isam*, *Solimanum*, & *Musam*, majores *Bajazethis* filios, repoai non debere inter legitimos Turcarum Imperatores, ac subinde ab obitu *Bajazethis*, Turcarum Imperatoris, id est, ab anno Christi millesimo quadringentesimo tertio fuisse in Turcico Imperio Anarchiam, seu Interregnum per duodecim annos, hoc est, usque ad annum millesimum quadringentesimum decimum quintum, quo anno *Mahometes* hujus nominis *I.* filius *Bajazethis*, Turcio Imperio potitus est. Verùm cùm alii Scriptores, quorum sententia omnes magis probatur, *Isam*, *Solimanum*, & *Musam*, majores *Bajazethis* filios, inter legitimos Turcarum Imperatores admittant, sic eorum successio ordinari debet.

5 *Isa*, filius *Bajazethis*, primus post obitum patris sui, Imperatorem se fecit anno MCCCCIII, sed moltis à fratre *Mahemete* stragibus obtritus uno tantùm anno imperàvit.

6 *Soliman us* hujus nominis *I.* filius *Bajazethis* secundògenitus, paternum Thronum conscendit anno MCCCCIV. & à fratre suo *Mahomete* laqueo sublatus est anno MCCCCXII. postquàm annis octo solium possedisset.

7 *Musa*, filius *Bajazethis*, sublato fratre suo *Solimano* hujus nominis *I.* Imperatoris insignia suscepit anno millesimo quadringentesimo duodecimo, sed à fratre suo *Mahomete* profligatus, cùm fuga sibi consuleret, in foveam proruens, & ab insequentibus captus, infeliciter strangolatus est anno MCCCCXV. cùm tribus annis imperasset.

8 *Mahometes* hujus nominis *I.* filius *Bajazethis*, Turcicum Imperium moderari cœpit anno millesimo quadringentesimo decimo quinto, sedemque Imperii sui Prusa Bithyniæ, ubi Majores ejus illam habuerant, transtulit Adrianopolim, nobilem Thraciæ civitatem, recuperavitque in Asia omnia, quæ *Tamerlanes*, Tartarorum Rex, *Bajazethi*, ejus patri ademerat. Imperavit *Mahometes* hujus nominis *I.* annis octo, & obiit anno millesimo quadringentesimo vigesimo secundo.

9 *Amurathes* hujus nominis *II.* successit patri suo *Mahometi Primo* anno millesimo quadringentesimo vigesimo secundo. Christianis maximam intulit cladem, cùmque imperasset annis viginti novem, extremum diem clausit anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo.

10 *Mahometes* hujus nominis *II.* in locum patris sui *Amurathis II.* suffectus est anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo. Urbem Constantinopolim, devicto *Constantino Paleologo*, ultimo Græcorum Imperatore, cepit anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio. Duo Christianorum evertit Imperia, Constantinopolitanum videlicet,& Trapezuntinum; Regna duodecim, & urbes supra ducentas expugnavit, cùmque imperasset annis triginta, desiit esse in vivis anno millesimo quadringentesimo octogesimo primo.

11 *Bajazethes* hujus nominis *II.* patri suo *Mahometi Secundo* successit anno millesimo quadringentesimo octogesimo primo, qui, postquàm imperasset annos triginta & unum, coactus est anno MDXII. Imperium abdicare, conspirante adversùs ipsum proprio filio *Selimo*, natu minore, quo etiam jubente, eodem anno veneno sublatus est.

12 *Selimus* hujus nominis *I.* per parricidiale scelus, quo patrem suum Imperatorem *Bajazethem II.* germanos fratres, ac plurimos Proceres necari jussit. Turcicum Imperium adeptus est. Celebre quondam in Ægypto

Mamalucorum Imperium extinxit, totamque Ægyptum, Arabiam, Palæstinam, ac Syriam Turcici Imperii appendicem fecit. Imperavit annos octo, & migravit è vita anno MDXX.

13 *Solimanus* hujus nominis *II.* filius *Selimi I.* post mortem patris salutatus est Imperator anno MDXX. Multis cladibus Christianos attrivit. Albam Græcam, seu Belgradum, Rhodum Insulam, Budam, Albam Regiam, Strigonium, & Tunetum occupavit, actandem in obsidione *Sigethi*, firmissimi totius Pannoniæ oppidi, apoplexiâ correptus, è vivis sublatus est anno millasimo quingentesimo sexagesimo sexto, postquàm imperâsset annis quadraginta sex.

14 *Selimus* hujus nominis *II.* filius Imperatoris *Solimani*, successit patri suo anno MDLXVI. Cyprum Insulam in suam potestatem redegit. Sed ejus numerosa maritima Classis ad Naupactum, seu Lepantum, in sinu Corinthiaco, à Christianis, divinâ ope fretis, sub Pontificatu *S. Pii V.* fusa, dissipata, ac penitùs profligata est die VII. mensis Octobris anni MDLXXI. Imperavit *Selimus II.* annos octo, & subitâ apoplexiâ è vivis raptus est anno MDLXXIV.

15 *Amurathes*, hujus nominis *III.* in locum Imperatoris patris sui *Selimi II.* substitutus est anno MDLXXIV. Gulæ ac Veneri deditus fuit, sed à fundendo sanguine alienus, & ad indulgentiam, quàm ad severitatem pronior. Mortuus est anno MDXCV. Imperii verò sui anno ineunte vigesimo primo.

16 *Mahometes* hujus nominis *III.* filius natu major *Amurathis III.* patri demortuo successit anno MDXCV. Multis cladibus à Christianis affectus est, cùmque iners ac inglorius imperâsset annis novem, abiit è vivis anno MDCIII.

17 *Achmetes* hujus nominis *I.* & filius *Mahometis III.* post mortem patris salutatus est Turcarum Imperator. Sed paternæ ignaviæ hæres, nihil ipse laude dignum gessit, cùmque imperâsset annis quatuordecim, obiit anno MDCXVII.

18 *Mustapha*, frater Imperatoris *Achmetis* hujus nominis *I.* post illius obitum in Throno fuit collocatus anno MDCXVII. sed cùm esset homo vecors, & in quoscunque crudaliter sæviret, eodem anno, post duos Imperii menses, è solio deturbatus in custodia reclusus est.

19 *Osmannus*, filius *Achmetis* hujus nominis *I.* post depositionem patrui sui *Mustapha*, acclamatus est Imperator anno MDCXVII. Sed cùm in Bello, quod adversus Polonos, juvenili ardore abreptus, aggressus est, magnâ cum sui exercitûs jactura, ignominiâque repulsus ac cæsus fuisset, è solio dejectus est, & ad illud denuò *Mustapha*, ejus patruus, tenebricosâ eductus custodiâ, provectus fuit, qui Imperatorem *Osmannum*, nepotem suum, annum agentem ætatis suæ decimum octavum, Imperii verò quintum, strangulari jussit anno MDCXXII. At *Mustapha* sequenti anno, seu MDCXXIII. ob imbecilla ingenium, quo ad Turcici Imperii administrationem prorsùs ineptus erat, iterùm Imperii insignibus exutus, in custodiam retractus est.

20 *Amurathes* hujus nominis *IV.* frater *Osmanni*, & filius *Achmetis* hujus nominis *I.* Imperio potitus est anno MDCXXIII. Vino & libidini deditus fuit, cùmque imperasset annis septemdecim, mortuus est anno millesimo sexcentesimo quadragesimo.

21 *Ibrainus* suffectus est in locum demortui sui fratris *Amurathis IV.* anno MDCXL. Quatuor filios habuit *Ibrainus*, Turcarum Imperator, *Osmannum* videlicet primogenitum, *Mahometem*, *Solimanum* & *Achmetem*. Sed *Osmannus*, filius Imperatoris *Ibraini*, Primogenitus, dum *Medinam* ad sepulchrum *Mahometis* cum matre Sultana *Basfea* in navi, magnificentissimo apparatu instructa, religionis ergo, adiret, ab Equitibus Melitensibus captus, Fidem Catholicam amplexus est, & Ordini FF. Prædicatorum nomen dedit, dictus *Dominicus Ottomanus*. Hunc filii sui Primogeniti captivitatem exterminio Christianorum ulcisci voluit *Ibrainus*, Turcarum Imperator, sed nihil omninò promovere potuit, immò factâ in ipsum conjuratione, in carcerem conjectus, laqueo fuit præfocatus anno MDCXLIX. Imperii verò sui anno nono.

22 *Mahometes* hujus nominis *IV.* filius *Ibraini*, ad Imperium, cùm septennis tantùm esset, sublectus est, matre ipsius *Zaima* tutelam ejus, totiusque Imperii procurationem gerente. Venetis ac Polonis Bellum indixit, Candiæ Insulam cepit, & Viennam, Imperii Christianorum Occidentalis sedem, cum numeroso exercitu obsidione cinxit, quam tamen die XII. mensis Septembris anni MDCLXXXIII. adveniente cum Polonis Rege *Joanne Casimiro Sobieski*, confestim cum magna sui infamia, & ingenti Turcarum clade solvere coactus est. Imperavit annis triginta septem, ac tandem anno MDCLXXXVII. fuit Imperio abdicatus, carcerique mancipatus, ubi apoplexiâ correptus diem ultimum clausit anno millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio.

23 *Solimanus* hujus nominis *III.* postquàm *Mahometes IV.* ejus frater, Imperio fuisset abdicatus, & in carcerem conjectus anno MDCLXXXVII. acclamatus est Imperator. Bellum cum *Leopoldo*, Imperatore Occidentis infeliciter gessit, multasque munitissimas arces, præsertim *Agriam*, *Albam Regalem*, *Albam Græcam*, & *Sigetum* amisit. Veneti quoque Epidauro, vulgò *Malvasia*, subjugato, totâ Peloponneso, vulgò *Moreâ*, potiti sunt. Obiit *Solimanus III.* anno MDCXCI. Imperii verò sui anno quarto.

24 *Achmetes* hujus nominis *II.* successit *Solimanus III.* fratri suo MDCXCI. Ingentem exercitus sui cladem à Principe Badensi eodem anno accepit, & *Varadinum*, firmissimum Hungariæ superioris munimentum, aliaque munitissima Præsidia *Leopoldo*, Christianorum Imperatori Occidentis, cedere coactus est. Imperavit annos tres, menses septem, & abiit è vivis anno millesimo sexcentesimo nonagesimo quinto.

25 *Mustapha* hujus nominis *II.* filius *Mahometis*

metis IV. paternum adeptus est Imperium anno MDCXCV. Fœdâ clade à Principe Sabendicæ Domûs *Eugenio* affectus est anno MDCXCVII. quò factum est, ut anno MDCXCIX. pacem inierit cum Principibus Christianis. Sed cùm otio acquieti indulgeret, è folio dejectus est an. MDCCIII. atque in carcerem detrusus, ubi hydropico morbo affectus interiit, cùm regnâsset annos octo, menses sex.

26 *Achmetes* hujus nominis *III.* fratrem suum *Mustapham* in imperio excepit anno MDCCIII. Venetis Bellum denuncievit anno MDCCXV. eodemque anno totam Peloponesum, vulgò *Moream* dictam, ipsis eripuit. Sed anno sequenti, dum Urbem Corcyram, vulgò *Corfeu*, obsidione cinxisset, terrâ marique à Christianis devictus ac profligatus est. Nec meliorem sortem expertus est anno MDCCXVII. quo, ejus exercitu fuso, dissipato, ac totum non deleto à Principe *Eugenio*, exercitus *Caroli VI.* Imperatoris Occidentis Generali Præfecto, coactus est *Albam Græcam*, vulgò *Belgradum*, Oppidum munitissimum, cedere *Carolo VI.* Christianorum Imperatori Occidentis, & cum illo, aliisque Principibus Christianis inire pacem, quam etiamnum hoc anno MDCCXXII. quo iste scribo, servat, atque Turcico potitur Imperio.

SUCCESSIO

Francorum Imperatorum.

Qui ab anno millesimo ducentesimo quarto, quo à Latinis expugnata est Urbs Constantinopolis, imperârunt in Oriente usque ad annum millesimum ducentesimum sexagesimum primum.

1 **B**Alduinus, Comes Flandreosis, post captam à Latinis Urbem Constantinopolim, inauguratus est Imperator Byzantinus anno MCCIV. & inter Latinos primus fuit, qui in Oriente imperevit. At *Balduinus* hujus nominis *I.* Imperator fortis, pius, modestus ac justus, dum Adrianopolim, Urbem Threciæ munitissimam, quò Græci perduelles se receperant, strenuè oppugnat, à *Joannitio*, sive *Calejoanne*, Bulgarorum Rege, captos est, & in Bulgariam abductus anno MCCV. ubi mensium sexdecim spatio in carcere detentus obiit anno MCCVI.

2 *Henricus* in demortui fratris sui *Balduini* locum suffectus est anno MCCVI. cùmque imperâsset annis decem, mensibus novem, & diebus duobus supra viginti, mortalitatem exuit anno MCCXVI.

3 *Petrus Corténiacus*, Antisiodorensis Comes, successit *Henrico Balduino*, cujus sororem *Jolantam* in matrimonium duxerat, & ab *Honorio III.* Pontifice Maximo, Imperii Byzantini coronam Romæ accepit anno MCCXVII. Sed Româ discedens, cùm Constantinopolim pergeret; in Albaniæ montium Angustiis à *Theodoro Angelo*, Græco, Epiri Principe, perfidiosè captus, in carcere, vel, ut alii volunt, in prælio, peremptus est anno MCCXXI.

4 *Robertus*, filius *Petri Cortèniaci*, coronatus est Imperator Byzantinus, post obitum patris sui, die XXV. mensis Martii anni MCCXXI. & imperavit septem annis, sed ad annum usque MCCXXVIII, quo excessit è vivis.

5 *Balduinus* hujus nominis *II.* post obitum *Roberti*, Imperator Constantinopolitanus fuit salutatus, sed cùm juvenis dumtaxat decennis esset, ac subindè regendo Imperio necdùm idoneus, ex Italia *Joannes Bryennius*, qui Hierosolymorum Regia nomen gerebat, accitus est; quò *Junioris Balduini* tutelam, & Imperii Constantinopolitani administrationem ac defensionem susciperet. *Balduinus* autem hujus nominis *II.* & Latinorum Byzantinorum Imperatorum ultimus, annos circiter triginta tres, ab obitu *Roberti*, Constantinopolitano Imperio potitus est, hoc est, ab anno MCCXXVIII. quo mortuus est *Robertus*, Imperator Constantinopolitanus, usque ad annum millesimum ducentesimum sexagesimum primum, quo *Michaël Paleologus*, Græcorum Imperator, Urbem Constantinopolim proditione cepit, & *Balduinum*, hujus nominis *II.* & inter Latinos ultimum Imperatorem Constantinopolitanum, Imperio, ac Regia Urbe Constantinopoli, unà cum cæteris aliis Latinis ejecit, atque Imperium Constantinopolitanum in Græcorum potestatem denuò revocavit. Vixit tamen *Balduinus* hujus nominis *II.* sui calamitati superstes annos XI. reliquitque unicum filium, nomine *Philippum*, qui Imperator Constantinopolitanus, sed solo nomine tenùs, dictus est. Hoc pacto Franci, seu Latini, Imperium Constantinopolitanum, quod per quinquaginta septem annos, tres menses, & dies undecim possederunt, penitùs amiserunt, adeo ut Latini, qui post *Balduinum* hujus nominis *II.* Imperatores Constantinopolitani appellati sunt, habuerint dumtaxat magni nominis umbram, seu Imperatoris Constantinopolitani nudum nomen, ac titulum sine re.

SEPTIMA TABULA CHRONOLOGICA.

Seriem exhibens Imperatorum Occidentis, post factam divisionem Imperii Romani in Orientale, & Occidentale, usque ad Carolum VI. *nunc imperantem.*

POst *Flavii Joviani*, optimi Imperatoris, mortem, quæ contigit die XVI. mensis Februarii anni CCCLXIV. facta est divisio Imperii Romani in Orientale, & Occidentale, ita ut ab obitu *Flavii Joviani* Imperatoris ad nostra usque tempore, Imperatorum Orientis successio omninò diversa sit à successione Imperatorum Occidentis.

dentis. Descripsimus in præcedenti Tabulæ seriem Imperatorum, qui, post obitum *Flavii Joviani*, Imperium in Oriente tenuerunt; in ista autem Tabula Chronologica dabimus successionem, seu seriem Imperatorum, qui post ejusdem *Joviani* Imperatoris mortem, Imperio Occidentis ad hanc usque ætatem nostram præfuerunt.

1 *Flavius Valentinianus*, post mortem *Joviani*, Imperator Occidentis anno trecentesimo sexagesimo quarto electus est apud Nicæam in Bythinia. Fuit Princeps pius, rei militaris peritus, sed ad iracundiam pronior. Saxones, Quados, & Alemannos vicit. Irâ vehementiori correptus obiit apoplexia ictus anno CCCLXXV. postquàm imperasset annos undecim.

2 *Flavius Gratianus*, Imperatoris *Valentiniani*, è *Severa* conjuge, filius, consors imperii, seu Cæsar, & Augustus à patre suo factus est anno CCCLXVI. Fuit Princeps humanus, liberalis, religiosus, paternæ in Catholicos pietatis hæres. Alemannos domuit, *Gothos*, aliosque Barbaros oppressit per *Theodosium Magnum*, quem etiam ad Imperii consortium elegit. Annos sexdecim imperavit *Flavius Gratianus*, annos videlicèt octo unà cum patre suo *Valentiniano*, & annos octo solus post obitum patris sui, cùmque adversùs *Maximum*, qui Tyrannidem in Britannia arripuerat, eamque per Gallias exercebat, pugnaret apud Lugdunum, desertus à suis per dolum occisus est ab *Andragatio*, ejusdem *Maximi* Tyranni exercitus Præfecto, anno CCCLXXXIII.

3 *Flavius Valentinianus Junior*, Senioris *Valentiniani* Imperatoris è *Justina* conjuge filius, atque *Flavii Gratiani* frater, dum adhuc puerulus esset, renunciatus est Imperator anno CCCLXXV. Imperavit annis septemdecim, id est, annis octo cum fratre suo *Flavio Gratiano*, & novem annis post obitum fratris sui. Tandem anno CCCXCII. Viennæ in Galliis strangulatus est ab *Arbogaste*, Comite *Eugenii* Tyranni, qui Imperium Occidentis invaserat. Erat autem *Valentinianus Junior*, dum occisus est, Catechumenus, & Baptismum à *S. Ambrosio* flagitaverat, sicut testatur idem Sanctus in Oratione, qua hujus Imperatoris funeri parentavit, illiusque eximiam pietatem, cæterasque virtutes laudibus celebravit.

4 *Honorius*, filius *Theodosii Magni*, Orientis Imperatoris, & frater *Arcadii*, Imperatoris itidem Orientis, postquàm Tyrannus *Eugenius*, qui Occidentis Imperium invaserat, à *Theodosio Magno*, Orientis Imperatore, devictus fuisset anno CCCXCIII. Imperator Occidentis à patre suo *Theodosio Magno* renunciatus est eodem anno. Princeps fuit ignavus, negligens, à re militari alienus, contra quem *Stilico*, perfidus, & ambitiosus ejus Tutor, excitavit *Alaricum*, Wisigothorum Regem, qui totam ferè Italiam cladibus funestavit, & Romam anno CCCCIX. armis cepit. Tam insignis perfidiæ pœnas luit *Stilico*, qui unà cum conjuge *Serena*, & filio suo *Eucherio*, jussu *Honorii* Imperatoris occisus est. Sustulit etiam idem Imperator per *Constantium*, cui sororem suam *Placidiam* matrimonio copulaverat, ac penitùs profligavit quosdam Tyrannos, qui Imperium affectabant, videlicèt *Gratianum* in Britannia, *Constantinum*, *Constantem*, *Maximum*, *Jovium*, & *Sebastianum* in Galliis. Obiit *Honorius* non Romæ, sed Ravennæ anno quadringentesimo vigesimo tertio, postquàm imperasset annis triginta, ab obitu verò patris sui *Theodosii Magni* annis viginti octo.

5 *Valentinianus* hujus nominis *III.* filius *Constantii* Cæsaris ac *Placidiæ*, sororis Imperatorum *Arcadii*, & *Honorii*, ad Imperii consortium adscitus à *Theodosio Juniore*, Orientis Imperatore, habenas Occidentis Imperii moderari cœpit anno quadringentesimo vigesimo quinto. Fuit Princeps omnibus vitiis inquinatus. Eò quippè imperante Wandali Africam, *Genserico* Duce, occupârunt, & *Attila*, Hunnorum Rex, in Italiam irruens, eam fœdissimè devastavit. *Aetium* Romani exercitus Ducem, & Imperii Columen ac Protectorem, *Valentinianus* Imperator manu suâ in Palatio interfecit. Uxorem *Maximi*, Senatoris, constupravit, quam injuriam ultus est ille Senator nece *Valentiniani III.* Imperatoris anno CCCCLV. cùm imperâsset annos triginta.

6 *Maximus*, post necem *Valentiniano III.* Imperatori illatam, Imperium Occidentis occupavit anno CCCCLV & nuptiis potitus est *Eudoxiæ* Augustæ, *Valentiniani III.* Imperatoris conjugis. Sed eodem anno, *Genserico*, Wandalorum Rege, in Italiam irruente, *Maximus* à suis occisus, laniatus, & in Tiberim projectus est.

7 *Flavius Mecilius Avitus*, occiso *Maximo*, renunciatus est Imperator anno CCCCLV. Sed à *Ricimero*, Militiæ Duce, propè Placentiam captus, privatam deinceps vitam agere coactus est anno CCCCLVI. postquàm imperâsset menses decem, & dies octo.

8 *Flavius Julius Majorianus* acclamatus est Occidentis Imperator anno CCCCLVII. & occisus est à *Ricimero*, qui pro arbitrio suo Imperatores creabat vel deponebat, anno quadringentesimo sexagesimo primo, postquàm imperâsset quatuor annis cum dimidio.

9 *Libius Severus*, seu *Severianus*, interfecto *Majoriano*, invasit Occidentis Imperium anno CCCCLXI. sed è vivis Romæ sublatus est veneno ei propinato à *Ricimero* anno CCCCLXIV. Imperii sui quarto.

Post mortem *Libii Severi*, Imperatoris, fuit Interregnum duorum annorum, per quod temporis spatium *Ricimerus* universa pro suo nutu in Occidentis Imperio administravit.

10 *Anthemius*, consentiente *Ricimero*, salutatus est Occidentis Imperator anno quadringentesimo sexagesimo septimo, sed à *Ricimero* occisus est anno CCCCLXXII. cùm annos V. & menses aliquot imperâsset.

11 *Flavius Anicius Olybrius*, post cædem *Anthemii*, promovente *Ricimero*, fuit Imperator salutatus anno CCCCLXXII. sed eodem anno Romæ è vita migravit, Imperii sui mense septimo, aut octavo.

12. *Gly-*

12 *Glycerius*, Senator Romanus, Occidentis Imperator creatus est anno quadringentesimo septuagesimo tertio, & postquam imperásset uno anno, & quatuor circiter mensibus, à *Julio Nepote* Solio dejectus, Salonas pulsus est, ibidemque, ut dicitur, fuit consecratus Episcopus.

13 *Julius Nepos*, Nepotiani filius, pulso *Glycerio*, Purpuram, seu Imperii insignia assumpsit anno quadringentesimo septuagesimo quarto, & ab *Oreste*, Gotho, cui Exercitus Præfecturam ipse demandaverat, exauctoratus est anno CCCCLXXV, Imperii verò sui anno ineunte secundo,

14 *Flavius Momylus Augustulus*, filius *Orestis*, militaribus suffragiis, agente patre suo, Imperator fuit renunciatus. Verùm, *Odoacer* Turcilingorum Rex, à *Nepotis* factione in Italiam vocatus, Orestem Ticini obsedit, cepit, illumque, & ejus fratrem *Paulum* coram Exercitu interfici jussit, *Augustulum* verò, filium Orestis, Imperio cedere coactum, in Castrum Lucullanum Campaniæ ablegavit, cum necdum explevisset annum primum Imperii sui. In hoc *Augustulo* desiit omninò Occidentale Imperium anno quadringentesimo septuagesimo sexto, deletumque jacuit per trecentos, & viginti quatuor annos, hoc est, usque ad an. DCCC, quo *Carolus Magnus*, Francorum Rex, ipso Natalis Dominici die, à *Leone III.* Pontifice Maximo, Imperator Occidentis fuit inauguratus.

15 *Carolus*, Francorum Rex, cognomento *Magnus* à *Leone III.* Summo Pontifice Imperator Occidentis fuit renunciatus, aureoque diademate coronatus ipso Natalis Dominici die anni octingentesimi. Princeps fuit de Religione, & literis optimè meritus, domi forisque optimus, bellicâ virtute clarissimus ingenii, morumque virtutibus præstantissimus. Obiit Aquisgrani anno octingentesimo decimo quarto, cùm imperâsset annos quatuordecim.

16 *Ludovicus*, à pietate, quam semper exhibuit, *Pius* cognominatus, *Caroli Magni*, & *Hildegardis* filius, patri suo in Occidentis Imperio successit anno DCCCXIV. & à *Stephano V.* Pontifice Maximo Coronam Imperialem accepit anno DCCCXVI. Fuit Imperator verè pius, justus, liberalis, & virtutum patris sui *Caroli Magni* æmulator. Imperavit ab obitu patris sui annos viginti sex, & menses sex, & discessit e vivis anno octingentesimo quadragesimo.

17 *Lotharius*, filius natu maximus *Ludovici Pii* & *Hermingardis*, ejus conjugis, successit patri suo anno octingentesimo quadragesimo, & coronatus est Imperator à *Paschali I.* Pontifice Maximo, anno octingentesimo vigesimo tertio. In duobus prælus, quæ adversùs fratres suos *Ludovicum* & *Carolum* commisit, rem infeliciter gessit, & postquam ab obitu patris sui *Ludovici Pii* Imperium gubernásset annis quindecim, sæculo & Imperio nuncium remisit, & habitum Monasticum in Prumiensi Monasterio, quod quinque circiter millium passibus ab Urbe Treviriensi distat, anno DCCCLV. induit, ubi paulò post migravit è vita.

R. P. Hiacynthi Tab. Chronol. P. II.

18 *Ludovicus* hujus nominis II. filius *Lotharii*, solus post obitum patris imperare cœpit anno DCCCLV. jamque à *Leone IV.* Pontifice Maximo Imperator coronatus anno DCCCL. Princeps fuit literatus, pius, justus, Ecclesiæ Catholicæ defensor, erga pauperes liberalis, & Belli artibus clarus. Imperavit annis viginti, & obiit absque prole anno DCCCLXXV.

19 *Carolus* hujus nominis *II.* à calvitie capitis cognomento *Calvus*, Imperatoris *Ludovici Pii ex Juditha* filius, Imperio potitus est, & à *Joanne VIII.* Pontifice Maximo inauguratus est Occidentis Imperator anno octingentesimo septuagesimo quinto. Fuit Princeps versipellis, superbus, ambitiosus, & imbellis timidus. Imperavit annis duobus dumtaxàt, & anno octingentesimo septuagesimo sexto veneno sibi à quodam Medico, Judæo, propinatoque è vivis sublatus est.

Ludovicum, dictum *Balbum*, quòd impeditioris esset linguæ, *Caroli Calvi* Imperatoris ex *Hermintrude*, ejus conjuge, filium, in serie Imperatorum Occidentis nonnulli reponunt, eumque appellant *Ludovicum* inter Imperatores hujus nominis *III.* Sed non est dubium, quin fallantur. Constat quippè, *Ludovicum Balbum* successisse quidem patri suo *Carolo Calvo* in Galliarum Regnum, & à *Joanne VIII.* Pontifice Maximo coronam Regiam accepisse, sed non successisse patri suo *Carolo Calvo* in Imperium, sicut luculenter commonstrat doctissimus *Sirmondus* in Notis ad Concilium Trecense II. Quocircà, *Ludovicus Balbus*, *Caroli Calvi* Imperatoris filius, & Galliarum Rex, expungi debet è serie Imperatorum Occidentis, sicut nunc omnes ad unum sentiunt Historiæ periti.

20 *Carolus*, hujus nominis *III.* à corporis habitudine dictus *Crassus*, filius *Ludovici* Germaniæ Regis, & nepos Imperatorum *Lotharii* & *Caroli Calvi*, coronam Imperialem à *Joanne VIII.* Pontifice Maximo accepit anno octingentesimo octuagesimo. Sed cùm adversùs Normannos, Gallias infestantes, rem malè gessisset, indèque corpore, & animo ægrotare incepisset, coactus est anno octingentesimo octuagesimo septimo se & Imperio & Galliarum Regno abdicare, & obiit anno sequenti. Sunt nonnulli Scriptores, qui asserunt, *Arnulphum*, post abdicationem *Caroli Crassi*, Imperatorem fuisse salutatum anno octingentesimo octuagesimo octavo, sed à vero aberrant. *Arnulphus* siquidem jure dici haud potuit Imperator, nisi postquàm à *Formoso*, Pontifice Romano, Imperiali Coronâ fuisset decoratus, quod solùm contigit anno octingentesimo nonagesimo sexto.

21 *Guido*, seu *Wido*, Spoleti Dux, quatuor circiter annis post abdicationem *Caroli Crassi* Imperatoris, à *Formoso*, Pontifice Maximo, Imperii corona redimitus est anno octingentesimo nonagesimo primo, *Berengarium*, Forojuliensem Ducem, suumque Imperii æmulum, prælio superavit, imperavitque usque ad annum octingentesimum nonagesimum quartum, quo anno decessit.

22. *Lambertus*, filius *Guidonis*, seu *Widonis*, anno octingentesimo nonagesimo quarto Imperii coronam adeptus est, quâ tamen ab *Arnulpho* Germaniæ Rege privatus est anno DCCCXCVI. vixit tamen *Lambertus* usque ad annum DCCCXCVIII. quo ab *Ugone*, filio *Mangifredi*, Comitis Mediolanensis, fuit occisus.

23. *Arnulphus*, Germaniæ Rex, anno octingentesimo nonagesimo sexto à *Formoso* Papa fuit coronatus Imperator, sed anno octingentesimo nonagesimo nono migravit è vita, & filium *Ludovicum*, puerulum septennem, reliquit, qui patri suo *Arnulpho* successit quidem in Regno Germaniæ, sed non in Imperio, utpotè, qui Coronâ Imperiali à nullo Romano Pontifice fuit insignitus, sed solùm anno nongentesimo in Comitiis fuit à Proceribus Rex Germaniæ salutatus. Hic igitur *Ludovicus* filius *Arnulphi*, quem perperàm nonnulli in serie Imperatorum reponentes, *Ludovicum IV*, appellant, sicut & *Conradus* hujus nominis *I.* qui *Ludovico* in Regno Germaniæ successit anno nongentesimo undecimo, & *Henricus* hujus nominis *I.* dictus *Auceps*, qui *Conrado* in Regno Germaniæ suffectus est anno DCCCCXIX. hi, inquam, tres, *Ludovicus*, *Conradus*, & *Henricus Auceps*, fuerunt quidem Reges Germaniæ, sed Imperatores appellari minimè debent, tum quia Coronam Imperialem à nullo Romano Pontifice acceperunt; nullus autem Rex Germaniæ jure Imperator appellari potest, nisi à Romano Pontifice fuerit inauguratus Imperator; tum quia etiam eodem tempore, quo *Ludovicus*, Rex Germaniæ, filius *Arnulphi* Imperatoris, & *Conradus* inter Reges Germaniæ hujus nominis *I.* & *Henricus* inter Reges Germaniæ hujus nominis *I.* cognomento *Auceps*, Regno Germaniæ præfuerunt, *Ludovicus*, filius *Bosonis*, Regis Arelatensis, seu Provinciæ Comitis, à *Benedicto IV.* Coronam Imperialem, & *Berengarius* à *Joanne X.* Pontifice Maximo coronam itidem Imperialem acceperunt. *Ludovicus* siquidem, filius *Bosonis*, Regis Arelatensis, anno nongentesimo coronatus est Imperator à *Benedicto IV.* Summo Pontifice, & *Berengarius*, Dux Forojuliensis, inauguratus est Imperator à Romano Pontifice *Joanne X.* anno DCCCCXVI. tenuitque Imperium usque ad annum DCCCCXXIV. Ex quo palàm sequitur, *Ludovicum* filium *Arnulphi* Imperatoris, & *Conradum* inter Reges Germaniæ hujus nominis *I.* & *Henricum* inter Reges Germaniæ hujus nominis *I.* è serie Romanorum Imperatorum jure ac meritò expungi debere, cùm eodem tempore fuerint dumtaxàt Germaniæ Reges, quo *Ludovicus*, filius *Bosonis*, Regis Arelatensis, & *Berengarius*, Dux Forojuliensis à Romanis Pontificibus *Benedicto IV.* & *Joanne X.* fuerunt coronati Imperatores Occidentis.

24. *Ludovicus*, inter Imperatores hujus nominis *III* filius *Bosonis*, Regis Arelatensis, seu Provinciæ Comitis, in Italiam venit, postquàm *Arnulphus*, Rex Germaniæ, qui an. DCCCXCVIII. fuerat à *Formoso* Papa coronatus Imperator, occisus est anno sequenti, seu DCCCXCIX. cùmque *Ludovicus* vicisset *Berengarium*, Ducem Forojuliensem, qui defuncto *Arnulpho* Imperatore, summam rerum in Italia ad se transtulerat, coronâ Imperiali à *Benedicto IV.* Pontifice Maximo, ut mox diximus, donatus est anno nongentesimo. Nonnulli, post *Baronium*, appellant hunc Imperatorem *Ludovicum IV.* quia existimant, *Ludovicum Balbum*, Galliarum Regem, tertium hujus *Ludovici* nominis, esse inter Imperatores connumerandum. Ast, sicut superiùs observavimus, *Ludovicus Balbus*, Galliarum Rex, à *Joanne VIII.* Pontifice Maximo coronam quidem Regiam accepit, sed non Imperialem, ac subindè inter Occidentis Imperatores locum habere non debet. *Ludovicus* itaque, Bosonis, Arelatensis Regis, filius, qui anno nongentesimo coronam Imperialem à *Benedicto IV.* Pontifice Maximo accepit, nuncupari debet inter Imperatores Occidentis *Ludovicus III.* & non *IV.* Hunc Imperatorem *Ludovicum III.* postquam imperâsset annis tribus, utrinque scil. incompletis, *Berengarius*, Dux Forojuliensis, Veronæ cepit & excæcavit an. DCCCCII. tuncque *Berengarius* toto Regno Longobardico potitus est, se tamen Imperatorem non dixit ante annum DCCCCXVI. quo a *Joanne X.* Pontifice Maximo coronatus est Imperator. Licèt ergò *Berengarius*, Dux Forojuliensis, post excæcatum *Ludovicum III.* Imperatorem, toto Regno Longobardico pacificè potitus fuerit, anni tamen Imperii *Ludovici III.* etiam post ejus excæcationem, Romæ numerati sunt, usque ad annum DCCCCXVI. quo *Berengarius* diadema, nomenque Imperatoris à *Ioanne X.* Pontifice Maximo accepit.

25. *Berengarius*, Dux Forojuliensis, & Rex Italiæ, à *Joanne X.* Pontifice Maximo, quem contra Saracenos, & Mauros Italiam infestantes, juverat, coronatus est Imperator, ut mox dictum est, in die Sacro Resurrectionis Dominicæ anni DCCCCXVI. Fuit Vir multis, magnisque virtutibus præditus, cujus animus nec calamitatibus unquam succubuit, nec secundis rebus nimis elatus est. Imperavit octo annis, & occisus est anno DCCCCXXIV. Imperium Occidentis vacavit post mortem *Berengarii*, Imperatoris, per trigenta & octo annos, id est, ab anno DCCCCXXIV. usq; ad an. DCCCCLXII. quo *Otto* hujus nominis *I.* cognomento *Magnus*, in Italiam veniens, *Berengarium* hujus nominis *II.* Italiæ Regno abdicavit, & à *Joanne XII.* Romano Pontifice unctus ac consecratus fuit Occidentis Imperator. Hinc Principes illi, seu *Rodulphus*, *Hugo*, Rex Arelatensis, sive Provinciæ Comes, *Lotharius*, & *Berengarius* hujus nominis *II.* qui se ipsos nomine, & insignibus Imperii decorârunt ab anno nongentesimo vigesimo quarto, quo interfectus est *Berengarius* hujus nominis *I.* qui à *Joanne X.* Romano Pontifice, Imperator fuit inauguratus, usque ad annum nongentesimum sexagesimum secundum, quo *Otto* hujus nominis *I.* *Berengarium* hujus nominis *II.* Italiæ Regem prodi-

profligavit, & à *Joanne XII.* Pontifice Maximo consecratus est Occidentis Imperator, omnes, inquam, illi Principes, qui per illud temporis intervallum Imperii Insignia susceperunt, nec Imperatores dicendi sunt, nec ullum prorsùs in serie Imperatorum Occidentis locum habere debent, cùm nulli eorum à Romano Pontifice coronam Imperialem acceperint, sed fuerint dumtaxàt Italiæ Reges. Vacavit igitur Imperium Occidentis ab anno nongentesimo vigesimo quarto, quo trucidatus est Imperator *Berengarius* hujus nominis *I.* usque ad annum nongentesimum sexagesimum secundum, quo *Otto* hujus nominis *I.* Germaniæ Rex, coronâ Imperiali à *Joanne XII.* donatus est.

26 *Otto* hujus nominis *I.* dictus *Magnus* anno nongentesimo trigesimo sexto, quo ipsius pater Rex Germaniæ, *Henricus*, cognominatus *Auceps*, diem ultimum clausit, Procerum consensu successit patri suo in Regno Germaniæ, sed Imperator dictus non est nisi anno nongentesimo sexagesimo secundo, quo, sicut mox diximus, coronam Imperialem à Johanne XII. Pontifice Maximo accepit. Res multas præclarè gessit hic Imperator, sed nomini suo haud parvam labem inussit, dum *Johannem XII.* Romanum Pontificem, à quo fuerat Imperator inauguratus, sede injustè dejecit, & in ejus locum Antipapam *Leonem* hujus nominis *VIII.* intrusit. Obiit an. DCCCCLXXIII. Imperii, verò XI.

27 *Otto* hujus nominis *II.* successit patri suo *Ottoni I.* anno nongentesimo septuagesimo tertio. A *Joanne XIII.* Pontifice Maximo coronatus est Imperator, cùmque Imperium rexisset annis decem, obiit anno nongentesimo octogesimo tertio.

28 *Otto* hujus nominis *III.* anno nongentesimo octogesimo tertio patri suo *Ottoni II.* successit in Regno Germaniæ, sed non in Imperio, quod solùm obtinuit anno nongentesimo nonagesimo sexto, quo coronam Imperialem ei imposuit *Gregorius V.* Pontifex Maximus, cumque imperasset annis sex, mortuus est improlis anno MII.

29 *Henricus*, inter Reges Germaniæ hujus nominis *II.* sed inter Imperatores hujus nominis *I.* post mortem *Ottonis III.* electus est Rex Germaniæ an. MII. Sed Imperator dictus est dumtaxàt anno MXIV. quo à Summo Pontifice *Benedicto VIII.* Imperialem coronam accepit. Multis præclaris virtutibus, præsertim castitatis amore, præditus fuit *Henricus* inter Imperatores hujus nominis *I.* & sanctitatis famâ ubique celebris animam Deo reddidit anno MXXIV. Imperii sui nono. Sanctorum Fastis ab Ecclesia adscriptus est.

30. *Conradus*, inter Germaniæ Reges hujus nominis *II.* sed inter Imperatores hujus nominis *I.* post mortem *Henrici* Imperatoris electus est Rex Germaniæ anno MXXIV. non tamen Imperator dictus est nisi anno MXXVII. quo à *Joanne XIX.* Pontifice Maximo fuit coronatus, cùmque à tempore coronationis suæ imperâsset annis duodecim, obiit anno MXXXIX.

31. *Henricus*, inter Reges Germaniæ hujus nominis *III.* sed inter Imperatores hujus nominis *II.* post mortem *Conradi* Imperatoris, electus est Rex Germaniæ, non tamen *Augusti*, seu Imperatoris nomen obtinuit, nisi anno MXLVI. quo *Clemens II.* Pontifex Maximus eum coronavit Imperatorem. Virtutibus tam Christianis, quàm civilibus & bellicis præditus fuit *Henricus* Imperator, obiitque anno MLVI.

32 *Henricus*, inter Reges Germaniæ hujus nominis *IV.* sed inter Imperatores hujus nominis *II.* successit patri suo *Henrico II.* Imperatori an. MLVI. Crediderim tamen ipse, hunc *Henricum* locum dumtaxàt habere debere inter Reges Germaniæ, sed non inter Occidentis Imperatores, quippè qui nunquam à verò & legitimo Pontifice fuit coronatus Imperator, sed anno dumtaxàt MLXXXIV, à *Guiberto* Episcopo Ravennensi, quem ipsemet *Henricus* Antipapam, dictum *Clementem III.* contra verum Romanum Pontificem *Gregorium VII.* creaverat, coronam non gloriæ, sed confusionis accepit. Fuit Princeps ingenio ferox, superbus, violentus, Summis Pontificibus inobediens, Episcopatuum, & Abbatiarum venditor, & nequissimus Ecclesiæ persecutor. Quò factum est, ut Proceres Germaniæ an. MCV. ab illo defecerint, ejusque filium *Henricum* consensu unanimi elegerint Regem Germaniæ, qui patrem suum *Henricum*, omnibus Imperii Insignibus exutum, ad privatam vitam redegit, quam tandem variis curis, & ærumnis confectus anno MCVI. miserrimè clausit, à tribus Romanis Pontificibus excommunicatione perculsus, anno verò, postquàm à *Guiberto* Antipapa coronam Imperialem suscepisset, XXII.

33 *Henricus* inter Reges Germaniæ hujus nominis *V.* sed inter Imperatores hujus nominis *IV.* post abdicationem patris sui *Henrici*, electus fuit Rex Germaniæ anno MCV. Sed Imperator dictus est tantùm anno MCXI. quo à *Paschali II.* Pontifice Maximo fuit Romæ coronatus Imperator. Ecclesiam diù exagitavit occasione Controversiæ de *Investituris*, quæ tandem composita est in Concilio Generali Lateranensi *I.* convocato à *Callisto II.* Pontifice Maximo anno MCXXIII. Obiit *Henricus* inter Imperatores hujus nominis *IV.* anno MCXXV. & ab acceptâ Coronâ Imperiali à *Paschali II.* Pontifice Maximo, anno XIV.

34 *Lotharius*, hujus nominis *II.* Saxonum Dux, post mortem *Henrici*, inter Imperatores hujus nominis *IV.* absque prole defuncti, electus est, Rex Germaniæ anno MCXXV, sed Imperator dictus est tantùm anno MCXXXIII. quo Romam veniens, Coronam Imperialem ab *Innocentio II.* Pontifice Maximo accepit, & è vivis excessit non an. MCXXXVIII. ut censet *Baronius*, sed anno MCXXXVII. post acceptam verò ab *Innocentio II.* Pontifice Maximo Coronam Imperialem anno quinto.

35 *Conradus* inter Reges Germaniæ hujus nominis *III.* Sueviæ Dux, & Imperatoris *Henrici IV.* ex Sorore nepos, electus est Rex Germaniæ anno millesimo centesimo trige-

simo octavo. Vulgò dicitur Imperator, quamvis in serie Imperatorum Occidentis locum habere non deberet, eò quòd coronam Imperialem à Romano Pontifice non acceperit ob Bella civilia, quibus tota Italia, ipsaque Roma tum temporis ardebat. Hortante *S. Bernardo*, Claraevallensi Abbate, *Conradus* ad Sacram expeditionem profectus est, sed, rebus infeliciter gestis, rediit, obitque anno MCLII, Regni sui Germaniæ XIV.

36 *Fridericus Ænobarbus*, sive *Barbaroßa*, sic dictus à barba rosa, electus est Rex Germaniæ anno MCLII. sed Imperator dictus non est, nisi anno MCLV. quo Coronam Imperialem ab *Hadriano IV.* Pontifice Maximo accepit. Præclaris fuit ornatus naturæ dotibus, quas tamen infuscavit violando Ecclesiæ concordiam, & excitando schisma, quod duravit ab initio Pontificatus *Alexandri III.* hoc est, ab anno MCLIX. usque ad annum MCLXXVII. quo anno, pœnitentiâ *Friderici* Imperatoris, ejusque *Alexandro III.* Pontifici Maximo, præstito humili obsequio, extinctum est. Dein, *Fridericus* Imperator ad Expeditionem Sacram contra *Saladinum* profectus, exercitum in Orientem duxit, sed apud Seleuciam diem supremum obiit anno MCXC.

37 *Henricus* inter Reges Germaniæ hujus nominis *VI.* sed inter Imperatores *V.* eodem anno electus est Rex Germaniæ, quo *Fridericus Barbaroßa* Imperator migravit è vita, seu anno MCXC. coronam vero Imperialem accepit à *Cælestino III.* Pontifice Maximo anno sequenti, seu MCXCI. Totam Campaniam, Apuliam, & Siciliam Bello consecutus est, & in Regni Siciliæ Proceres omne genus inhumanitatis exercuit, indèque cognomento dictus *Asper*. Obiit anno MCXCVII.

Post obitum *Henrici* Imperatoris, hoc est, ab anno MCXCVII. usque ad annum millesimum ducentesimum nonum, nullus fuit certus Occidentis Imperator, *Philippus* siquidem, frater germanus *Henrici* Imperatoris, electus est ab una parte Principum Rex Germaniæ; *Otto* verò, Dux Saxoniæ, electus itidem ab altera parte Principum Rex Germaniæ, indeque atrox inter utrumque Germaniæ Regem electum exarsit bellum, quod protractum est usque ad annum MCCVIII. quo *Philippus* Rex Germaniæ, pugione confossus, soli *Ottoni* Regnum Germaniæ reliquit.

38 *Otto* hujus nominis *IV.* post necem *Philippo* Regi Germaniæ anno MCCVIII. illatam, solos perstitit Rex Germaniæ, & anno sequenti, seu MCCIX, coronam Imperialem accepit ab *Innocentio III.* Pontifice Maximo. Ecclesiæ perduellis *Otto* Imperator, excommunicatione perculsus est, acradem à *Philippo Augusto*, Galliarum Rege, ad Bovinas, propè Tornacum in Belgio, ingenti suorum clade devictus est, & Imperio privatus anno millesimo ducentesimo decimo quarto, obiitque anno millesimo ducentesimo decimo octavo.

39 *Fridericus* hujus nominis *II.* filius *Henrici* inter Imperatores hujus nominis *V.* post exauctorationem *Ottonis* Imperatoris factam anno MCCXIV. electus est Rex Germaniæ, & ab *Honorio III.* Pontifice Maximo Imperator coronatus est anno MCCXX. Romanos Pontifices diu divexavit, à quibus vicissim ipse, cùm esset in sua impietate pertinax, quinquies fuit anathemate perculsus, ac tandem in Concilio primo Generali Lugdunensi, anno MCCXLV. sub *Innocentio IV.* Pontifice Maximo celebrato, dejectus est Imperio, excessitque è vivis anno MCCL.

Ab anno MCCXLV. quo *Fridericus II.* in Concilio Generali Lugdunensi primo abdicatus est Imperio, usque ad annum millesimum ducentesimum septuagesimum tertium, quo *Rodulphus*, Comes Habspurgensis, electus est Imperator, contigit in Imperio Occidentis Interregnum, & quamvis nonnulli Principes per illud temporis intervallum electi sint Imperatores, videlicet *Henricus*, Thuringiæ & Hassiæ Landgravius; *Guillelmus*, Brabantiæ, sive Hollandiæ Comes, *Richardus*, Cornubiæ Comes, & *Henrici III.* Angliæ Regis frater, ac deinque *Alphonsus X.* Castellæ Rex, *Ferdinandi III.* Hispaniarum Regis filius, attamen omnes illi Principes Catalogo Imperatorum Occidentis accenseri minimè debent, tum quia nullus eorum fuit à Romano Pontifice Imperator coronatus; tum quia Imperio pacificè potiti non sunt, illudque dumtaxat, ut ita loquar, degustarunt.

40 *Rodulphus*, Comes Habsburgensis, electus est Imperator pridiè Kalend. Octobris anni MCCLXXIII. ejusque electio approbata fuit à *Gregorio X.* Pontifice Maximo. Fuit Princeps, justitiâ, religione, & bellicâ virtute Imperio dignus. Obiit anno MCCXCI. ab electione sua anno XVIII.

41 *Adolphus*, Nassoviæ Comes, electus est Imperator anno MCCXCI. sed, cùm esset avaritiâ, crudelitate, libidine, aliisque vitiis infectus, odium Procerum sibi conflavit, & ab eis Imperio abdicatus est anno millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, ab electione sua septimo.

42 *Albertus*, Austriæ Dux, *Rodulphi* Imperatoris filius, post abdicationem *Adolphi*, electus est Imperator anno MXCVIII. ejusque electionem à Septem-Viris factam approbavit *Bonifacius VIII.* anno millesimo trecentesimo secundo. Cognominatus est *Monoculus*, eò quòd venenum sibi propinatum, dum arte medicâ emovere conatetur, oculum amiserit. Nefariè pugione ictus trucidatus est anno millesimo trecentesimo octavo, ab electione sua decimo.

43 *Henricus* inter Reges Germaniæ hujus nominis *VII.* inter Imperatores *VI.* Comitis Luxemburgensis, & *Beatricis*, Hanoniæ Comitissæ, filius, electus est Imperator anno MCCCVIII. & Romam anno MCCCXII. veniens à Cardinalibus, quibus Summus Pontifex *Clemens V.* qui tum temporis in Galliis, seu Avenione, sedem tenebat, hanc provinciam demandaverat, solemni ritu inauguratus est Imperator. Obiit anno millesimo trecentesimo decimo tertio, ab electione sua anno quinto, à Romana corona-

tione

tione anno secundo per mensem unum, & dies viginti quatuor inchoato. Naturali morte occubuit hic Imperator, non verò, ut quidam falsò efferunt, veneno ipsi porrecto in particula Sacro-Sanctæ Eucharistiæ manu *Bernardi Politiani*, Ordinis Prædicatorum, qui huic Imperatori erat à Confessionibus, Post mortem *Henrici* Imperatoris, divisis bifariàm Principibus Germaniæ, alii *Ludovicum*, Bavariæ Ducem, alii *Fredericum Austriacum*, Imperatorem designârunt; & quamvis potior esset *Ludovici* Bavariæ Ducis electio, quàm *Frederici Austriaci*, nihilominùs hæc inter utrumque electum Imperatorem enata dissensio Germaniam atroci bello ab anno MCCCXIV. distinuit usque ad annum MCCCXXII. quo *Fredericus Austriacus* captus à *Ludovico* Bavariæ Duce & per triennium in vinculis detentus, tandem anno MCCCXXV. liber dimissus est eâ lege, ut Austriâ suâ contentus, omni jure ad Imperium cederet. Cui conditioni cùm acquievisset *Fredericus Austriacus*, ad solum *Ludovicum*, Bavariæ Ducem, jus ad Imperium pertinuit. Verùm hanc *Ludovici* Bavariæ Ducis electionem factam anno millesimo trecentesimo decimo quarto, Summus Pontifex *Joannes XXI.* quem alii appellant *Joannem XXII.* nullo pacto approbare voluit, sed potiùs *Ludovicum Bavarum*, Sedi Apostolicæ parêre detrectantem, & Schisma in Ecclesia excitantem, anathemate percussit, prohibuitque omnibus fidelibus, ne cum illo communicarent, eique obtemperarent. Hanc in *Ludovicum Bavarum à Joanne XXI.* Pontifice Maximo latam sententiam renovavit *Clemens VI.* Summus Pontifex, qui etiam Principibus Electoribus jussit, ut convenirent ad alium creandum Germaniæ Regem, quem Sedes Apostolica in Imperatorem promoveret. Mandato Pontificis morem gesserunt Principes Electores, & anno millesimo trecentesimo quadragesimo sexto *Carolum IV.* Regem Bohemiæ, in Romanorum Regem elegerunt; *Ludovicus* verò Bavariæ Dux, obiit anno sequenti seu MCCCXLVII. Cùm igitur *Ludovici* Bavariæ Ducis Electio fuerit à Romano Pontifice reprobata, ipse verò, ob sui contumaciam, anathemate percussus, nullum in serie Imperatorum Occidentis locum habere debet, ac subinde ab anno MCCCXIV. quo facta est *Ludovici*, Bavariæ Ducis, in Regem Germaniæ, seu ut nunc vulgò dicitur, in Romanorum Regem, electio, usque ad annum millesimum trecentesimum quadragesimum sextum, quo, abdicato *Ludovico Bavaro*, in Romanorum Regem electus est *Carolus IV.* Bohemiæ Rex, vacavit Imperium Occidentis, sicut optimè observat *Henricus Spondanus* Tomo I. Continuationis Annalium Ecclesiasticorum *Baronii* ab anno MCCCXIV. ad annum MCCCXLVI.

44 *Carolus* inter Imperatores hujus nominis *IV.* electus est, ut mox diximus, Romanorum Rex anno MCCCXLVI, & Coronam Imperialem anno millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto Romæ in die Paschatis accepit ab *Ægidio* Cardinali Pœnitentiario *Innocentii VI.* qui tum temporis Avenione sedebat. Vita functus fuit *Carolus IV.* Imperator anno MCCCLXXVIII. post acceptam coronam Imperialem anno XXIII.

45 *Wenceslaus*, filius *Caroli IV.* Imperatoris, electus fuit Germaniæ, seu Romanorum Rex, vivente adhuc Patre suo, anno millesimo trecentesimo septuagesimo septimo, sed nunquam à Romano Pontifice coronam Imperialem accepit, fuitque Princeps corpore, & animo deformis, Hæreticorum Hussitarum fautor, libidini, crapulæ, incantationibus, sævitiæ, omnibusque vitiis deditus, adeò ut mirum sit, ausum fuisse quemdam Hæreticum prolixam satis in gratiam *Wenceslai*, pessimi Principis, adornare Apologiam in ea, quam nuperrimè, seu anno millesimo septingentesimo septimo Amstelodami publicavit, *Historiâ Augustâ Romanorum Imperatorum.* Tot pravis corruptisque moribus infectus fuit *Wenceslaus*, ut à Principibus electoribus fuerit Regno Germaniæ privatus anno millesimo quadringentesimo, ab electione verò sua in Regem Germaniæ anno XXIII. Post abdicationem *Wenceslai*, electus est Rex Romanorum ac designatus Imperator *Fridericus*, Dux Brunsvicensis, egregius Princeps, & rei militaris peritissimus. Sed eodem anno, quo electus est, à *Waldekiano* Comite, jussu, ut fertur, Archiepiscopi Moguntini, occisus est anno millesimo quadringentesimo.

46 *Robertus*, sivè *Rupertus*, Bavariæ Dux, & Comes Palatinus cognomento *parvus*, occiso *Friderico*, electus est Romanorum Rex, & Imperator designatus anno millesimo quadringentesimo, obiitque anno millesimo quadringentesimo decimo, ab electione vero suâ in Germaniæ, seu Romanorum Regem, anno X. Post mortem *Ruperti*, Imperator ab Electoribus designatus est *Jodocus*, Brandeburgi, & Moraviæ Marchio, sed sexto mense, post suam in Germaniæ, seu Romanorum Regem electionem, obiit inglorius, nunquam coronatus Imperator.

47 *Sigismundus Caroli IV.* Imperatoris filius, & frater *Wenceslai*, in Germaniæ, seu Romanorum Regem, electus est anno millesimo quadringentesimo, & coronam Imperii anno millesimo quadringentesimo trigesimo tertio ab *Eugenio IV.* Pontifice Maximo accepit. Fuit optimus Imperator, omni virtute clarus, de Imperio optimè meritus, & in conciliandа pace Ecclesiæ, diro ac diurno grassante tum temporis Schismate, multum exagitatæ, jugiter intentus. Obiit *Sigismundus* Imperator anno millesimo quadringentesimo trigesimo septimo, ab electione sua in Germaniæ, seu Romanorum Regem, anno XXVII. post acceptam ab *Eugenio IV.* Imperialem coronam, anno V.

48 *Albertus* hujus nominis *II.* à Septem-Viris electus est Rex Germaniæ, seu Romanorum, Imperatorque in Comitiis designatus anno millesimo quadringentesimo trigesimo octavo. Optimis artibus tum belli, tum pacis enituit, liberalitate ac justitiâ præstans, magnusque planè futurus Imperator, si longiorem vitam egisset. Sed mortuus est

anno fecnodo post electionem suam, seo anno millesimo quadringentesimo quadragesimo.

49 *Fridericus* huius nominis *III.* electus est Imperator anno millesimo quadringentesimo quadragesimo, & Curonam Imperii, unà cum *Eleonora*, conjuge suâ, à *Nicolao V.* Pontifice Maximo accepit anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo, imperavit pacificè, & obiit anno millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio, ab electione sua in Regem Germaniæ, seu Romanorum, anno LIV. post verò acceptam à *Nicolao V.* Pontifice Maximo Coronam Imperialem anno XLII.

50 *Maximilianus* hujus nominis *I.* quem *Fridericus III.* ipsius pater jam Imperii consortem fecerat, & Regem Romanorum ab Electoribus anno millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto institui curaverat, successit patri suo anno millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio, & obiit anno MDXIX. Regni sui post obitum patris vigesimo sexto.

51 *Carolus V.* nepos *Maximiliani* hujus nominis *I.* electus est Imperator anno MDXIX. sed coronam Imperialem à *Clemente VII.* Pontifice Maximo dumtaxàt Bononiæ accepit anno MDXXX. Perpetuum ferè Bellum cum *Francisco I.* Galliarum Rege gessit, ac taodem rerum humanarum pertæsus, sese Imperio abdicavit anno MDLVI. post electionem suam in Imperatorem anno trigesimo septimo, post acceptam verò à *Clemente VII.* Romano Pontifice Coronam Imperialem anno XXVI. atque bienno post abdicationem suam piè obiit anno MDLVIII.

52 *Ferdinandus* hujus nominis *I.* Imperatoris *Caroli V.* filius, Hungariæ, & Bohemiæ Rex jam inauguratus anno MDXXVII. & Rex Romanorum anno MDXXX. tandem electus est Imperator anno MDLVIII. Fuit Princeps mitis, affabilis, temperans, & pacis artibus insignis. Intempestivâ tamen mansuetudine in causa fuit, cur pestifera *Lutheri* Hæresis longè latèque per Germaniam grassata fuerit. Obiit anno MDLXIV. post electionem verò suam in Imperatorem anno septimo.

53 *Maximilianus* hujus nominis *II.* filius *Ferdinandi I.* patri suo successit, anno millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, eique moribus, & ingenio simillimus fuit, sed Lutheranos in ordinem redigere non curavit. Obiit anno MDLXXVI. Regni sui post obitum patris anno XII.

54 *Rudolphus* hujus nominis *II.* filius *Maximiliani II.* successit patri suo anno millesimo quingentesimo septuagesimo sexto. Fuit pacis ac tranquillitatis amantior, quàm ipsius dignitates, & Catholica Religio, tum temporis ab Hæreticis Lutheranis acerrimè in Germania impetita, postulare videbantur. Obiit anno MDCXII. Regni sui post obitum patris trigesimo sexto.

55 *Matthias*, frater *Rudolphi*, hujus nominis *II.* Hungariæ, & Bohemiæ Rex, fuit electus Imperator anno MDCXII. Sedem Imperii, ob gravissimas turbas, quas Hæretici in Regno Bohemiæ continuò excitabant, transtulit Pragâ Viennam Austriæ. Sed cùm illæ turbæ in dies gliscerent, nec eas compescere posset, mœrore confectus excessit è vivis, anno MDCXIX. anno verò post electionem suam in Imperatorem sexto, cum mensibus novem.

56 *Ferdinandus* hujus nominis *II.* electus est Imperator anno MDCXIX. perduelles hæreticos Bohemos, aliosque finitimos populos in ordinem redegit, & cum *Gustavo*, Sueciæ Rege, gravissimum Bellum gessit, quod tandem feliciter confecit, obiitque anno millesimo sexcentesimo trigesimo septimo, post verò electionem suam ad Imperium, anno decimo nono.

57 *Ferdinandus* hujus nominis *III.* successit patri suo *Ferdinando II.* an. MDCXXXVII. Claruit multis virtutibus, præsertim eximiâ pietate, quâ se contra Hæreticos Catholicæ Religionis propugnatorem semper exhibuit. Excessit ex hac vitâ anno MDCLVII. ab electione verò sua ad Imperiale solium, anno vigesimo. Post *Ferdinandi III.* obitum fuit Interregnum undecim mensium.

58 *Leopoldus Ignatius*, filius *Ferdinandi III*, electus est Imperator anno MDCLVIII. Diuturnum cum Gallis Bellum gessit, & de Turcis anno MDCLXXXIII. Viennam obsidentibus, insignem victoriam reportavit. Mortuus est anno MDCCV. ab electione verò sua ad Imperium, anno XLVIII.

59 *Josephus*, filius *Leopoldi Ignatii* Primogenitus, qui jam Augustæ anno MDCXC. Rex Romanorum fuerat coronatus, successit patri suo anno MDCCV. Domuit rebelles Hungariæ, & bellum contra Gallo-Hispanos, à patre suo susceptum, continuavit, Gallosque in Italia, & in Belgio, consertis per suos Duces prœliis, vicit ac superavit, ac tandem inter Bellorum strepitus è vita migravit anno MDCCXI.

60 *Carolus* hujus nominis *VI.* in demortui fratris sui locum suffectus est, & hodie Reipublicæ clavum tenet.

OBSERVATIONES,

Ad illustrandam Tabulam Chronologicam Imperatorum Occidentis, maximè postquam Carolus Magnus, *anno octingentesimo Imperium Occidentis renovavit, omnino necessariæ.*

In primis observate debes, non rectè à quibusdam Scriptoribus dici, Imperium Occidentale fuisse à *Leone III.* Pontifice Maximo translatum in *Carolum Magnum*, Galliarum Regem. Hæc quippè *translationis* vox rem gestam non benè explicat, quia quando *Carolus Magnus* coronam Imperialem à *Leone III.* Romano Pontifice anno octingentesimo accepit, Imperium Occidentale erat jam annis abhinc trecentis, & amplius in *Momyllo Augustulo*, ultimo Occidentis Imperatore, extinctum, adeoque in aliquem Principem transferri minimè poterat, sed tantùm renovari; quod

quod & reapsè præstitit *Leo III.* Summus Pontifex, ficut demonstrant Nomismata *Caroli Magni*, quæ adhuc supersunt, & in quibus legitur: *RENOVATIO IMPERII.* Quocircà, hanc Imperii Occidentalis renovationem rectè explicat *Sigonius* lib. IV. *De Regno Italia* ad annum octingentesimum primum, ubi hæc habet: *Hunc dignitatis Imperatoria titulum, cùm in Momyllo Augustulo, ultimo Occidentis Imperatore, ante trecentos fermè annos sub Regnum Gothorum in Italia defecisset, in eodem Occidente Pontifex renovavit, ut haberet Ecclesia Romana adversùs infideles, hereticos, ac seditiosos, Tutorem, cujus officium repudiàsse jam pridem Imperator Orientis videretur.*

Præterea, observare debes, quòd licèt non constet apud omnes, Septem-Virorum, penès quos solos est Imperatores Occidentis eligendi potestas, institutionem ad *Gregorium V.* Pontificem Maximum esse referendam; certum tamen esse debet, jus eligendi Imperatores Occidentis à Romanis Pontificibus emanàsse, postquàm *Leo III.* Pontifex Maximus, Imperium Occidentis in *Carolo Magno*, Galliarum Rege, anno octingentesimo renovavit. Id quippè juris Romani Pontificibus disertè asserit ac vindicat *Innocentius III.* in Epistola ad *Bertholdum*, Zaringiæ Ducem, post *Ottonis IV.* electionem, sub initium sæculi XIII. peractam. Ibi enim capite *Venerabilem, de electione*, hæc scribit *Innocentius III.* quæ singulari observatione perpendi debent: *His Principibus*, seu Electoralis Collegii-Septem Viris, *jus & potestatem eligendi Regem, in Imperatorem postmodùm promovendum, recognoscimus, ut debemus, ad quos de jure & antiqua consuetudine noscitur pertinere; præsertim cùm ad eos jus, & potestas hujusmodi ab Apostolica Sede pervenerit, qua Romanum Imperium in persona magnifici Caroli à Græcis transtulit in Germanos. Sed & principes recognoscere debent, & utique recognoscunt (sicut iidem in nostra recognovêre præsentia) quòd jus, & auctoritas examinandi personam electam in Regem, & promovendam ad Imperium, ad nos spectat, qui eum inungimus, & coronamus. Est enim regulariter & generaliter observatum, ut ad eum examinatio persona pertineat, ad quem manus impositio spectat. Numquidenim, si Principes non solum in discordia, sed etiam in concordia, Sacrilegum quemcumque, vel excommunicatum, tyrannum, fatuum, vel hereticum eligerent, aut paganum, nos inungere, consecrare, ac coronare hominem hujusmodi deberemus? Absit omninò.* Ex quibus *Innocentii III.* Pontificis verbis constat, Principes, seu Electoralis Collegii Septem-Viros, ultrò agnovisse, auctoritatem examinandi personam electam in Regem Germaniæ, eamque ad Imperium promovendi, de jure pertinere ad Romanos Pontifices, à quibus inungi, & coronam Imperialem accipere debent Reges Germaniæ, ut vi illius coronationis possint appellari Imperatores. Quòd si verò Coronam Imperialem à Romano Pontifice non acceperint, dicentur quidem *Reges Germania*, vel *Imperatores electi*, sed verè, & propriè Imperatores appellari non poterunt. Hinc est primò, quòd in Tabula nostra Chronologica Imperatorum Occidentis, *Ludovicum* filium *Arnulphi* Imperatoris, *Conradum* hujus nominis *I.* & *Henricum* hujus nominis *I.* qui dicebatur *Auceps*, Reges quidem Germaniæ appellaverimus, sed non Imperatores, tum quia *Ludovicus*, filius *Arnulphi* Imperatoris, *Conradus I.* & *Henricus I.* dictus *Auceps*, qui Reges Germaniæ fuerunt, coronam Imperialem à Romano Pontifice nunquam acceperunt, tum quia etiam eodem tempore, quo *Ludovicus*, *Conradus I.* & *Henricus I.* in Germania regnârunt, *Ludovicus* hujus nominis *Tertius*, *Bosonis* Regis Arelatensis, seu Provinciæ Comitis, filius, fuit coronatus Imperator à *Benedicto Quarto*, Pontifice Maximo, & post *Ludovicum Tertium* coronam Imperialem à *Joanne X.* Summo Pontifice obtinuit *Berengarius*, Dux Forojuliensis *Ludovicus* igitur *Tertius* Bosonis, Regis Arelatensis, filius, & *Berengarius*, Dux Forojuliensis, veri fuerunt Imperatores, utpotè qui coronam Imperialem à Romanis Pontificibus acceperunt, non verò *Lodovicus*, filius *Arnulphi* Imperatoris, *Conradus* hujus nominis *Primus* & *Henricus* hujus nominis *Primus* Germaniæ Reges, qui nunquàm à Romanis Pontificibus fuerunt coronati Imperatores. Secundò, rectè diximus in Tabola Chronologica Imperatorum Occidentis, ab obitu *Berengarii*, qui à *Joanne X.* Pontifice Maximo fuit coronatus Imperator; id est, ab anno nongentesimo vigesimo quarto, quo occisus est Imperator *Berengarius*, usque ad annum nongentesimum sexagesimum secundum, quo *Otto* hujus nominis *Primus* cognomento *Magnus*, Romam veniens, *Berengarium* hujus nominis *II.* Italiæ Regno privavit, & à *Joanne XII.* inauguratus est Imperator, vacâsse Imperium Occidentis, ac subinde *Rodulphum*, *Hugonem*, Regem Arelatensem, seu Provinciæ Comitem, *Lotharium*, & *Berengarium*, hujus nominis *Secundum*, qui per illud temporis intervallum Reges Italiæ fuerunt, Imperatores appellari haud debere, nec ullum in serie Imperatorum Occidentis locum habere, eò quòd à Romanis Pontificibus nunquam fuerint coronati Imperatores. Tertiò, observavimus in Tabula nostra Chronologica Imperatorum Occidentis, postquàm *Fridericus* hujus nominis *Secundus* Imperator fuisset in Concilio Generali Lugdunensi I. Dignitate Imperiali abdicatus anno millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, usque ad annum millesimum ducentesimum septuagesimum tertium, quo *Rodulphus*, Comes Habspurgensis, jubente, & approbante Summo Pontifice *Gregorio X.* electus est Imperator, fuisse pariter in Imperio Occidentis Interregnum, adeòque *Henricum*, Thuringiæ & Hassiæ Landgravium, *Guillelmum*, Brabantiæ, sive Hollandiæ Comitem, *Richardum* Cornubiæ Comitem, & *Henrici Tertii* Angliæ Regis fratrem, ac denique *Alphonsum*, Castellæ Regem, *Ferdinandi Tertii* Hispaniarum Regis filium, qui per illud temporis spatium Imperatoris nomen, & insignia susceperunt, Imperatorum Catalogo adscribi non debere, tum quia eorum electio à nullo Romano Pontifice fuit confirmata; tum quia jus, quod ad Coronam Imperialem sibi arrogabant; erat omninò incertum; tum quia etiam nullus illorum ab aliquo Romano Pontifice fuit coronatus Imperator. Denique, jure optimo diximus in Tabula nostra Chronologica Imperatorum Occidentis, *Ludovicum*, Bavariæ Ducem, è Catalogo Imperatorum Occidentis esse expungendum, quia ejus electio fuit à Summo Pontifice *Joanne XXI.*

XXI. quem alii appellant *XXII.* reprobata, nec ipse unquàm à vero, & legitimo Romano Pontifice Coronam Imperialem accepit. Uno verbo, hi omnes, qui, postquam fuerunt electi Germaniæ Reges, seu, ut ajunt modò, Romanorum Reges, Coronam Imperialem à Romano Pontifice acceperunt, verè Imperatores appellari debent; alii verò, qui electi Germaniæ, seu Romanorum Reges, coronam Imperialem à Romano Pontifice, post renovationem Imperii Occidentalis anno octingentesimo à *Leone III.* factam, non acceperunt, *Imperatores* absolutè dici non possunt, sed solùm *electi Imperatores*, quia vi electionis suæ in Regem Germaniæ, seu in Regem Romanorum, jus habent ad Imperialem dignitatem, & primum inter Principes Christianos locum obtinendi, idque juris habent à Romanis Pontificibus, qui se ad eos Imperatores confirmandos, & coronandos obstrinxêre, modò nullum occurreret in electione vitium, quod examinandum ad eosdem Romanos Pontifices spectat, ut ipsimet Principes Germaniæ agnoverunt, ac palàm professi sunt coram *Innocentio III.* Pontifice Maximo, cujus testimonium, omni exceptione majus, suprà laudavimus. Quæ cum ita sint, justè improbari ac proscribi debet nuperus quidam Scriptor Hæreticus, qui in *Historia Augusta Romanorum Imperatorum*, quam Amstelodami anno millesimo septingentesimo septimo publica luce donavit, asserit, eos omnes, qui Germaniæ, seu Romanorum Reges fuere electi, verè esse Imperatores absque ulla confirmatione, inauguratione, seu coronatione, quæ à Romano Pontifice fieri debeat. Sic enim scribit pag. 180. virulentus ille hæreticus, *Scilicèt nemo verè imperat aut regnat, nisi à Pontifice aliquo inunctus! En tibi profundam Cleri ambitionem! en arcanum Sacri Regni Sacerdotalis*, & pag. 210. *Romani*, inquit, *Hierophanta clam, palàm, per fas, & nefas, per dolos, Strophas, Sophismata Religionis fuco splendentia, per hypocrisim, humilitatis scilicèt, & pietatis Christianæ pallio amictam, jam olim cœperant usque ab Hildebrando* (seu Gregorio VII. Summo Pontifice) *ad Hieromonarchiam profanissimam grassari, conculcantes, quantùm & ubicumque modo poterant, auctoritatem legitimam Imperatorum, eorum vires enervando, Regiones Italicas quavis specie sibi rapiendo &c.* Nemini itaque mirùm videri debet, quòd ille hæreticus in sua *Historia Augusta Romanorum Imperatorum* plures in serie Romanorum Imperatorum Occidentis percenseat, quos tamen non Imperatores, sed Germaniæ dumtaxàt, vel Italiæ Reges fuisse ostendimus in Tabula Chronologica Imperatorum Occidentis.

Postremò observare debes, olim Germaniæ Regnum in eadem familia Regiâ fuisse successivum, sed non absolutè hæreditarium; populi enim Regem eligendi, quem mallent, ex eadem familia Regia jus habebant, solebantque defuncti Regis filium natu majorem cæteris anteponere. In hac autem Regis Germaniæ electione Primates, seu Regni Primores, omnia poterant, & populorum consensum secum trahebant. Quamvis ergo Germaniæ Regnum in eadem familia Regiâ fuerit olim successivum, non fuit tamen absolutè hæreditarium, cùm ad Regis Germaniæ electionem necessarius omninò esset Procerum, populique consensus. Duravit autem hæc consuetudo ex eadem familia Regia eligendi Germaniæ Regem usque ad Summum Pontificem *Gregorium VII.* quo Ecclesiam Romanam regente, in Comitiis Regni Germaniæ decretum est, ut Regis Germaniæ electio intra Regiam familiam non restringeretur, sed quilibet in Regem eligi posset, adeoque tunc, anno scilicèt millesimo septuagesimo septimo, quo *Rodulphus*, Suevorum antea Dux, in Regem Germaniæ electus est, successio in eadem familia in Regnum Germaniæ antiquata fuit, & *consensu omnium comprobatum est, & Romani Pontificis auctoritate corroboratum, ut Regia potestas nulli per hæreditatem (sicut ante fuerat consuetudo) cederet, sed filius Regis (etiamsi valdè dignus esset) per electionem spontaneam, non per successionis lineam, Rex proveniret; si verò non esset dignus Regis filius, vel si nollet eum populus, quem Regem facere vellet, haberet in potestate populus.* Ita refert *Bruno*, Germaniæ Scriptor, in libro *De Bello Saxonico.* Anno igitur millesimo septuagesimo septimo facta est insignis in electione Regis Germaniæ mutatio. Hactenus enim Germaniæ Regnum electivum quidem erat, sed non nisi illi, qui erant ex familia regnatrice, ad illud eligi poterant, at in Conventu apud *Forcheimium*, anno millesimo septuagesimo septimo habito, Germaniæ Proceres omne hæreditarium in Germaniæ Regnum jus repudiârunt, atque decreverunt, ut deinceps omnes ad illam electionem jus haberent, seu Reges Germaniæ eligi possent. Post aliquot tamen annos ad priorem consuetudinem reditum est. Filii siquidem *Henrici* hujus nominis inter Reges Germaniæ *IV.* electi sunt Reges Germaniæ, videlicèt *Conradus* anno millesimo nonagesimo tertio, & *Henricus* anno millesimo centesimo quinto, eoque absque prole defuncto, *Conradus* illius ex sorore *Agnete* nepos, & deindè ejusdem ex ordine nepotes fuerunt Reges Germaniæ salutati; nec posteà desierunt, nisi fortè semel & iterùm, vocari propinqui ad propinquiorum successionem in Regno Germaniæ, ut videre est in Tabula Chronologica Imperatorum Occidentis, quam exhibuimus. Hanc priorem consuetudinem eligendi è sola Familia regnatrice Germaniæ, seu, ut modò ajunt, Romanorum Regem, etiamnùm retinere quodammodò videntur Electoralis Collegii Principes, qui jam à longa annorum serie filium natu majorem Regnatricis familiæ Austriacæ Regem Germaniæ, seu Romanorum, elegerunt, atque Imperatorem designârunt, quamvis alium Principem, etiam ex familia Austriaca non oriundum, eligendi Germaniæ, seu Romanorum Regem, pleno jure potiantur, ita ut tamen jus examinandi ac confirmandi Germaniæ, seu Romanorum Regis, electionem, eique Coronam Imperialem imponendi ad Romanum Pontificem pertineat, nec possit Germaniæ, seu Romanorum Rex electus, ante perceptam à Romano Pontifice Coronam Imperialem, absolutè appellari *Imperator*, sed dumtaxàt *electus Imperator*, sicut jam observavimus contra quosdam Germaniæ Scriptores, qui pertendunt, eos, qui Germaniæ, seu Romanorum Reges sunt semel electi, vi electionis suæ Imperatores esse, & ut tales ab omnibus jure appellari, haberique debere, etiamsi eorum electio à Romano

Ponti-

Pontifice non sit confirmata, nec ab eo Imperialem Coronam acceperint; quod tamen oppidò falsum est, & omninò contrarium antiquissimo juri, quod Romani Pontifices ab anno octingentesimo, quo extinctum Occidentis Imperium, in *Carolo Magno*, Galliarum Rege renovârunt, semper retinuerunt, eoque potiti sunt, non reclamantibus Proceribus Germaniæ, sed potiùs coràm *Innocentio III.* Pontifice Maximo ultrò profitentibus, jus examinandi ac confirmandi electionem factam Regis Germaniæ, eumque per Coronationem promovendi ad Imperium, Romanis Pontificibus ex antiqua consuetudine asseri ac vindicari debere. Sed satis hactenùs dictum sit, de Romanis Imperatoribus, qui summâ rerum in Occidente potiti sunt ad quorum Tabulam Chronologicam attexam nunc successionem Consulum Romanorum ab anno primo Æræ Christianæ, seu Natalis Vulgaris Christi, usque ad *Basilium* juniorem, qui ultimus privatorum Consulatum in Oriente gessit, anno Christi DXLI.

SUCCESSIO

Consulum Romanorum,

Ab anno primo Æræ Christianæ, seu Natalis Vulgaris Christi, usque ad Basilium *Juniorem, qui anno Christi quingentesimo quadragesimo primo ultimus privatorum Consulatum in Oriente gessit.*

CONSULES ROMANI. *Anni*

CAjus Cæsar, & L. Æmilius Paulus anno Christi. 1

P. Vinicius, & P. Alfenus. 2

L. Ælius Lamia, & M. Servilius. 3

Sex. Ælius Catus, & C. Sentius Saturninus 4

L. Valerius Messala Volusianus, & Cn. Cornelius Cinna. 5

M. Æmilius Lepidus, & L. Arruntinus. 6

A. C. Licinius Nerva Silianus, & Q. Cæcilius Metellus Creticus Silanus. 7

Furius Camillus, & Sex. Nunius Quintilianus. 8

Q. Sulpicius Camerinus, & C. Poppæus Sabinus. 9

P. Cornelius Dolabella, & C. Junius Silanus. 10

M. Æmilius Lepidus, & T. Statilius Taurus. 11

Germanicus Cæsar, & C. Fontejus Capito. 12

C. Silius, & Munacius Plancus. 13

Sex. Pompejus & Sextus Apulejus. 14

Drusus Cæsar, & C. Norbanus Flaccus. 15

T. Statilius Sisenna Taurus, & L. Scribonius Libo. 16

C. Cælius Rufus, & L. Pomponius Flaccus. 17

Tiberius Augustus III. & Germanicus II. 18

M. Julius Silanus, & Norbanus Balbus. 19

M. Aurelius Messala, & M. Aurelius Cotta. 20

Tiberius Augustus IV & Drusus Cæsar II. 21

C. Sulpicius Galba, & D. Haterius Agrippa. 22

C. Asinius Pollio, & C. Antistius Vetus. 23

Cornelius Cethegus, & Visellius Varro. 24

M. Asinius Agrippa, & Cossus Cornelius Lentulus. 25

CONSULES ROMANI. *Anni*

Lentulus Gerulicus, & C. Calvisius. 26

M. Licinius Crassus, & L. Calpurnius Piso. 27

Ap. Junius Silanus, & P. Silius Nerva. 28

C. Fufius Geminus, & L. Rebellius Geminus. 29

L. Cassius Longinus, & M. Vinicius. 30

Tiberius Aug. V. & L. Ælius Sejanus. 31

Cn. Domitius Ænobarbus & M. Furius Camillus Scribonianus. 32

Ser. Sulpicius Galba, & L. Sulla Felix. 33

Paulus Fabius Persicus, & L. Vitellius. 34

C. Cestius Gallus, & M. Servilius Nonianus. 35

Sex. Papinius Allienus, & Q. Plantius. 36

Cn. Acerronius Proculus, & C. Pontius Nigrinus. 37

M. Aquillius Julianus, & P. Nonius Asprenas. 38

Cajus Augustus II. & L. Apronius Cæsianus. 39

Cajus Augustus III. solus. 40

Cajus Aug. IV. & Cn. Sentius Saturninus. 41

Claudius Augustus II. & C. Cæcina Largus. 42

Claudius Aug. III. & L. Vitellius II. 43

L. Quinctius Crispinus II. & M. Statilius Taurus. 44

M. Vinicius II. & Taurus Statilius Corvinus. 45

Valerius Asiaticus II. & M. Julius Silanus. 46

Claudius Aug. IV. & L. Vitellius III. 47

A. Paulus Vitellius, & L. Vipsanius. 48

C. Pompejus Gallus, & Q. Verannius. 49

C. Antistius Vetus, & M. Suillius Nervilianus. 50

Claudius Augustus V. & Ser. Cornelius Orfitus. 51

Faustus Sulla, & Salvius Otho. 52

D. Junius & Q. Haterius. 53

M. Asinius Marcellus, & M. Acilius Aviola. 54

Nero Augustus, & L. Antistius Vetus. 55

Q. Volusius Saturninus, & P. Cornelius Scipio. 56

Nero Aug. II. & L. Piso. 57

Nero Aug. III. & Valerius Messala. 58

Vipsanius Apronianus, & L. Fontejus Capito. 59

Nero Aug. IV. & Cossus Cornelius. 60

Cæsonius Pætus, & P. Petronius Turpilianus. 61

P. Marius Celsus, & L. Asinius. 62

C. Memmius Regulus, & L. Verginius Rufus. 63

C. Lecanius Bassus, & M. Licinius Crassus. 64

A. Licinius Nerva Silianus & M. Vestinus Atticus. 65

C. Lucius Telesinus, & C. Suetonius Paulinus. 66

L. Fontejus Capito, & C. Julius Rufus. 67

C. Silius Italicus, & M Galerius Trachalus. 68

Servius Sulpicius Galba Aug. & T. Vinius Rufinus. 69

Fl. Vespasianus Aug. II. & Titus Cæsar I. 70

Fl. Vespasianus Aug. III. & M. Coccejus Nerva. 71

Vespasianus Augustus IV. & Titus Cæsar II. 72

Domitianus Cæsar II. & M. Valerius Messalinus. 73

Vespasianus Aug. V. & Titus Cæsar III. 74

D Vespa-

CONSULES ROMANI.	*Anni*
Vespsfianus Aug. VI. & Titus Cæsar V.	75
Vespasianus Aug. VII. & Cæsar V.	76
Vespasianus Aug. VIII.& Titus Cæsar VI.	77
L.Cejonus Commodus, & D. Novius Priscus.	78
Vespasiannus Aug. IX. & Titus Cæsar VII.	79
Titus Aug. VIII. & Domitianus Cæsar VII.	80
Sex. Anuius Silvanus, & T. Verus Pollio.	81
Domitiannus Aug. VIII. & T. Fl, Sabinus.	82
Domitianus Augustus IX. & Q. Petilius Rufus II.	83
Domitianus Aug.X.& Appius Sabir us.	84
Dnmitianus Aug. XI. & T. Aurelius I ulvus.	85
Domitianus Augustus XII. & Ser. Cornelius Dolabella.	86
Domitianus Augustus XIII. & A. Volusius Saturninus.	87
Domitianus Augustus XIV, & L. Minucius Rufus.	88
T. Aurelius Fulvus II. & A. Sempronius Atratinus.	89
Domitianus Augustus XV, & M. Coccejus Nerva II.	90
M. Ulpius Trajanus,& M. Acilius Glabrio.	91
Domitianus Augustus XVI,& Q. Volusius Saturninus.	92
Pompejus Collega, & Cornelius Priscus.	93
L. Nonnius Asprenas, & M. Aretinus Clemens.	94
Domitiaus Aug. XVII.& T. Flav. Clemens.	95
C. Fulvius Valens, & C. Antistius Vetus.	96
Nerva Aug. III. & L. Verginius Rufus III.	97
Nerva Augustus IV. & M. Ulpius Trajanus Cæsar II.	98
C. Sosius Senecio II. & Cornelius Palma.	99
Trajanus Aug. III. & M. Julius Fronto.	100
Trajanus Augustus IV. & Sex. Articulejus Pætus.	101
C. Snsius Senecio III. & L. Licinius Sura.	102
Trajanus Aug. V.&L. Appius Maximus II.	103
L. Licinius Sura II.& Marcellus.	104
Tib. Julius Candidus II. & A. Julius Quadratus.	105
L. Cejonius Commodus Verus, & L. Tutius Cerealis.	106
C. Sosius Senecio IV. & L. Licinius Sura III.	107
App. Annius Trebonianus Gallus, & M. Atilius Metilius Bradua.	108
A. Cornelius Palma II. & C. Calvisius Tullus II.	109
Crispinus Priscianus, & Solenus Orfitus.	150
C. Calpurnius Pisn & M. Vetius Bolanus.	111
Trajanus Ang. VI. & T. Sextius Africanus.	112
L. Publius Celsus II. & C. Clodius Crispinus.	113
Q. Ninius Hasta, & P. Manilius Vopiscus.	114
L. Vipstanus Messala & Vergilianus Pedo.	115
L. Ælius Lamia & Ælianus Veter.	116
Quinctius Niger & C. Vipstanus Apronianus.	117
Hadrianus Aug. II. & Fuscus Salinator.	118
Hadrianus Aug. III. & Rusticus.	119
L. Catilius Severus, & T. Aurelius Fulvus.	120
M. Annius Verus II. & L. Augur.	121
Acillus Avinla,& Corellius Pansa.	122
Q. Atrius Pætinus, & Ventidius Apronianus.	123
M. Acilius Glabrio, & C. Bellicius Torquatus.	124
Cornelius Asiaticus II. & Vettius Aquilinus.	125
M. Annius Verus III. & L. Varius Ambibulus.	126
Gallicanus, & Cælius Titianus.	127
Torquatus Asprenas, & Annius Libo.	128
P. Juventius Celsus II. & Q. Julius Balbus.	129
Q. Fabius Catullinus, & M. Flavius Aper.	130
Ser. Octavius Lænas Pontianus, & M. Antonius Rufinus.	131
Sentius Augurinus, & Severianus.	132
Hiberus & Sisenna.	133
C. Julius Servianus III. & C. Vibius Varus.	134
Pontianus, & Atilianus.	135
L. Cejonius Commodus, & Sex. Vetulenus Civica Pompejanus.	136
L. Ælius Cæsar II. & P. Cælius Balbinus Vibullius.	137
Camerinus, & Magnus.	138
Antoninus Pius Augustus II. & Brutius Præsens.	139
Antoninus Pius Aug. III. & M. Aurelius Cæsar.	140
M. Peducæus Syloga Priscinus, & T. Hænius Severus.	141
Cuspius Rufinus, & L. Statius Quadratus.	142
C. Bellicius Torquatus, & Tib. Claudius Atticus Herodes.	143
Lollianus Avitus, & Claudius Maximus.	144
Antoninus Pius Aug. IV. & M. Aurelius Cæsar II.	145
Sex, Erucius Clarus II. & Cn. Claudius Severus.	146
Largus, & Messalinus.	147
C. Bellicius Torquatus II. & Julianus.	148
Ser. Scipio Orfitus, & Q. Nonius Priscus.	149
Gallicanus, & Vetus.	150
Quintilius Condianus, & Quintil. Maximus.	151
Sex. Acilius Glabrio, & C. Valerius Omullus Verianus.	152
C. Bruttius Præsens, & A. Junius Rufinus.	153
L. Aurelius Commodus, & Titus Sextius Lateranus.	154
C. Julius Severus, & M. Rufinus Sabinianus.	155
M. Cejonius Silvanus, & C. Serius Augerinus.	156
Barbarus, & Regulus.	157
Tertullus, & Claudius Sacerdos.	158
Plautius Quintillus, & Statius Priscus.	159
T. Vibius Barus, & Annius Bradua.	160
M. Ælius Aurelius Verus Cæsar III. & L. Ælius Commodus II.	161
L. Junius Rusticus, & C. Vettius Aquilinus.	162
L. Papirius Ælianus, & Junius Pastor.	163
M. Nonius Macrinus, & Celsus.	164
L. Arrius Pudens, & M. Gavius Orfitus.	165
Servilius Pudens, & L. Fusidius Pollio.	166
L. Aurelius Verus Augustus III. & Quadratus.	167
L. Vettius Paullus, & T. Junius Montanus.	168
Q. Sosius Priscus, & P. Cælius Apollinaris.	169

M. Cor-

CONSULES ROMANI.	*Annô*
M. Cornelius Cethegos, & C. Erucius Clarus.	170
L. Septimius Severus II. & L. Alfidius Herennianus.	171
Maximus & Orfitus.	172
M. Aurelius Severus II. & T. Claudius Pompejanus.	173
Gallus & Flaccos.	174
Pilo & Julianus.	175
T. Vitrasius Pollio II. & M. Flavius Aper. II.	176
L. Aurelius Commodus Aug. & Quintillus.	177
Julianus Rufus, & Gravius Orfitus.	178
L. Aurelius Commodus Augustus II. & T. Annius Aurelius Verus II.	179
L. Fulvius Bruttius Præsens II. & Sex. Quintilius Condianus.	180
L. Aurelius Commodus Aug. III. & Antistius Burrhus II.	181
Petronius Mamertinus, & Trabellins Rufus.	182
L. Aurelius Commodus Aug. IV. & Victorinus II.	183
M. Eggius Marullus, & Cn. Papir. Ælianus.	184
Triarius Maternus, & M. Atilius Metellus Bradua.	185
Commodus Aug. V. & M. Acilius Glabrio II.	186
Crispinus & Ælianus.	187
C. Allius Fuscianus II. & Dullius Silanus II.	188
Servilios Silanus, & Dullius Silanos.	189
L. Aurelius Commodus Aug. VI. & Petronius Septimianus.	190
Cassius Aproniano, & Valerius Bradua Mauricus.	191
L. Aurelius Commodus Aug. VII. & P. Helvius Pertinax II.	192
Q. Sosius Falco, & Julius Erutius Clarus.	193
L. Septimius Severus Aug. II. & Clodius Septimius Albinus Cæsar II.	194
Scapula Tertullus, & Tinejus Clemens.	195
Cn. Domitius Dexter II. & L. Valerius Messalla.	196
Claudius Lateranus, & Titius Rufinus.	197
Tib. Satorninus, & C. Gallus.	198
P. Cornelius Anullinus II. & M. Aufidius Fronto.	199
Tib. Claodios Severus III. & C. Aufidius Victorinus.	200
L. Annius Fabianus, & M. Nonius Mucianus.	201
L. Septimius Severus Aug. III. & Aurelius Antoninus Caracalla Aug.	202
L. Fulvius Plautianus, & P. Septimius Geta.	203
Fabius Cilo, & Annius Libo.	204
M. Aurelius Antoninus Caracalla Aug. II. & P. Septimius Geta Cæsar.	205
Nummius Albinus, & Fulvius Æmilianus.	206
Aper & Maximus.	207
M. Aurelius Antoninus Caracalla Aug. III. & P. Septimius Geta Cæsar II.	208
Claudius Pompejanus, & Avitos.	209
M. Acilius Faustinus, & Triarius Rufinus.	210
Lollianus Gentianus, & Pomponius Bassus.	211
Julius Asper, & Julius Asper.	212
CONSULES ROMANI.	*Annô*
Antoninus Caracalla Aug. IV. & D. Cælius Balbinus II.	213
Silius Messala & Sabinus.	214
Æmilius Lætus II. & Anicius Cerealis.	215
C. Atius Sabinos II. & Cornelius Anullinus.	216
C. Bruttius Præsens, & T. Messius Extricatus II.	217
M. Opelius Macrinus Aug. II. & Adventus II.	218
M. Aurelius Antoninus Elagabalus Aug. II. & Licinius Sacerdos II.	219
M. Aurelius Antoninos Elagabalus Aug. III. & Eutychianus Comazon II.	220
Gratus Sabinianus, & Claudios Seleucus.	221
M. Aurelius Antoninos Elagabalus IV. & M. Aurelius Severus Alexander Cæsar,	222
L. Marius Maximus II. & L. Roscius Ælianus.	223
Julianus II. & Crispinus.	224
Fuscus II. & Dexter.	225
Alexander Aug. II. & C. Quintilios Marcellus.	226
M. Nummius Albinus, & Maximus.	227
Manlius Modestus, & Sergius Calpurnius Probus.	228
Alexander Aug. III. & Cassius Dio II.	229
L. Virius Agricola, & Sex. Catius Clementinus.	230
Pompejanus & Pelignianus.	231
Lupus & Maximus.	232
Maximus, & Paternus.	233
Maximus II. & C. Cælius Urbanus.	234
Severus, & Quinctianus.	235
C. Julius Verus Maximinus Aug. & Julius Africanus.	236
L. Ovinius Cornelianus, & P. Titius Perpetuus.	237
An. Pius & Pontianus Proculus.	238
M. Ant. Gordianus Aug. & M. Acilius Aviola.	239
Sabinus II. & Venostus.	240
M Ant. Gordianus II. & Pompejanus.	241
C. Vettius Atticus, & C. Asinius Prætextatus.	242
Arrianus, & Papus.	243
Peregrinus, & Fulvius Æmilianus.	244
M. Julius Philippus Aug. & Fabius Titianus.	245
Bruttius Præsens, & Nummius Albinus.	246
M. Julius Philippus Aug. II. & M. Julius Philippus Cæsar.	247
M. Julius Philippus Aug. III. & M. Julius Philippus Cæs. II.	248
Fulvius Æmilianus II. & Vectius Aquilinus.	249
C. Messius V. Trajanus Decius Aug. II. & Annius Gratus.	250
C. Trajanus Decius Aug. III. & Q. Herennius Etruscus Decius Cæsar.	251
C. Vbius Trebonianus Gallus Aug. II. & C. Vibius Volusianus Cæsar.	252
C. Vibius Volusianus Aug. II. & M. Valerius Maximus.	253
P. Licinius Valerianus Aug. II. & P. Licinius Gallienus August.	254
P. Licinius Valerianus August. III. & P. Licinius Aug. II.	255

CONSULES ROMANI. *Anni*

Valerios Maximus, & M. Acilius Glabrio. 256

P. Licinius Valerianus Aug. IV. & P. Licinius Gallienus Aug. III. 257

M. Aurelius Memmius Tuſcinius, & Pompo-Baſſus. 258

Fulvius Æmilianus, & Pomponius Baſſus II. 259

Cornelius Secularis II. & Jolius Donatus. 260

Gallienus Auguſtus IV. & Petronius Voluſia-nus. 261

P. Licinius Gallienus Auguſtus V. & Fauſti-nus. 262

M. Nummius Albinus II. & Maximus Dex-ter. 263

Gallienus Aug. VI. & Saturninus, 264

P. Licinius Valerianus II. & Lucillus Macer Rufinianus. 265

Gallienus Aug. VII. & Sabinillus. 266

Paternus, & Arceſilaus. 267

Paternus II. & Marinianus. 268

M. Aurelius Claudius Auguſtus II. & Poter-nus. 269

Flavius Antiochianos, & Furius Orfitus. 270

L. Domitius Aorelianus Aug. II. & M. Cejoni-us Virius Baſſus. 271

Quietus, & Voldumianus. 272

M. Claudius Tacitus, & Placidianus. 273

Aurelianus Aoguſtus III. & C. Julius Capito-linus. 274

L. Domitius Aurelianus Aug. IV. & T. Avoni-us Marcellinus. 275

M. Claudius Tacitus Aug. II. & Fulvius Æmi-lianus. 276

M. Aurelius Probus Aoguſt. & M. Aurelius Paulinus. 277

Probus Aug. II. & Furius Lupus. 278

M. Aurelius Probus Auguſtus III. & Ovinius Paterous. 279

Meſſala, & Gratus. 280

M. Aurelios Probus Aug. IV. & C. Junius Tiberianus. 281

M. Aurelius Probus Auguſt. V. & Pomponius Victorinus. 282

M. Aurelius Cæſar Auguſt. II. & M. Aurelius Carinus Cæſar. 283

M. Aurelius Carinus Aug. II. & M. Aurelius Numerianus Aug. 284

C. Valerius Diocletianus Aug. II. & Ariſtobu-lus. 285

M. Junius Maximus II. & Vettius Aquillinus. 286

C. Valerius Diocletianus Aogoſt. III. & M. Aorelius Valerius Maximianus Herculius Au-guſtus. 287

M. Aurelius Valerius Maximianus Herculius Aog. II. & Pompeius Januarius. 288

Baſſus II. & Quinctianus. 289

Diocletianus Aog. IV. & Maximianus Hercu-lius Aug. III. 290

Junius Tiberianus II. & Caſſius Dio. 291

Annibalianus, & Aſclepiodotus. 292

Diocletianus Aug. V. & Maximianus Her-culius Aug. IV. 293

Fl. Valerius Conſtantius Cælar, & Galerius Maximianus Cæſar. 294

Nummius Tuſcus, & Annius Annolinus. 295

Diocletianus Auguſtus VI. & Cooſtantius Cæ-ſar II. 296

CONSULES ROMANI. *Anni*

Maximianus Herculius Aug. V. & Galerius Maximianus Cæſar II. 297

Anicius Fauſtus II. & Severus Gallus. 298

Diocletianus Aug. VII. & Maximianus Her-culius Aug. VI. 299

Conſtantius Cæſar III. & Galerios Maximia-nus Cæſar III. 300

Titianus II. & Nepotianos. 301

Cooſtantius Cæsar IV. & Maximianus Hercu-lius Cæſar IV. 302

Diocletianus Aug. VIII. & Maximianos Her-culius Aog. VII. 303

Diocletianus Aug. IX. & Maximianus Hercu-lios Aug. VIII. 304

Conſtantius Cæſar V. & Galerius Maximi-anus Cæſar V. 305

Galerius Maximianus Aog. VI. & Conſtanti-us Aug. VI. 306

Ab anno Chriſti trecenteſimo ſexto uſque ad annum treceteſimum duodecimum, Faſtorum Conſularium diſpoſitio obſcura eſt, eo quòd, ob Imperatorum diſcordiam, alii in Italia, alii in reliquo Orbe Romano Conſules agnoſcerentur. Quò factum eſt, ut recentes Faſtorum Conſularium Conditores non ſemel in his per hæc tempora cæcutierint. Doctiſſimus attamen Antonius Pagi *in ſua* Critica Baronii *cuilibet anno Conſules ſuos hoc pacto reddi poſſe probabilius exiſtimat. In Italia, ubi Maxen*tius *imperabat, anno trecenteſimo ſeptimo Conſules proceſſerunt* Maximianus Herculius IX. *&* Maximinus Cæſar, *ſed poſtquam Maxentius deprehendiſſet,* Maximianum Herculium *inſidias ei parare, illum menſe Auguſto ejuſdem anni trecenteſimi ſeptimi Conſulatu abdicavit, juſſitque Acta publica hac formula notari :* Poſt ſextum Conſulatum; *id eſt, poſt ſextum Conſulatum* Conſtantii *&* Galerii Maximiani, *anno præcedenti, ſeu trecenteſimo ſexto geſtum. In Reliquo Orbe Romano, qui* Galerium Maximianum, *tanquàm ſeniorem Auguſtum venerabatur, Conſules fuerunt anno trecenteſimo ſeptimo* Maximianus Herculius IX. *&* Conſtantinus. *In Italia anno trecenteſimo octavo Conſules fuerunt* M. Aurelius Maxentius Aug. & M. Aurelius Romulus, *ejus filius. Sed eodem anno trecenteſimo octavo, in reliquo Orbe Romano Conſules proceſſere,* Maximianus Herculius X. *&* Galerius Maximianus VII. *In Italia anno trecenteſimo nono Conſules fuerunt* Maxentius Aug. II. & Romulus Cæſar II. *Sed in reliquo Orbe Romano acta publica anni trecenteſimi noni hac formulâ notata ſunt :* Poſt Conſulatum X. & VII. *id eſt, poſt Conſulatum decimum* Maximiani Herculii, & ſeptimum Conſulatum Galerii Maximiani, *anno præcedenti, ſeu trecenteſimo octavo geſtum. Hincque facilè colligitur, anno trecenteſimo nono nullos extra Italiam, ſeu in reliquo orbe Romano, ob Imperatorum diſcordiam creatos fuiſſe Conſules. In Italia anno trecenteſimo decimo* Maxentius Aug. III. *Conſulatum ſolus geſſit. Sed in reliquo orbe Romano annus trecenteſimus decimus hac formulâ notatus fuit:* anno II. poſt Conſulatum decimum, & ſeptimum, *id eſt,* poſt Conſulatum decimum Maximiani Herculii, *&* ſeptimum Conſulatum Galerii Maximiani, *anno trecenteſimo octavo geſtum. Ex quo etiam colligitur, nullos extra Italiam, ſeu in reliquo Orbe Romano electos fuiſſe Conſules anno trecenteſimo decimo. In Italia anno trecen-teſimo*

CONSULES ROMANI. *Anni*

tesimo undecimo Consules processerunt Rufinus Volusianus, & Eusebius; *extra verò Italiam, seu in reliquo Orbe Romano solus* Galerius Maximianus Aug. *Fastis nomen dedit, & octavum iniit Consulatum anno trecentesimo undecimo. Denique anno trecentesimo duodecimo solus* Maxentius Aug. *in Italia Consul processit, seu* IV. Consulatum *suscepit. Sed extra Italiam, seu in reliquo Orbe Romano annum trecentesimum duodecimum aperuere Consules* Constantinus II. & Licinius II. *Hoc pacto in tanta Fastorum Consularium obscuritate, quæ ex discordia Imperatorum ab anno trecentesimo septimo usque ad annum trecentesimum duodecimum oborta est, doctissimus* Antonius Pagius *ex Fastis* Idacii, *ex Fragmento Consulari, à* Bucherio *edito, è Fastis Græcis tam* Theonis, *quàm* Heraclii, *à* Dodvvello *in Appendice ad Dissertationes Cyprianicas subjectis Fastis Cæsareis, ac denique ex Auctore Anonymo* de præfectis Urbis *à* Cypriano *primum &* Onuphrio *tum à* Bucherio *publica luce donato, cuilibet anno suos reddit Consules, ut videre est in Critica contra* Baronium, *quam edidit Clarissimus ille Scriptor* Antonius Pagius *ab anno trecentesimo septimo usque ad annum trecentesimum duodecimum, per quam annorum seriem valdè obscura est Fastorum Consularium dispositio, eò quòd, ut mox diximus, ob Imperatorum discordiam, alii in Italia, alia extra Italiam, seu in reliquo Orbe Romano, Consules agnoscerentur.*

Constantinus Aug. III. & Licinius Aug. III. Consules fuerunt anno 313

Rufinus Volusianus II & Annianus. 314

Constantius Aug. IV. & Licinius Aug. IV. 315

Fl. Cejonius Sabinus, & Rufinus. 316

Ovinus Gallicanus, & Septimius Bassus. 317

Licinius Aug. V. & Crispus Cæsar. 318

Constantinus Aug. V. & Licinius Cæsar. 319

Constantinus Aug. VI. & Constantinus Cæsar. 320

Crispus Cæsar II. & Constantinus Cæsar II. 321

Petronius Probianus, & Anicius Julianus. 322

Severus & Rufinus. 323

Crispus Cæsar III. & Constantinus Cæsar III. 324

Anicius Paulinus, & Anicius Julianus. 325

Constantinus Aug. VII. & Constantius Cæsar. 326

Flavius Valerius Constantinus, & Maximus. 327

Januarius. & Justus. 328

Constantinus Aug. VIII. & Constantinus Cæsar IV. 329

Gallicanus & Symmachus. 330

Bassus & Ablavius. 331

Pacatianus & Hilarianus. 332

Fl. Valerius Julius Delmatius, & M. Aurelius Zenophilus. 333

L. Acontius Optatus, & Anicius Paulinus Junior. 334

Julius Constantius, & Cejonius Rufius Albinus. 335

Nepotianus & Facundus. 336

Tib. Fabius Titianus & Felicianus. 337

Ursus, & Polemius. 338

Constantius Aug. II. & Constans Aug. 339

CONSULES ROMANI. *Anni*

Anciudynus, & Proculus. 340

Marcellinus, & Probinus. 341

Constantius Augustus III. & Constans Aug. II. 342

M. Mæcius Memmius Furius Placidus, & Fl. Pisidius Rumulus. 343

Leontius & Salustius. 344

Amantius & Albinus. 345

Constantius Augustus IV. & Constans Aug. III. 346

Eusebius & Rufinus. 347

Fl. Philippus & Fl. Salia. 348

Ulpius Limenius, & Aco Fabius Catullinus. 349

Sergius & Nigrinianus. 350

Anno 351. *nulli in Imperio Romano creati sunt Consules, sed usurpata est hæc formula:* Post Consulatum Sergii & Nigriniani. *In Galliis attamen, Italia, Africa, & aliis Provinciis, quæ* Magnentio *Tyranno parebant,* Magnentius & Gaiso *Consules processerunt anno* 351

Anno 352. *Decentius & Paulus in regionibus, quæ* Magnentio *Tyranno subdita erant, Consules fuere, sed in reliquo Orbe Romano Constantius Augustus V. & Constantius Gallus Cæsar Consules agniti sunt anno* 352

Constantius Aug. VI. & Constantius Gallus Cæsar II. 353

Constantius Aug. VII. & Constantius Gallus Cæsar III. 354

Arbetio & Lollianus. 355

Constantius Augustus VIII. & Julianus Cæsar. 356

Constantius Augustus IX. & Julianus Cæsar II. 357

Neratius Cerealis, & Datianus. 358

Flavius Eusebius & Hypatius. 359

Constantius Augustus X. & Julianus Cæsar III. 360

Taurus & Florentius. 361

Mamertinus & Nevitta. 362

Julianus Aug. IV. & Salustius. 363

Jovianus Aug. & Varronianus Nobilissimus puer. 364

Valentinianus Aug. & Valens Aug. 365

Gratianus Nobilissimus puer, & Dagalaiphus. 366

Lupicinus & Jovinus. 367

Valentinianus Aug. II. & Valens Aug. II. 368

Valentinianus Nobilissimus puer, & Victor. 369

Valentinianus Aug. III. & Valens Augustus III. 370

Gratianus Aug. II. & Sextus Petronius Probus. 371

Modestus & Arintheus. 372

Valentinianus Aug. IV. & Valens August. IV. 373

Gratianus Aug. III. & Equitius. 374

Anno 375. *nulli Consules in Imperio Romano propter Bellorum tumultus creati sunt, sed hic annus* 375. *hac formula notatur:* Post Consulatum Gratiani Aug. III. & Equitii.

Valens Aug. V. & Valentinianus Junior Aug. 376

Gratianus Aug. IV. & Merobaudes. 377

Valens Aug. VI. & Valentinianus Junior Aug. II. 378

 Auso-

CONSULES ROMANI. *Anni*

Ausonius & Q. Clodius Hermogenianus Olybrius. 379
Gratianus Aug. V. & Theodosius Aug. 380
Flavius Eucherius & Flavius Syagrius. 381
Antonius & Syagrius. 382
Merobaudes II. & Saturninus. 383
Clearchus & Richomeres. 384
Flavius Arcadius Aug. & Bauto. 385
Honorius Nobilissimus puer & Evodius. 386
Valentinianus Aug. III. & Eutropius. 387
Theodosius Aug. II. & Cynegius. 388
Fl. Timasius & Flavius Promotus. 389
Valentinianus Aug. IV. & Neoterius. 390
Tatianus & Q. Aurelius Symmachus. 391
Arcadius Aug. II. & Rufinus. 392
Theodosius Aug. III. & Abundantius. 393
Arcadius Aug. III. & Honorius Aug. II. 394
Olybrius & Probinus. 395
Arcadius Aug. IV. & Honorius Aug. III. 396
Cæsarius & Atticus. 397
Honorius Aug. IV. & Eutychianus. 398
Fl. Mallius Theodorus & Eutropius. 399
Flavius Stilico & Aurelianus. 400
Vincentius & Fravita. 401
Arcadius Aug. V. & Honorius Aug. V. 402
Theodosius Junior Aug. & Fl. Rumoridus. 403
Honorius Aug. VI. & Aristænetus. 404
Fl. Stilico II. & Anthemius. 405
Arcadius Aug. VI. & Anicius Probinus. 406
Honorius Aug. VII. & Theodosius Junior Aug. II. 407
Anicius Bassus, & Fl. Philippus. 408
Honorius Aug. VIII. & Theodosius Aug. III. 409
F. Varanes & Tertullus. 410
Theodosius Aug. IV. absque Collega. 411
Honorius Aug. IX. & Theodosius Aug. V. 412
Lucius & Heraclianus. 413
Fl. Constantius & Constans. 414
Honorius Aug. X. & Theodosius Aug. VI. 415
Theodosius Aug. VII. & Junius Quartus Palladius. 416
Honorius Aug. XI. & Fl. Constantius II. 417
Honorius Aug. XII. & Theodosius Aug. VIII. 418
Monaxius & Plinta. 419
Theodosius Aug. IX. & Fl. Constantius III. 420
Agricola & Eustathius. 421
Honorius Aug. XIII. & Theodosius Aug. X. 422
Asclepiodotus & Marinianus. 423
Castinus & Victor. 424
Theodosius Aug. XI. & Valentinianus Cæsar II. 425
Theodosius Aug. XII. & Valentinianus Aug. 426
Hierius & Ardaburius. 427
Felix & Taurus. 428
Florentius & Dionysius. 429
Theodosius Aug. XIII. & Valentinianus Aug. III. 430
Anicius Bassus & Flavius Antiochus. 431
Fl. Aëtius & Valerius. 432
Theodosius Aug. XIV. & Fl. Anicius Petronius Maximus. 433
Areobindus & Aspar. 434
Theodosius Aug. XV. & Valentinianus Aug. IV. 435

CONSULES ROMANI. *Anni*

Fl. Anthemius Isidorus & Senator. 436
Fl. Aëtius & Sigisvultus. 437
Theodosius Aug. XVI. & Anicius Acilius Glabrio Faustus. 438
Theodosius Aug. XVII. & Festus. 439
Valentinianus Aug. V. & Anatolius. 440
Cyrus absque Collega. 441
Eudoxius & Dioscorus. 442
Flavius Anicius Petronius Maximus II. & Paterius. 443
Theodosius Aug. XVIII. & Cæcina Decius Albinus. 444
Valentinianus Aug. IV. & Nomus. 445
Fl. Aëtius III. & Q. Aurelius Symmachus. 446
Alypius & Ardaburius. 447
Flavius Zeno, & Ruffius Prætextatus Postumianus. 448
Flavius Asturius, & Flavius Protogenes. 449
Valentinianus Augut. VII. & Gennadius Avienus. 450
Marcianus Aug. & Flavius Adelphius. 451
Sporatius & Flavius Herculanus. 452
Vincomalus & Opilio. 453
Studius & Aëtius. 454
Valentinianus Aug. VIII. & Anthemius. 455
Varanes & Joannes in Oriente, Avitus Imp. in Occidente. 456
Constantius & Rufus. 457
Leo Aug. & Julius Majorinus Aug. 458
Patricius & Fl. Ricimer. 459
Magnus & Apollonius. 460
Severinus & Dagalaiphus. 461
Leo Aug. II. & Vibius Severus Aug. 462
Flavius Cæcina Basilius & Vivianus. 463
Rusticus & Flavius Anicius Olybrius. 464
Fl. Basiliscus & Hermenericus. 465
Leo Aug. III. & Tatianus. 466
Pusæus & Joannes. 467
Anthemius Aug. sine Collega. 468
Zeno & Marcianus. 469
Severus & Jordanus. 470
Leo Aug. IV. & Probianus. 471
Marcianus & Festus. 472
Leo Aug. V. sine Collega. 473
Leo Junior Aug. sine Collega. 474
Zeno Aug. II. sine Collega. 475
Basiliscus II. & Armatus. 476

Anno 477. nullus Consul fuit, sed hic annus ista formula notatus est: Post Consulatum Basilisci II. & Armati.

Illus absque Collega. 478
Zeno Aug. III. sine Collega. 479
Basilius Junior sine Collega. 480
Placidus sine Collega. 481
Trocondus & Severinus Junior. 482
Faustus sine Collega. 483
Theodoricus & Venantius. 484
Q. Aur. Memmius, & Symmachus Junior. 485
Longinus & Decius. 486
Boëtius absque Collega. 487
Dinamius & Fifidius. 488
Eusebius & Probinus. 489
Longinus II. & Flavius Faustus Junior. 490
Olybrius Junior absque Collega. 491
Anastasius Aug. & Rufus. 492
Eusebius II. & Albinus Junior. 493
Turcius Rufinus Apronianus Asterius, & Præsidius. 494

Fl.

CONSULES ROMANI.	*Annô*
Fl. Viator fine Collega,	495
Paulus fine Collega.	496
Anaftafios Aug. II. abfque Collega.	497
Joannes Scytha & Paulinus Decius,	498
Joannes Gibbus abfque Collega,	499
Fl. Hypatius, & Patricius,	500
Ruffius Magnus Fauftus Avienus & Fl. Pompejus.	501
Fl. Avienus Junior, & Probus.	502
Dexicrates, & Volufianus.	503
Cethegus abfque Collega.	504
Sabinus, & Theodorus.	505
Areobindus Junior, & Meflala.	506
Anaftafius Aug. III. & Venantius,	507
Celer & Venantius Junior,	508
Bafilius importunus abfque Collega.	509
Anicios Manlius Severinus Boëtius abfque Collega.	510
Secundinus & Felix,	511
Paulus, & Mufehianus,	512
Probus, & Clementinus.	513
Senator abfque Collega,	514
Anthemus, & Florentius,	515
Petrus abfque Collega.	516
Fl. Anaftafius, & Agapitus.	517
Magnus abfque Collega.	518
Juftinus Aug. & Eutharicus,	519
Vitalianus, & Rufticus.	520
Juftinianus, & Valerius.	521
Symmachus, & Boëtius,	522
Flavius Anicius Maximus abfqoe Collega.	523
Juftinus Aug. II. & Opilio.	524
Flavins Philoxenus, & Probus Junior.	525
Olybrius abfque Collega.	526
Mavortius abfqne Collega.	527
Juftinianus Aog. II. abfque Collega.	528
Decins Junior abfque Collega.	529
Lampadius, & Oreftes,	530

Annis 531. & 532. nulli Confules fuerunt, fed annus 531. hac formula notatus eft: Poft Confolatum Lampadu & Oreftis. *Annus verò 532. ifta formula notatus eft:* Iterùm poft Confulatum Lampadu & Oreftis.

Juftinianus Aug. III. abfque Collega.	533
Juftinianus Aug. IV. & Fl. Decius Theodorus Paulinus Junior ultimus Confulum Occidentis.	534
Fl. Belifarius abfque Collega.	535

Anno quingentefimo trigefimo fexto nulli Confules creati funt, fed in Oriente hac formula fuit ufurpata: Poft Confulatum Fl. Belifarii ; *in Occidente verò ifta : Poft* Confulatum Paulini II. *id eft*, anno fecundo poft Confulatum Paulini. *Similiter anno 537. nulli Confules creati funt, fed in Oriente hac formula ufurpata eft*: Poft Confulatum Belifarii II. *id eft :* Anno fecundo poft Confulatum Belifarii; *in Occidente verò Acta publica ifta formula anno 537. fubfcripta funt :* Poft Confulatum Paulini III. *id eft*, Anno tertio poft Confulatum Paulini.

Fl. Joannes abfque Collega.	538
Appio abfque Collega.	539
Juftinus Junior abfque Collega.	540

CONSULES ROMANI.	*Annô*
Bafilius Jonior ultimus privatorum, qui Confulatum in Oriente geffit.	541

Sequentes anni ufque ad annum 566. non fignantur nominibus Confulum, cùm nulli id ætatis fuerint creati, fed hac formula notantur: Poft Confulatum Bafilii Junioris. *Ex Gr. annus 542. hac formula defignatur*: Poft Confulatum Bafilii JuniorisI. *id eft*,

Anno primo poft Confulatom Bafilii Junioris,

Anno 543. hac formula fuit ufurpata : Poft Confulatum Bafilii Junioris II. *id eft*, Anno fecundo poft Confulatum Bafilii Junioris, *& fic de cæteris annis ufque ad annum quingentefimum fexagefimum fextum, qui hac formula notatur:* Poft Confulatum Bafilii Junioris XXV. *id eft*, Anno vigefimo quinto poft Confulatum Bafilii Junioris. *Eadem formula defignandi annos per Confulatum* Bafilii Junioris *adhuc in ufu erat anno quingentefimo octogefimo feptimo , ut obfervat* Baronius *ad hunc annum, idque probat ex Sancta* Cæfariæ *Epitaphio , quod fuit Arelate repertum, & à* Francifco Clareto, *Arelatenfis Ecclefiæ Archidiacono, ad ipfum transmiffum. Sic autem habet huic Epitaphio fubjecta Infcriptio :* Obiit bonæ memoriæ Cæfaria Medium noctis Die Dominico inlucefcente VI. Idus Decembris, quadragefies & fexies poft Confulatum Bafilii Junioris V. C. Confulis (*hoc eft, anno poft Confulatum Bafilii Junioris quadragefimo fexto, qui incidit in annum Chrifti quingentefimum octogefimum feptimum*) anno duodecimo Regni Domini Childeberti , *Galliarum* Regis , Indictione quinta.

Habes nunc feriem, feu continuam fucceffionem Romanorum Confulum ab anno primo Æræ Chriftianæ, feu Natalis Vulgaris Chrifti, ufque ad annum quingentefimum quadragefimum primom, quo *Bafilius Junior* ultimus privatorum Confulatum in Oriente geffit. In hac autem Confulum Romanorum ordinanda fucceffione fecutus fum, præ cæteris aliis, doctiffimum Cardinalem Norifium, & Clariffimum *Antonium Pagium*, quorum Prior in *Epiftola Confulari* & in *Cenotaphiis Pifanis*; alter verò in fua *Differtatione Hypatica*, feu *de Confulibus Cæfareis*, & in fua contra Card. *Baronium* Critica Hiftorico-Chronologicâ, Faftos Confulares, haud parùm antehac luxatos, ac tenebris circumfufos, digefferunt, illuftrârunt, atque in præclaro ordine collocârunt. Quod fi fcire aveas rationes, feu caufas, propter quas olim Cæfares, feu Imperatores Romani, Confulatum ordinarium identidem fufcipiebant, confulere poteris jam laudatum *Antonium Pagium*, qui in fecunda Parte fuæ *Differtationis Hypaticæ* fex à fe ingeniosè excogitatas profert, latèque explicat caufas, quæ olim permoverunt Imperatores Romanos, ut Confulatum ordinarium inirent. Harum fex Caufarum, qoas, ad Faftos Confulares rectè ordinandos, poft incredibile ftudium adinvenit doctiffimus *Pagius*, quafque ut certas Regulas ad Cæfareos Confulatus dignofcendos conftituit, hæc prima eft : *Imperii aufpicium.* Solebant quippè Principes, feu Cæfares, poft fufceptum Imperium, Kalendis Janoarii Confulatum ordinarium inire. Altera Caufa, feu Regula Cæfareorom

reorum Consulatuum, est *Quinquennalium, Decennalium, & id genus Festorum celebratio.* Tertia Causa seu Regula Cæsareorum Consulatuum erat *Cæsarum & Augustorum in eadem dignitate Collegium*, seu quando Imperatores aliquem sibi Collegam, seu Imperii consortem asciscebant, ac Cæsarem declarabant; tunc enim Ordinarium Consulatum simul cum Collega Imperii suscipiebant. Quarta Causa, seu Regula Cæsareorum Consulatuum erat, *Expeditio militaris*, quam antequàm aggrederentur Imperatores, Ordinarium Consulatum inibant. Quinta Causa, seu Regula Cæsareorum Consulatuum erat *triumphorum Apparatus*, seu quando Imperatores, & Cæsares ex aliqua Expeditione militari victores redibant, vel victorias reportabant; tunc quippè en anno Consulum Fastis inscribebantur, seu Consulatum Ordinarium suscipiebant. Postrema causa, seu Regula Cæsareorum Consulatuum erat *celebratio Ludorum secularium, vel aliarum Actionum, quæ majori pompâ & solemnitate fieri solebant.* Ad has sex Causas, seu Regulas, omnes tum Augustorum, seu Imperatorum, tum Cæsarum Consulatus revocat clarissimus *Antonius Pagius.* Non quod velit doctissimos ille Scriptor, Augustos, seu Imperatores & Cæsares iis annis, quibus mox assignatæ Causæ contigere, semper ordinarium Consulatum suscepisse, sed quia non aliis de causis quàm supra memoratis, juxta receptum in Imperio usum, Augusti, seu Imperatores, ac Cæsares ullum Consulatum ordinarium inirent. Porrò, sex illarum pro Cæsareis Consulatibus Regularum adjomento varios Imperii Romani usus, hucusque reconditos, variaque Antiquitatis tam Ecclesiasticæ, quàm Prophanæ arcana reseravit *Antonius Pagius.* Annis siquidem Imperatorum, Quinquennalibus, Decennalibus, & id genus festis addictis, Coloniæ ex more institutæ: Provinciæ factæ: Thermæ, Templa, Urbesque aut conditæ, aut dedicatæ, aut novis nominibus insignitæ: Novæ consuetudines inductæ: Libri ab Auctoribus publicati: Cæsares vel Collegæ Imperii renunciati: Persecutiones adversùs Christianos motæ: Gentilium, seu Ethnicorum Religio promota, & postquàm Imperatores Christiani Rempublicam Romanam rexerunt, Religioni Christianæ consultum: Edicta adversùs Paganos, Judæos, & Hæreticos promulgata, Deorum Delubra solo æquata: celebres de Fide Catholica Collationes habitæ: Sanctorum Reliquiæ translatæ, dedicationes Ecclesiarum peractæ. Quæ omnia non solùm fiebant annis Quinquennalibus, & Decennalibus Imperatorum, sed etiam aliis annis, in quibus, ob alias causas supra assignatas, Imperatores Consules procedebant, ut Consulatus illi celebriores evaderent. Quapropter, dubium non est, quin ope sex illarum Regularum, quas pro Cæsareis Consulatibus suppeditavit doctissimus *Pagius*, plura Historiæ tam Augustæ, quàm Byzantinæ, & Ecclesiasticæ Loca, Chronologia, Geographia, & Numismatographia lucem haud modicam accipere possint. Sed de Consulibus Romanis satis hactenùs dictum sit.

OCTAVA TABULA CHRONOLOGICA.

In qua describitur Galliæ Regum Series, seu Successio, ab exordio Monarchiæ Francorum, usque ad Ludovicum XV. *nunc regnantem.*

PRiusquàm Seriem Regum Francorum describam, tres necessariò præmittendæ sunt Observationes, quæ tum exordio Monarchiæ Francorum, de quo inter Scriptores Rerum Francicarum necdùm convenit, tum etiam Successioni Francorum Regum multam lucem affundere possunt. In primis, observare debes, circa exordium Monarchiæ Francorum concordes non esse Scriptores, qui Historiam seu Res gestas Francorum literis consignarunt. Alii quippe volunt, *Clodoveum*, qui anno quadringentesimo octogesimo primo salutatus est Francorum Rex, non solùm fuisse primum Francorum Regem Christianum, sed etiam illum in Francorum Regum serie primum esse reponendum, ita ut Francorum Monarchia à *Clodoveo*, primo Francorum Rege, initium sumpserit, ejusque origo altiùs repetenda non sit. Alii ex adversu Rerum Francicarum Scriptores, ante *Clodoveum*, Francorum Regem, alios quatuor in serie Francorum Regum constituunt, videlicèt *Pharamundum, Clodionem, Meroveum, & Childericum*, quorum initium, finemque Regni sic disponunt. *Pharamundus*, filius *Marcomiri*, inquiunt illi Scriptores, cœpit regnare in Francia anno Christi quadringentesimo decimo octavo, obiitque anno quadringentesimo vigesimo septimo, regni sui nono. *Pharamundo*, primo, ut ajunt illi Scriptores, Francorum Regi, successit ejus filius *Clodio*, qui in Francia regnare cœpit anno quadringentesimo vigesimo septimo, & mortuus est anno quadringentesimo quadragesimo septimo, Regni sui vigesimo. *Clodionem* in Franciæ Regno excepit *Meroveus*, quem alii dicunt, fuisse juniorem *Clodionis* Regis filium, alii verò asserunt, illum *Clodionis*, Francorum Regis, esse dumtaxat affinem. Ut ut sit, *Meroveus*, juxta illos Scriptores, regnare cœpit in Francia anno quadringentesimo quadragesimo septimo, obiitque anno quadringentesimo quinquagesimo sexto, Regni sui decimo. *Meroveo* successit ejus filius *Childericus*, qui tamen libidini cùm deditissimus esset, è Regno ejectus est, & in ejus locum Rex Francorum electus fuit Comes *Ægidius*, Magister militum, à Romana Republica in Franciam missus. At *Viomadus*, fidelissimus exulis *Childerici*, Francorum Regis, amicus, tanta solertiâ Francorum animos contrectavit, atque emollivit, ut tandem *Childericus* in Regnum Francorum anno quadringentesimo sexagesimo quarto restitutus fuerit, exilii sui anno octavo, & Regni *Ægidii*, qui, dejecto *Childerico*, Rex Francorum electus fuerat, anno itidem octavo. *Childericus*, Francorum Rex, vitam cum morte commutavit annò quadringentesimo octogesimo primo, postquàm à morte patris sui *Merovei* regnâsset annis viginti quatuor, reliquitque Regni Francorum hæredem & Successorem fili-

filium suum *Clodoveum*, quem subinde non primum Francorum Regem, sed tantummodò quintum in serie Regum Francorum reponunt multi Annalium, seu Historiæ Francorum Scriptores. Hæ sunt duæ circa exordium Monarchiæ Francorum diversæ Scriptorum sententiæ, de quibus antequàm quidquam pronunciem, velim prætereà observes, Antiquam Franciam, teste doctissimo *Hadriano Valesio* in *Notitia*, quam edidit, *Galliarum*, in voce *Francia*, hunc olim habuisse situm, ut ab Oriente Toringiam & Saxoniam haberet, ab Occidente Rhenum, & Oceanum Germanicum vel Septentrionalem, à meridie Alamaniam, & Sueviam, seu amnem Lonam. Hic est situs veteris Franciæ, quæ dicitur *Transrhenana*, eò quòd trans Rhenum sita esset, de qua in Tab. Peutingeriana hæc leguntur: *Chauci, Ampsivari, Cherusci, Chamavi, qui & Franci Bructeri*: quos inter & *Chamavos* majoribus litteris positum regionis nomen, *Francia*. Hæc est *Francia*, inquit doctissimus *Valesius*, cujus *Eumenius* in Panegyricis suis, *Ausonius* in Mosella, *Ammianus* Tabulâ Peutingerianâ, *Sulpicius Alexander* apud *Gregorium Turonensem*, *Hieronymus* in vita Hilarionis, *Claudianus*, aliique meminerunt. Post hæc, addit idem Valesius, *Prosperum* in *Chronico Imperiali*, dum ait, *Pharamundum, Clodionem, & Meroveum regnâsse in Francia*, de Transrhenana, seu veteri Francia, quæ trans Rhenum sita erat, locutum fuisse, non verò de Cisrhenana Francia, seu de Francia, quæ est citra Rhenum, quæque *Gallia* dicitur; cùm *Pharamundus* nihil terrarum in Francia Cisrhenana, seu Gallia habuerit, *Clodio* verò, & *Meroveus* pleraque trans Rhenum, seu in Francia Transrhenana, pauca verò cis Rhenum, sive in Francia Cisrhenana, quæ *Gallia* appellatur, obtinuerint. Hæc cùm apud *Hadrianum Valesium* legissem, haud ægrè mihi persuasi, *Pharamundum, Clodionem, Meroveum, & Childericum* fuisse quidem Reges Francorum, qui incolebant veterem Franciam, dictam Transrhenanam, quòd trans Rhenum sita esset, sed non fuisse Reges Francorum, qui habitabant in Francia Cisrhenana, id est, citra Rhenum positâ, quæque Gallia dicitur, ac subindè Monarchiam Franciæ Cisrhenanæ, seu Galliæ, non esse altiùs repetendam, quàm à *Clodoveo*, filio *Childerici*, veteris, seu Transrhenanæ Franciæ, Regis. Scio quidem, veteris, seu Transrhenanæ Franciæ Reges *Clodionem, Meroveum, & Childericum*, sæpiùs irruisse in Franciam Cisrhenanam, quæ *Gallia* dicitur, & in ea vi armorum plures obtinuisse terras. Indè tamen evinci non potest, illos Cisrhenanæ Franciæ, seu Galliæ, veros ac legitimos Reges fuisse, cùm certum sit, ejusmodi veteris, seu Transrhenanæ Franciæ Reges, à Romanis, qui tum temporis Cisrhenanæ Franciæ seu Galliæ, veri Domini ac legitimi possessores erant, debellatos & expugnatos reliquisse terras, quas in Francia Cisrhenana, seu Gallia, armis obtinuerant, atq; inde maturantes fugam, in suam Transrhenanam Franciam sese actutum recipere coactos fuisse, sicut constat exemplo *Clodionis*, veteris, seu Transrhenanæ Franciæ, Regis, qui in Franciam Cisrhenanam, seu Galliam irruptionem cùm fecisset, victus ac profligatus fuit ab *Aetio*, Romani exercitus Duce, anno CCCCXXVIII. Consulibus *Felice & Tauro*. Sicut testatur *Cassiodorus* in Chronico ad annum CCCCXXVIII. quo Consules fuerunt *Felix & Taurus*, ubi hæc habet: *Aëtius, multis Francis cæsis, quam occupaverant propinquam Rheno partem recipit Galliarum.* Prosper etiam in Chronico ad eumdem annum scribit: *Pars Galliarum propinqua Rheno, quam Franci possidendam occupaverant, Aëtii Comitis armis recepta.* Ex quibus liquet, *Clodionem, Meroveum & Childericum*, Veteris seu Transrhenanæ Franciæ Reges, sæpiùs in Cisrhenanam Franciam, seu Galliam excursus, seu irruptiones fecisse, Urbesque obsedisse, & nonnullas invasisse, videlicèt *Atrebatum, Cameracum* &c. non tamen Cisrhenanæ Franciæ, seu Galliæ, Reges fuisse, cùm à Romanis devicti, fuerint ex ea repulsi, & coacti eas deserere terras, quas vi armorum subegerant. Ad hæc momenta accedit altum silentium Scriptorum coævorum, præsertim *Prosperi* in Chronico, *Idacii* in Chronico, *Sidonii Apollinaris, Gregorii Turonensis*, qui nullibi dicunt, *Pharamundum, Clodionem, Meroveum, & Childericum* regnâsse in Francia Cisrhenana, seu Gallia, sed tantum dicunt, illos veteris Franciæ, seu Transrhenanæ, Reges fuisse, qui identidem, ut meliores terras occuparent, trajecto Rheno, in Franciam Cisrhenanam, seu Galliam, sese, Barbarorum more effundebant, qui tamen à Romanis tum temporis legitimis Franciæ Cisrhenanæ, seu Galliæ, possessoribus, represso eorum impetu, in ea Sedem, ante *Clodoveum*, Childerici filium, figere non potuerunt. His argumentis permotus, dum in Colloquiis nostris in Historiam Ecclesiasticam Regum Francorum seriem pertexui, *Clodoveum* in serie Francorum Regum, qui in Francia Cisrhenana seu Gallia, regnârunt, primum reposui: *Pharamundi* verò, *Clodionis, Merovei, & Childerici*, patris *Clodovei*, nullam prorsus mentionem feci, quia illi in Francia Cisrhenana, quæ Gallia vocitatur, nunquam regnârunt, sed tantum veteris Franciæ, seu Transrhenanæ, Regno potiti sunt. Hanc sententiam de Monarchiæ Franciæ Cisrhenanæ, quæ Gallia dicitur, exordio, non à *Pharamundo, Clodione, Meroveo, & Childerico*, sed à *Clodoveo*, Regis *Childerici* filio, duntaxàt repetendo, multis argumentis confirmatam nuperrimè inveni in Præfatione Historica, quam disertus *P. Daniel*, Soc. Jesu, præfixit primo Tomo *Historiæ Francorum*, quam paucis abhinc annis Gallicè adornavit. In ea quippe Præfatione primò ostendit ille Historicus, *Clodoveum* esse fundatorem Monarchiæ Franciæ Cisrhenanæ, quæ *Gallia* appellatur, plenissimèque diluit omnes objectiones illorum, qui pertendunt, *Pharamundum, Clodionem, Meroveum, & Childericum* regnâsse ante *Clodoveum* in Francia Cisrhenana, seu in Gallia. Secundò evincit, abdicationem *Childerici* Francorum Regis, patris *Clodovei*, atque electionem Comitis *Ægidii*, Romani exercitus Ducis, in Francorum Regem, non adeò evidenter probari ab aliquibus Scriptoribus. Qua in re huic moderni Franciciæ Historiæ Scriptoris sententiæ, quæ mihi semper verior, aut saltem longè probabilior visa est, lubentissimè subscribo.

Postremò, observare debes, tres esse stirpes Regum Francorum. E prima stirpe oriundi Francorum Reges appellantur *Merovingi*, atque ad illam primam Francorum Regum stirpem pertinent non solum Rex *Clodoveus*, aliique Francorum Reges usque ad annum septingentesimum quinquagesimum secundum, quo Rex *Childericus*

hujus nominis *III.* postremus hujus primæ Regum Francorum Stirpis, Regno, ob ignaviam, privatus,& in Monasterium detrusus est, sed etiam ad hanc primam Regum Francorum Stirpem *Pharamundus, Clodio, Meroveus* (qui huic primæ Francorum Regum Stirpi nomen dedit) & *Childericus*, pater *Clodovei*, referri debent, cùm hoc tamen discrimine, quòd Rex *Clodoveus*, aliique Francorum Reges usque *Childericum III.* qui è prima Regum Francorum, qui *Merovingi* dicuntur, stirpe ultimus fuit, regnaverint in Francia Cisrhenana, seu in Gallia, *Pharamundus* verò, *Clodio*, *Meroveus*, & *Childericus*, pater *Clodovei*, quamvis ad primam Regum Francorum, qui *Merovingi* nuncupantur, stirpem pertineant, nunquàm tamen regnaverint in Francia Cisrhenana, seu in Gallia, sed solùm in Francia Transrhenana, quæ est vetus Francia trans Rhenum posita, sicut jam observavimus. Secundæ Regum Francorum Stirpi, seu Familiæ initium quidem fecit *Pipinus*, Caroli Martelli filius, qui anno septingentesimo quinquagesimo secundo, post *Childerici III.* è priori Merovingiorum Regum stirpe ultimi, abdicationem Galliarum Rex salutatus ac inauguratus est; huic tamen Secundæ Regum Francorum Stirpi nomen dedit, non *Pipinus*, sed ejus filius *Carolus Magnus*, Galliæ Rex, ac posteà Imperator, à quo Reges Francorum secundæ Stirpis denominati appellatique sunt *Carolovingi*. Hæc secunda Regum Francorum stirps, quæ *Carolovingiana* dicitur, extincta est in *Ludovico* hujus nominis *V.* Galliarum Rege, *Lotharii* filio, qui obiit anno DCCCCLXXXVII. fuitque è *Caroli Magni* genere, seu è secunda Regum Francorum Stirpe, dictâ *Carolovingiana*, postremus. Tertia denique Francorum Regum Stirps, originem habuit ab *Hugone Capeto*, qui annò nongentesimo octuagesimo septimo post mortem *Ludovici V.* Galliarum Regis, ad Regiam Francorum dignitatem evectus est, ex cujus stirpe oriundi Francorum Reges *Capetiani* appellantur, ex his suum genus ducit *Ludovicus XV.* quem nunc in Galliis regnantem utinam Deus Optimus Maximus, juxta omnium Gallorum Vota, diu sospitem & incolumem servet. His præmissis Observationibus, seriem Regum Francorum, prætermissis *Pharamundo*, *Clodione*, *Meroveo*, & *Childerico*, auspicabor à *Clodoveo*, qui *Childerici* Regis filius fuit, ac primus Francorum Rex, qui in Francia Cisrhenana, seu Gallia regnavit.

Clodoveus, Monarchiæ Franciæ Fundator, cœpit regnare in Francia Cisrhenana, seu Gallia, anno quadringentesimo octogesimo primo. Bellum Alemannicum anno quadringentesimo nonagesimo sexto, seu Regni sui decimo quinto, gessit, & postquàm eodem anno de Alemannis ad *Tolbiacum*, seu in finibus Agrippinensium, insignem Victoriam retulisset, baptizatus est à Sancto *Remigio*, Episcopi Remensi, in ipso die Natali Christi Domini. Regnavit *Clodoveus* annos triginta, & obiit anno quingentesimo undecimo.

Mortuo *Clodoveo*, quatuor superstites ejus filii, nimirùm *Theodericus*, *Chlodomerus*, *Childebertus*, & *Clotarius*, ipsius Regnum sic partiti sunt. *Theodericus* suam Sedem *Mettis* fixit, & præter Provincias Transrhenanas, & Civitates inter Rhenum & Mosam sitas, obtinuit Remos, Catalaunum, Trecas, & in Aquitania prima Urbes Arvernorum, Ruthenorum, Cadurcorum, & Albigensium, cum Ucetia in Gallia Narbonensi. *Chlodomerus* suam apud Aureliam Sedem posuit, habuitque Senonas, Antisiodorum, Aureliam, Turonos, Cenomanum, Andegavum, & Novempopulaniam. *Childebertus* suam sedem constituit Parisius, habuitque in ditione sua Meldas, Parisios, Sylvanectum, Bellovacum, quidquid inde patet ad Oceanum, Provinciam Lugdunensem secundam integram, Civitates Redonum, Nannetum, Venetum, Britanniam, & aliquot urbes Aquitaniæ. *Clotarius* suam Sedem in urbe Suessionensi tenuit, habuitque in suo dominio Laudunum, Suessionem, Veromanduos, Ambianum, quidquid ultra Somonam est inter Mosam & Oceanum, itemque partem Aquitaniæ. Sic Regnum patris sui *Clodovei* partiti sunt quatuor ejus filii. At, Rex *Clodomerus* occisus est in bello Burgundico anno DXXIV. Rex *Theodericus*, ejus frater, obiit anno quingentesimo trigesimo quarto, eique successit *Theodebertus*, ejus filius, eodemque anno quingentesimo trigesimo quarto *Childebertus*, *Clotarius*, & *Theodebertus* Regnum Burgundiæ occupârunt, & fugato *Audomaro*, Burgundiæ Rege, illius Regnum inter se diviserunt, sicque extinctum est Burgundiæ Regnum. Mortuus est Rex *Theodebertus* anno quingentesimo quadragesimo septimo, eique successit *Theobaldus*, qui septimo Regni sui anno seu quingentesimo quinquagesimo tertio absque prole è vita migravit. Quô factum est, ut Rex *Clotarius* ejus regnum occupaverit.

Childebertus, unus è quatuor Regis *Clodovei* filius post obitum patris sui Sedem Regni sui Parisiis collocavit, postquàm regnâsset annos quadraginta septem completos, vel quadraginta octo incompletos, vitâ functus est anno quingentesimo quinquagesimo octavo, nullamque moriens prolem masculam reliquit.

Clotarius, filius Clodovei, mortuo absque prole mascula fratre suo *Childeberto*, universum Francorum Regnum obtinuit. Regnavit annos quinquaginta & unum inchoatum, solus post obitum fratris sui *Childeberti*, per duos tantùm annos, & aliquot menses Francorum Monarchiam rexit, obiitque anno quingentesimo sexagesimo primo.

Mortuo *Clotario*, Francorum Rege, superstites regnârunt quatuor ejus filii, *Charibertus*, *Guntramnus*, *Chilpericus*, & *Sigibertus*, qui Regnum patris sui *Clotarii* hoc pacto inter sese diviserunt. *Charibertus* Regnum obtinuit *Childeberti*, sedemque Regiam habuit Parisius; *Guntramnus* habuit Regnum *Clodomiri*, ac Sedem tenuit Aurelianensem; *Chilpericus* accepit Regnum *Clotarii*, sedemque Suessionensem occupavit. *Sigibertus* Regnum *Theoderici* sortitus est, habuitque Sedem Remensem. Sic iterum quadrifariam divisum est Francorum Regnum. Sed anno quingentesimo septua-

ſeptuageſimo abſque prole maſcula è vivis ſublato Rege *Chariberto*, Francia in tria Regna diviſa eſt, *Auſtriam* nimirùm ſeu *Auſtraſiam* ad Orientem ſitam, *Neuſtriam* ad Occidentem, & *Burgundiam*. Regis *Sigiberti* ditio Auſtria ſeu Auſtraſia, *Chilperici* Neuſtria, *Guntramni* Burgundia nuncupata eſt. *Chilpericus* Rex Neuſtriæ, bellum indixit fratri ſuo *Sigiberto*, Auſtriæ Regi, ſed jubente *Fredegundo*, peſſimâ fœmina, & Regis *Chilperici* uxore, *Sigibertus*, Auſtriæ, ſeu Auſtraliæ Rex, à duobus Sicariis occiſus eſt anno DLXXV. *Chilpericus* verò, Rex Neuſtriæ, trucidatus itidem fuit juſſu ejuſdem furentis fœminæ *Fredegundis*, uxoris ſuæ, anno quingenteſimo octogeſimo quarto. *Sigiberto* Auſtriæ Regi ſucceſſit *Childebertus II.* ejus filius; & *Chilperico* Neuſtriæ Regi ſucceſſit *Clotarius II.* Regni ſui Burgundiæ hæredem *Guntramnus*, Rex eximiâ pietate præditus, & inter Sanctos relatus, *Childebertum II.* in Regno Auſtriæ *Sigiberti* Succeſſurem inſtituit, paulò antequàm moreretur. Sed *Childebertus II.* Auſtriæ Rex, obiit anno quingenteſimo nonageſimo ſexto, duoſque moriens reliquit filios, videlicet *Theodericum*, & *Theodebertum*, quorum prior fratrem ſuum *Theodebertum*, Auſtriæ Regem, anno ſexcenteſimo duodecimo in prælio vicit, una cum ejus filiis interfecit, annoque ſequente contra *Clotarium II.* Neuſtriæ Regem, arma movens, dyſenteriæ morbo periit.

Clotarius II. qui ab obitu patris ſui *Chilperici*, hoc eſt, ab anno quingenteſimo octogeſimo quarto regnabat in Neuſtria, occiſis anno ſexcenteſimo decimo tertio demortui Regis *Theoderici* filiis, & *Brunechilde*, eorum avia, univerſam Franciæ Monarchiam adeptus eſt, eamque poſtquàm tenuiſſet per ſexdecim annos incompletos, mortuus eſt anno ſexcenteſimo vigeſimo octavo. Quod ſi anni Regni *Clotarii II.* ab obitu patris ſui *Chilperici* inchoati numerentur, compertum erit, eum regnâſſe annos quadraginta quatuor completos, ſeu, ut alii dicunt, annos quadraginta quinque incompletos.

Dagobertus ſucceſſit patri ſuo *Clotario II.* totiuſque Franciæ obtinuit Imperium, exceptâ Aquitaniæ parte, quam *Chariberto*, fratri ſuo, ceſſit. Sed *Chariberto*, ejuſque filio *Chilperico*, non diu poſt è vivis ſublatis, *Dagobertus* Rex univerſâ Franciæ Monarchiâ potitus eſt; & migravit è vita anno ſexcenteſimo trigeſimo octavo, poſtquàm regnâſſet ſexdecim annis, hoc eſt, ſex annis in Auſtraliæ Regno, vivente adhuc patre ſuo *Clotario*, & decem annis poſt obitum patris ſui *Clotarii*, per quos univerſam Franciæ Monarchiam rexit. Duos Rex *Dagobertus* moriens reliquit filios, *Sigibertum* ſcilicet & *Clodoveum*. Horum prior, ſeu *Sigibertus* hujus nominis *III.* quem ejus pater *Dagobertus* anno ſexcenteſimo trigeſimo tertio Regem Auſtraſiæ inſtituit, regnavit in Auſtraſia, *Pipino* Majore Domus Regni Adminiſtro. At mortuo *Sigiberto*, Auſtraſiæ Rege, anno ſexcenteſimo quinquageſimo ſexto, poſtquàm in Auſtraſia, ſeu in Francia Orientali, regnâſſet annis XXIII. *Grimaldus*, Major Domus Regni Auſtraſiæ, pulſo *Dagoberto* hujus nominis *II.* Regis *Sigiberti* filio, ac ſubinde Auſtraſiæ Regni legitimo hærede, *Childebertum*, filium ſuum, Regem Auſtraliæ conſtituit. At *Childeberto*, & *Grimoaldo*, ejus patre, exauctoratis, ac ſolio dejectis, *Dagobertus*, filius *Sigiberti*, Auſtraſiæ Regno reſtitutus eſt anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo quarto, & occiſus fuit anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo octavo.

Clodoveus hujus nominis *II.* frater *Sigiberti*, Auſtraſiæ ſeu Franciæ Orientalis Regis, & filius *Dagoberti*, hujus nominis *I.* Francorum Regis, è Regno Auſtraſiæ *Childebertum*, Tyrannum, *Grimoaldi* filium, ejecit, illudque Regnum duobus aliis Regnis, quæ à patre ſuo Rege *Dagoberto* acceperat, videlicet Burgundiæ, & Neuſtriæ, adjunxit anno ſexcenteſimo quinquageſimo ſexto, ſicque totam Franciæ Monarchiam obtinuit, quemadmodum patri ipſius *Dagoberto*, avoque *Clotario II.* jam contigerat. Sed *Clodoveus II.* brevi tribus Franciæ Regnis, Auſtraliæ, Neuſtriæ, & Burgundiæ potitus eſt, quippe qui eodem anno ſexcenteſimo quinquageſimo ſexto vitam cum morte commutavit, poſtquàm in Neuſtria, ſeu in Francia Occidentali, & in Burgundia poſt patris ſui *Dagoberti* Regis obitum, qui contigit anno ſexcenteſimo trigeſimo octavo, regnâſſet annos decem & octo, ac menſes aliquot.

Clotarius hujus nominis *III.* filius Regis *Clodovei II.* poſt mortem patris ſui ſolus in Francia regnare cœpit, ſed anno quarto ejus Regni in finem vergente, id eſt, ſub finem anni ſexcenteſimi ſexageſimi, populis Regni Auſtraſiæ, ſeu Franciæ Orientalis, tumultuantibus, & Regem, qui ſoli Auſtraliæ Regno dominaretur, ſibi dari depoſcentibus, *Bathildis*, Sanctiſſima Regina, ut tumultum ſedaret, Regno Auſtraliæ præfecit *Childericum*, filium ſuum ſecundo genitum, & Regis *Clotarii III.* fratrem. Quò factum eſt, ut Rex *Clotarius III.* Regnis tantum Burgundiæ, & Neuſtriæ, ſeu Franciæ Occidentalis, potitus fuerit. Mortuus eſt Rex *Clotarius III.* anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo, regni verò decimo quarto, nulloſque reliquit liberos.

Theodoricus hujus nominis *III.* filius Regis *Clodovei II.* natu minor, & *Clotarii III.* frater, anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo acclamatus eſt Rex Burgundiæ, & Neuſtriæ, ſeu Franciæ Occidentalis. At *Childericus II.* ipſius frater natu major, & Auſtriæ, ſeu Franciæ Orientalis Rex, illum eodem anno regno dejecit, & in Monaſterio *S. Dionyſii* propè Pariſios recluſit.

Childericus II. Rex Auſtriæ, ſeu Franciæ Orientalis, Regis *Clodovei II.* ſecundò genitus, & frater natu major *Theodorici*, Regnum Burgundiæ, & Neuſtriæ obtinuit anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo, & occiſus

est anno sexcentesimo septuagesimo tertio, postquàm regnâsset in Austria annos quatuordecim, in Burgundia autem, & in Neustria, post dejectum fratrem suum *Theodoricum*, tres annos & aliquot menses. Occiso *Childerico II.* ejus frater *Theodoricus* hujus nominis *III.* natu minor, è Monasterio, ad quod à fratre suo *Childerico II.* relegatus fuerat, dimissus, Regnum recuperavit anno sexcentesimo septuagesimo tertio, & post necem *Dagoberto II.* Austriæ, seu Franciæ Orientalis, Regi illatam anno sexcentesimo septuagesimo octavo, *Theodoricus III.* tribus Franciæ Regnis, videlicèt Austriæ, Neustriæ, & Burgundiæ potitus est, & obiit anno sexcentesimo nonagesimo primo, sicut modò convenit inter peritos Historiæ Francorum Scriptores.

Clodoveus hujus nominis *III.* filius Regis Francorum *Theodorici III.* patri suo in Regnum Franciæ immediatè successit anno sexcentesimo nonagesimo primo, & regnavit usque ad annum sexcentesimum nonagesimum quintum, quo absque prole è vita migravit.

Childebertus III. filius *Theodorici III.* & frater *Clodovei III.* hæreditario jure fratri suo *Clodoveo* successit anno sexcentesimo nonagesimo quinto, & regnavit septemdecim annis, hoc est ad annum usque septingentesimum undecimum, quo mortuus est.

Dagobertus III. filius *Childeberti III.* cœpit, post mortem patris sui, regnare in Francia anno septingentesimo undecimo, & regnavit usque ad annum septingentesimum decimum quintum, quo immaturâ morte sublatus est.

Chilpericus II. filius Regis *Childerici II.* qui anno sexcentesimo septuagesimo tertio occisus est, regnare cœpit in Francia anno septingentesimo decimo quinto. Regnavit quinque annis, & obiit absque prole anno septingentesimo vigesimo.

Theodoricus hujus nominis *IV.* qui septennis à patre Rege *Dagoberto III.* relictus fuerat, & educatus in Monasterio Calensi, indeque *Calensis* cognominatus, post mortem *Chilperici II.* regnare cœpit in Francia anno septingentesimo vigesimo, & regnavit septemdecim annis, decessitque anno septingentesimo trigesimo septimo.

Post Regis *Theodorici IV.* mortem, *Carolus Martellus*, Major Domûs, Franciam rexit, & publica Instrumenta hac formulâ notata sunt: *Anno post defunctum Theodoricum Regem* primo, secundo, &c. sicut ex variis Chartis liquet.

Porrò, Francia, mortuo Rege *Theodorico IV.* sine Rege fuit, non per annos sex vel septem, ut perperam visum est *Sirmondo* in Notis ad Concilia Gallicana, *Labbeo* Tomo VI. Concil. pag. 1440. *Cointio* Tomo V. Annal. Ecclesiæ Francorum, *Petavio* in Tabulis Chronologicis *Rationarii Temporum*, & passim aliis recentibus Rerum Gallicarum Scriptoribus; Sed Francia, mortuo Rege *Theoderico IV.* absque Rege fuit per quinque dumtaxat annos, id est, ab anno septingentesimo trigesimo septimo, quo mortuus est Rex *Theodoricus IV.* usque ad annum septingentesimum quadragesimum secundum, quo *Childericus* hujus nominis *III.* regnare cœpit in Francia, & per istud Interregni quinquennium *Carolus Martellus*, Major Domus, seu Palatii Præfectus, Regis Authoritatem sibi vindicavit, quamvis à Regis nomine abstinuerit.

Childericus III. quem alii Regis *Theodorici IV.* alii Regis *Chilperici II.* filium esse volunt, expleto in Francia Interregni quinquennio, cœpit regnare in Francia, ut mox diximus, anno septingentesimo quadragesimo secundo. Sed, cùm decimum Regni sui attigisset annum, in Conventu Suessionensi, anno septingentesimo quinquagesimo secundo habito, depositus ac detonsus, in Monasterium Sitivense, seu Bertinianum, retrusus fuit. In hoc Rege *Childerico III.* finem habuit prima Dynastia, seu Stirps, vel prosapia Regum Francorum, qui *Merovingi* appellantur, & anno septingentesimo quinquagesimo secundo in Francia Regia dignitas transiit ad secundam Dynastiam, seu Stirpem Regum Francorum, qui *Carolovingi* appellantur à *Carolo Magno*, filio *Pipini*, Regis Francorum, quamvis huic Secundæ Dynastiæ, seu Regum Francorum Familiæ, initium fecerit *Pipinus*, pater *Caroli Magni*. Porrò, Officio Majoris Domûs, seu Regii Palatii Præfecti fungebatur *Pipinus*, filius *Caroli Martelli*, quando post depositionem Regis *Childerici III.* ex prima Regum Franciæ, qui *Merovingi* dicuntur, stirpe postremi, anno septingentesimo quinquagesimo secundo acclamatus est Francorum Rex, seu potiùs quando ipse *Pipinus* ad Regiam potestatem, quam jampridem obtinebat, Francorum consensu Regis titulum adjecit. Quod quidem ut clariùs intelligas, obiter observare debes, post *Dagoberti* hujus nominis *I.* Francorum Regis mortem, quæ contigit anno sexcentesimo trigesimo octavo, Majores Domûs, seu Regii Palatii Præfectos, tam in Regno Austriæ, seu Australiæ, quæ erat Francia Orientalis, quam in Regno Neustriæ, quæ erat Francia Occidentalis, sub specie administrationis Regii Palatii, cui præpositi erant, Regnum ipsum gubernâsse, ac nudo inanique nomine Regio pueris Principibus relicto, summam virium, potentiamque Regalem ad se traxisse. Hinc tandem *Pipinus*, *Caroli Martelli* filius, qui, tanquam Major Domus & Palatii Regii Præfectus, Regiam potestatem obtinebat, dum *Childericus III.* Regium dumtaxat nomen, seu magni nominis umbram, retineret, nullo negotio, post depositionem ejusdem Regis *Childerici*, sibi ad Regium Solium viam stravit, & à Francis Rex acclàmatus, Secundæ Stirpi, seu Dynastiæ Regum Francorum, qui *Carolovingi* dicuntur, initium dedit.

Secunda

Secunda Stirps, seu Dynastia Francorum Regum, qui Carolovingi dicuntur.

PIPINUS, filius *Caroli Martelli*, post abdicationem Regis *Childerici III.* Rex Francorum renunciatus est anno septingentesimo quinquagesimo secundo. De Ecclesia Romana optimè meritus est. In Italiam quippè cum valido exercitu profectus, non solùm *Aistulphum*, Longobardorum Regem, Ecclesiæ Romanæ infestum, victricibus armis profligavit, sed etiam Romanos Pontifices, à Græcis & Longobardis injustè vexatos, protexit, sese fortissimum Sacrarum Imaginum defensorem adversùs *Constantinum Copronymum*, Orientis Imperatorem, exhibuit, Ditiones à Saracenis ereptas Ecclesiæ Romanæ reddidit, iisque virtutibus resplenduit, quæ nomen ejus ad æternam memoriam propagârunt. Mortuus est *Pipinus* anno septingentesimo sexagesimo octavo, postquàm ab anno septingentesimo quinquagesimo secundo, quo, deposito Rege *Childerico III.* electus est Rex Francorum, regnâsset annos sexdecim.

Carolus Magnus successit patri suo *Pipino* anno septingentesimo sexagesimo octavo, & mortuo fratre suo *Carolomanno*, Franciæ Monarchiam obtinuit anno septingentesimo septuagesimo primo. Paternæ pietatis, non minùs quàm Regni hæres *Carolus Magnus* coëgit *Desiderium*, Longobardorum Regem, ut bona Ecclesiæ Romanæ ablata redderet, addiditque ipse Donationi à *Pipino*, Patre suo, Ecclesiæ Romanæ factæ, Ducatum Spoletanum. Hinc à *Leone III.* Pontifice Maximo, ob multa singularia beneficia, quibus sibi Ecclesiam Romanam devinxerat, anno octingentesimo Augustus, seu Imperator, dictus est. Obiit *Carolus Magnus* anno octingentesimo decimo quarto, postquàm ab obitu Patris sui *Pipini* regnâsset annis quadraginta quinque. De *Caroli Magni* Sanctitate multa refert *Baronius*. Testatur etiam *Bollandus* ad diem XXVIII. mensis Januarii, se complurium Ecclesiarum Breviaria vidisse, in quibus V. Kalend. Februarii, seu die XXVIII. Jan. *Carolus Magnus* Officio novem, vel trium Lectionum colitur.

Ludovicus Pius, filius *Caroli Magni*, paternum Regnum iniit anno octingentesimo decimo quarto, & Coronam Imperialem à *Stephano V.* Pontifice Maximo accepit anno octingentesimo decimo sexto. Ejus filii contra ipsum rebellârunt, & in Monasterium detruserunt anno octingentesimo trigesimo, sed anno sequenti Regno restitutus est. Insignem ejus pietatem palàm prædicant infinita bona ab eo Ecclesiis & Monasteriis data. Regnavit *Ludovicus Pius* in Galliis ab obitu patris sui annos viginti sex, & obiit anno DCCCXL.

Carolus II. dictus *Calvus*, post mortem patris sui *Ludovici Pii*, Regnum Francorum iniit anno octingentesimo quadragesimo, & coronam Imperialem, post mortem fratris sui *Lotharii*, accepit à *Joanne VIII.* Pontifice Maximo, anno octingentesimo septingentesimo quinto. Fuit Princeps versipellis, superbus, & in bellis timidus. Regnavit in Galliis annos triginta septem, & veneno sublatus est anno octingentesimo septuagesimo septimo.

Ludovicus II. Caroli Calvi filius, dictus à lingua impedita *Balbus*, successit patri suo in Galliarum Regnum, sed non in Imperium, sicut jam observavimus in septima Tabula Chronologica Imperatorum Occidentis. Regnavit in Galliis ab anno octingentesimo septuagesimo septimo, quo ipsius pater mortuus est, usque ad annum octingentesimum septuagesimum nonum, quo ipse è vita migravit.

Ludovicus III. filius *Ludovici Balbi*, successit patri suo anno octingentesimo septuagesimo nono, & regnavit usque ad annum octingentesimum octuagesimum secundum, quo vitâ functus est.

Carlomannus, filius *Ludovici Balbi* & frater *Ludovici III.* successit fratri suo in Regno Gallico anno octingentesimo octuagesimo secundo, & regnavit usque ad annum octingentesimum octuagesimum quartum.

Carolus, à corporis habitudine dictus *Crassus*, filius *Ludovici* Germaniæ Regis, & Imperatorum Occidentis *Lotharii*, & *Caroli Calvi* nepos, qui jam à *Joanne VIII.* Pontifice Maximo, Romæ fuerat Imperator inauguratus anno octingentesimo octuagesimo, Galliarum Regno gubernando admotus est anno octingentesimo octuagesimo quinto. Sed *Carolus Crassus* cùm bellum adversùs Normannos, Gallias infestantes, infeliciter gessisset, volens nolens, Imperio, simul & Regno Gallico se abdicare compulsus est anno octingentesimo octuagesimo septimo, & mortuus est anno sequenti, seu octingentesimo octuagesimo octavo.

Odo, Comes Parisiensis, & *Roberti*, Andegavorum Comitis, filius, pari Francorum consensu & voluntate electus, & à *Walterio*, Archiepiscopo Senonensi, consecratus est Galliarum Rex anno octingentesimo octuagesimo octavo, regnavitque annis decem, & obiit die tertiâ mensis Jan. anni octingentesimi nonagesimi octavi.

Carolus, dictus *Simplex*, quem Rex *Ludovicus Balbus* in cunis moriens reliquerat, mortuo Rege *Odone* anno octingentesimo nonagesimo octavo, Rex Francorum fuit salutatus. Ab eo tamen plurimi Galliæ Proceres anno DCCCCXXI. deficientes, *Robertum*, Parisiensem Comitem, & *Odonis*, quondam Galliarum Regis, fratrem, Regno Franciæ præfecerunt. At *Robertus*, qui Francorum Rex electus fuerat, in prælio, quod apud Suessiones anno sequenti, seu anno nongentesimo vigesimo secundo, contra Regem *Carolum Simplicem* conseruit, lanceis perfossus occubuit, nec Regum Galliæ Catalogo accenseri debet, quòd vivente adhùc & regnante legitimo Galliarum

rum Rege, seu *Carolo Simplici*, tyrannidem, potiusquàm legitimam exercuerit potestatem. Tandem anno nongentesimo vigesimo tertio *Carolus Simplex* Regno dejectus est, & in carcerem trusus, ubi naturæ debitum solvit anno DCCCCXXIX.

Rodulphus, Dux Burgundiæ, post abdicationem Regis *Caroli Simplicis*, Galliarum regno potitus est anno nongentesimo vigesimo tertio. Contra Normannos, Gallias infestantes, sæpiùs ac feliciter pugnavit. Aquitanos perduelles domuit, Hungaros, in Gallias irrumpentes, repressit, & regnavit usque ad annum nongentesimum trigesimum sextum, quo è vivis excessit.

Ludovicus hujus nominis *IV.* filius Regis *Caroli Simplicis*, dictus *Transmarinus*, ob transmarinam peregrinationem, quá patre suo è regno deturbato, in Angliam à Matre sua *Edgiva* fuerat abductus, & inde in Gallias ad capessendum regnum revocatus; Lauduni ab *Artoldo*, Remensi Archiepiscopo, Rex Francorum inauguratus est anno nongentesimo trigesimo sexto, regnumque administravit usque ad annum nongentesimum quinquagesimum quartum, quo in vivis esse desiit.

Lotharius, filius *Ludovici Transmarini*, patri suo in regnum Franciæ successit, ac Remis ab *Artoldo*, hujus urbis Archiepiscopo, consecratus est anno nongentesimo quinquagesimo quarto. Regnavit annos duos supra viginti, & ex hac vita migravit anno nongentesimo octuagesimo sexto.

Ludovicus, hujus nominis V. filius Regis *Lotharii*, post mortem patris sui in urbe Compendiensi anno nongentesimo octuagesimo sexto Rex Francorum fuit consecratus, sed uno tantùm anno regnavit, & mortuus est anno nongentesimo octuagesimo septimo. Nihil memoriæ dignum gessit, & ideò vulgò dictus *Ludovicus Iners*, fuitque postremus Rex Secundæ Francorum Stirpis, quæ *Carolovingica* appellatur, quæque per ducentos, & triginta quinque annos propagata est, id est, ab anno septingentesimo quinquagesimo secundo, quo *Pipinus*, filius *Caroli Martelli*, Rex Franciæ electus, huic secundæ Dynastiæ, seu prosapiæ Regum Francorum, qui *Carolovingi* dicuntur, initium fecit, usque ad annum nongentesimum octuagesimum septimum, quo *Ludovicus* hujus nominis *V.* dictus *Iners*, & hujus secundæ Regum Francorum, qui *Carolovingi* nuncupantur, Stirpis, seu Familiæ postremus, diem ultimum clausit.

Tertia Stirps, seu Dynastia Francorum Regum, qui Capetiani appellantur.

HUgo Capetus, Regum Francorum è tertia Stirpe, quæ ab eo *Capetiana* denominata est, primus; Regiam dignitatem obtinuit anno nongentesimo octuagesimo septimo. At, quot annos regnaverit, seu quo anno, post adeptam in Francia Regiam dignitatem, obierit? non una est Scriptorum sententia. Alii, cum *Odoranno* in Chronico, ajunt eum mortuum esse anno nongentesimo nonagesimo octavo. Alii, cum *Sigiberto* in Chronico, & *Mabillonio* lib. 2. *de re Diplomatica* cap. 26. Num. 25. censent *Hugonem Capetum* migrâsse è vita anno nongentesimo nonagesimo sexto. Alii denique cum *Antonio Pagio* in *in Critica Baronii* ad annum nongentesimum nonagesimum octavum censent, *Hugonem Capetum* diem supremum obiisse anno nongentesimo nonagesimo septimo. Re ipsa accuratiùs perpensá descendo in sententiam *Mabillonii*, & existimo, *Hugonem Capetum* regnâsse novem annis, & vita functum esse anno nongentesimo nonagesimo sexto.

Robertus, post mortem patris sui *Hugonis Capeti*, solus in Gallia regnare cœpit anno nongentesimo nonagesimo sexto. Fuit Princeps singulari pietate, mansuetudine morum, prudentiâ & scientiâ haud vulgari præditus. Plures Sacras Ædes, Xenodochia, & Monasteria fundavit. Pauperes ita coluit, ut eis propriâ manu ac flexis genibus inserviret, atque eorum pedes summâ modestiâ ablueret. Obiit sanctitate & miraculis clarus *Robertus*, Galliarum Rex, die xxi. mensis Julii anni millesimi trigesimi primi.

Henricus, hujus nominis *I.* Regis *Roberti* filius primogenitus, qui jam à patre suo Regiæ Coronæ anno millesimo vigesimo septimo particeps ac consors factus fuerat, cœpit post obitum patris sui, hoc est, anno millesimo trigesimo primo, solus regnare in Galliis, & obiit anno millesimo sexagesimo, regni sui XXIX.

Philippus hujus nominis *I.* filius Regis *Henrici I.* patri suo successit anno millesimo sexagesimo. *Paschalem II.* Romanum Pontificem in Gallias anno millesimo centesimo septimo venientem perhonorificè excepit, & anno sequenti, seu millesimo centesimo octavo migravit è vita, cùm regnâsset annos quadraginta octo.

Ludovicus hujus nominis *VI.* cognomento *Crassus*, qui jam à patre suo *Philippo I.* anno millesimo nonagesimo nono fuerat Rex designatus, demortuo patri suo successit anno millesimo centesimo octavo. Diuturnum Bellum gessit cum *Henrico* hujus nominis *I.* Angliæ Rege, & postquàm regnâsset annis viginti novem, obiit anno MCXXXVII.

Ludovicus hujus nominis *VII.* cognomento Junior, qui jam à patre suo *Ludovico VI.* consors ac successor regni anno millesimo centesimo trigesimo declaratus, Remis ab *Innocentio II.* Pontifice Maximo inauguratus fuerat, post obitum patris sui solus sceptra Francorum moderari cœpit anno MCXXXVII. *Alexandrum Tertium* Pontificem Maximum, Gallias adventantem, summâ veneratione excepit. Singulari etiam observantiâ ac pietate suscepit, fovitque *Sanctum Thomam*, Cantuariensem Archi-

Archiepiscopum, pro defensione Ecclesiasticæ libertatis exulem. Adhortante *Sancto Bernardo* Abbate, sacram militiam contra Turcas ad recuperandam Terram Sanctam suscepit Rex *Ludovicus VII.* cùmque regnâsset annis circiter quadraginta quatuor, carnis onus deposuit anno millesimo octuagesimo.

Philippus hujus nominis *II.* dictus *Augustus*, post obitum patris sui *Ludovici VII.* regnum iniit anno millesimo centesimo octuagesimo. Judæos, multorum scelerum convictos, perpetuo exilio mulctavit, eosque ex universo Galliæ Regno facessere jussit; Blasphemos gravissimis pœnis subjecit; Histriones ac joculatores Aulâ abegit; Sacram Expeditionem, recuperandæ Palæstinæ causâ aggressus est, in qua tamen haud prosperam fortunam nactus est. Ecclesiasticam libertatem strenuè tutus est, cùmque regnâsset annos quadraginta tres, obiit anno millesimo ducentesimo vigesimo tertio.

Ludovicus hujus nominis *VIII.* cognomento *Leo*, filius *Philippi II.* mortuo patre, Regni sceptra tractare cœpit anno millesimo ducentesimo vigesimo tertio. Diuturnum cum Anglis bellum gessit, eisque Rupellam eripuit. Contra Hæreticos Albigenses, quos Rex Aragonum, & Comes Tolosanus tuebantur, arma movit, eosque secundo Marte debellavit. Ab hac contra Albigenses susceptâ expeditione cùm Parisios rediret *Ludovicus VIII.* dysenteriæ morbo correptus, migravit è vita apud Montempenserium in Arvernia anno millesimo ducentesimo vigesimo sexto.

Ludovicus IX. mortuo patre suo *Ludovico VIII.* Regale solium conscendit anno millesimo ducentesimo vigesimo sexto, sub tutela matris suæ *Blanchæ*, heroici animi & pietatis eximiæ Reginæ, Sacrum bellum contra Hæreticos Albigenses, jam à patre suo susceptum, instauravit, feliciterque confecit. Rex *Ludovicus IX.* promovendæ publicæ utilitati, amplificandæ Religioni, condendis sanctissimis legibus pro justitiæ administratione, & pro puniendis blasphemis, publicis meretricibus, aliisque sceleftis hominibus, totum se dedidit. Bis in Palæstinam, ut Terram Sanctam recuperare posset, haud satis feliciter cum exercitu profectus est, ibidemque in secunda expeditione afflatus peste, quæ per totum exercitum grassabatur, è vivis sublatus est anno millesimo ducentesimo septuagesimo, cùm sanctissimè regnâsset annos quadraginta quatuor. Sanctorum Fastis à *Bonifacio VIII.* Pontifice Maximo, solemni ritu adscriptus est.

Philippus hujus nominis *III.* cognomento *Audax*, *S. Ludovico* Regi, patri suo, successit anno millesimo ducentesimo septuagesimo. Acerrimum & diuturnum bellum gessit cum *Petro* Aragonum Rege, eò quòd author ac promotor esset *Vesperarum Sicularum*, seu horrendæ, ac post hominum memoriam crudelissimæ conspirationis, quâ omnes ad unum Galli, qui erant in Regno Siculæ, ad signum campanæ ad vespertinum Officium convocantis, nullâ ætatis, sexus, conditionis, & Ordinis habitâ ratione, inermes, nihilque minus cogitantes, in die Sacro Paschatis, seu die 30. mensis Martii anni MCCLXXXII. à Siculis trucidati sunt. Ad hanc vindicandam tam iniquam Gallorum stragem, ac abstergendam toti nationi Gallicæ inustam labem, justum bellum *Philippus III.* Francorum Rex indixit *Petro*, Aragonum Regi, tam Sacrilegæ Tragœdiæ suasori ac promotori. At, dum ex hac bellica expeditione *Philippus III.* victor in Gallias rediret, morbo correptus Perpiniani die 6. mensis Octobris anni millesimi ducentesimi octogesimi quinti diem supremum obiit anno Regni sui decimo quarto.

Philippus hujus nominis *IV.* dictus, ob formæ præstantiam, *Pulcher*, mortuo patre suo *Philippo III.* clavum Regni Franciæ tenere cœpit anno millesimo ducentesimo octogesimo quinto. Assidua ferè cum Anglis, eorumque fœderatis Belgis, quamdiu vixit, bella suscepit, & ancipiti Marte confecit. Habuit itidem *Philippus IV.* cum *Bonifacio VIII.* Pontifice Maximo acerrimum dissidium, quod in dies incrudescens gravissima hinc inde secum incommoda traxit. *Clementi V.* Pontifici Maximo author fuit Rex *Philippus Pulcher*, ut in Concilio Generali Viennensi, in Gallus anno MCCCXI. habito, Equitum Templariorum Ordinem penitùs aboleret. Tandem diuturno morbo conflictatus è vita excessit Rex *Philippus IV.* anno millesimo trecentesimo decimo quarto, ineunte anno Regni sui trigesimo.

Ludovicus X. cognominatus *Hutinus*, id est, rixosus & pervicax, in patris *Philippi IV.* locum successit anno millesimo trecentesimo decimo quarto, sed postquàm regnâsset annum unum & aliquot menses, veneno sublatus est anno millesimo trecentesimo decimo sexto.

Philippus hujus nominis *V.* ob staturæ proceritatem, *Longus* appellatus, fratri suo *Ludovico X.* absque virili prole defuncto successit anno millesimo trecentesimo decimo sexto. Nihil præclari toto sui Regni tempore gessit, & ineunte anno sexto Regni, nullâ masculâ relictâ prole, obiit anno millesimo trecentesimo vigesimo secundo.

Carolus hujus nominis *IV.* ob egregiam formam *Pulcher* nuncupatus, frater Regum *Ludovici X. Philippi V.* cœpit regnare in Galliis anno millesimo trecentesimo vigesimo secundo. De illo nihil laude ac memoriâ dignum occurrit dicendum, præter bellum Aquitanicum, quod Duce *Carolo Valesio*, feliciter confecit. Vitâ functus est anno millesimo trecentesimo vigesimo octavo, seu ineunte anno septimo Regni sui, reliquitque Reginam *Joannam*, uxorem suam, gravidam, quæ mox filiam enixa est, sicque per Legem Salicam, quæ fœminas in Galliis arcet à Corona Regia, eamque solis masculis adjudicat, omninò defecit, Jureque ad Regnum Franciæ excidit familia *Philippi IV.* dicti *Pulchri*, cujus tres filii, videlicèt *Ludovicus X.* dictus *Hutinus*;

nus; *Philippus V.* cognomento *Longus*; & *Carolus IV.* dictus *Pulcher*, qui post obitum patris sui *Philippi IV.* cognomine *Pulchri*, in Galliis successivè regnârunt, sine prole mascula continenter mortui sunt, indeque factum, ut Jus ad coronam Galliarum Regni à familia Regis *Philippi IV.* transierit ad familiam Valesianam, quæ coronam Galliarum Regni, continuâ Regum serie, per ducentos sexaginta & unum annum retinuit, hoc est, ab anno millesimo trecentesimo vigesimo octavo, quo, mortuo *Carolo IV.* Rege Francorum postremo è *Philippi IV.* genere, *Philippus* hujus nominis *VI.* è familia Valesiana oriundus, acclamatus est Francorum Rex, usque ad annum millesimum quingentesimum octuagesimum nonum, quo occisus est *Henricus III.* Galliarum Rex, in cujus morte defecit *Valesiorum* familia Regno idonea, Jusque ad Galliarum Regnum in Borboniorum familiam, quæ etiamnum in Galliis feliciter regnat, devolutum est. Sic Deus Optimus Maximus, ut inquit Scriptura Sacra, *mutat tempora & ætates, & transfert Regna atque constituit.*

Philippus hujus nominis *VI.* ac primus ex Valesiorum Stemmate Francorum Rex omnium Procerum consensu regnare cœpit in Galliis anno millesimo trecentesimo vigesimo octavo. Fuit appellatus *Rex bene fortunatus*, quamvis in difficillimo bello, quod contra Anglos susceperit, infelici Marte pugnaverit, adversamque sæpius fortunam sit expertus. In hoc tamen Regem *Philippum Valesium* dixerim *bene fortunatum*, quod Princeps *Humbertus*, qui rerum sæcularium pertæsus, filiisque orbatus, mundo nuncium remisit, & sacro Prædicatorum Ordini nomen dedit, concesserit Regi *Philippo Valesio* Principatum suum, seu Delphinatum, eâ tamen lege, ut Regum Franciæ majores natu filii nomine seu titulo & Insignibus Delphinorum decorarentur. Quæ lex obtinet adhuc & inviolatè in Francia observatur. Obiit Rex *Philippus Valesius* anno millesimo trecentesimo quinquagesimo, postquàm regnâsset annos viginti duos.

Joannes, cognomento *Bonus*, in demortui patris sui Regis *Philippi VI.* locum suffectus est anno millesimo trecentesimo quinquagesimo. Princeps fuit excelsi quidem animi, sed in gerendo cum Anglis bello longè patre suo infelicior. Ab Anglis siquidem in Pictonibus acie superatus, in Angliam captivus unà cum filio suo natu minimo abductus est, ubi postquàm quatuor annis esset diversatus, tribus aureis millionibus redemptus, Parisios reversus est. Sed, cùm Sacram adversùs Turcas Expeditionem, cujus ab *Urbano V.* Pontifice Maximo fuerat Dux supremus constitutus, & ea de causa in Angliam trajecisset, ut in ejusdem Sacri Belli Societatem Regem pellicere posset, inopinato morbo correptus, Londini die VIII. Aprilis anni millesimi trecentesimi sexagesimi quarti efflavit animam, corpusque in Gallias remissum, quod in Ecclesia Monasterii San-Dionysiani sepulturæ mandatum est.

Carolus hujus nominis *V.* cognomento *Sapiens*, mortuo patri suo *Joanni*, Galliarum Regi, successit anno millesimo trecentesimo sexagesimo quarto. Fortunam in bellis magis secundam, quam pater, expertus est. Bellum quippe Hispanicum contra *Petrum*, dictum *Crudelem*, Castellæ Regem, feliciter confecit. Anglos terrâ marique vicit, & *Joannem Montefortium*, Aremoricorum, seu Britanniæ minoris, Regulum, qui ad Anglos defecerat, in ordinem redegit. E vivis excessit Rex *Carolus V.* die XVI. mensis Septembris anni millesimi trecentesimi octuagesimi.

Carolus hujus nominis *VI.* post mortem patris sui *Caroli V.* cœpit anno millesimo trecentesimo octogesimo regnare in Galliis. Sed cùm duodennis tantùm esset, Regni administratio *Ludovico*, Andegavensium Duci, ejus Patruo natu maximo, demandata est. Probitate, mansuetudine, pietate, liberalitate, aliisque Regiis dotibus ita præditus fuit *Carolus VI.* ut *Bene Amati* cognomen apud Gallos sit consecutus. At, postquàm anno millesimo trecentesimo nonagesimo secundum amentiam incidisset, reliquum ejus Regni tempus domesticis turbis, intestinis, externisque Anglorum bellis, tributorum gravitate, aliisque id genus ingruentibus malis fuit infaustissimum. Tot calamitatibus, quibus per id temporis tantùm non oppressum est Galliarum Regnum, occasionem dederunt duo *Caroli VI.* Patrui, *Joannes*, Dux Biturigum, & *Philippus*, Dux Burgundiæ, quibus, ob penè continuum ejusdem *Caroli VI.* morbum, totius Regni administratio delata fuerat, excluso *Ludovico*, Aurelianensi Duce, & Regis *Caroli VI.* fratre. Inde natum illud Ducem Burgundiæ inter & Ducem Aurelianensem implacabile odium, quod atrocissima bella, & malorum lernam Galliarum Regno adeò importavit, ut, nisi Deus auxiliarem manum imminenti ejus ruinæ supposuisset, in extremas clades & Anglicam servitutem in tot factiones distractum Galliarum Regnum corruisset. Obiit Rex *Carolus VI.* anno millesimo quadringentesimo vigesimo secundo, Regni sui quadragesimo secundo.

Carolus hujus nominis *VII.* successit patri suo *Carolo VI.* anno millesimo quadringentesimo vigesimo secundo, fuitque cognominatus *victor*, eò quòd Franciæ Regnum ferè perditum, & ab Anglis occupatum, recuperavit tum bellicâ virtute, tum præsertim fretus præsentissimo auxilio Dei, qui his calamitosis temporibus *Joannam Darcam*, puellam Aurelianensem, velut alteram *Deboram*, aut *Juditham*, suscitavit, quæ Gallorum animos erigeret, patriam liberaret, Anglos profligaret, Regemque ac Regnum, in pristinum splendoris statum restitueret. Sic ope Heroïnæ illius Puellæ Aurelianensis adjutus *Carolus VII.* Anglos è toto Galliarum Regno expulit, amplissimas Urbes, & integras Provincias, quæ per nefariam

fariam conjurationem ob ejus obsequio descivérant, partim armis, partim deditione recepit. Regnavit in Galliis *Carolus* VII. annos triginta novem, & obiit anno millesimo quadringentesimo sexagesimo primo. Pragmatica Sanctio, eo regnante, ab Episcopis Ecclesiæ Gallicanæ constituta est in Concilio Bituricensi habito anno millesimo quadringentesimo trigesimo octavo.

Ludovicus hujus nominis XI. defuncto patre suo *Carolo* VII. regnare cœpit in Galliis anno millesimo quadringentesimo sexagesimo primo. Fuit Princeps patri suo longè dissimilis, ingenio quidem perspicaci, & acuto, sed callido, versatili, suspicioso, pervicaci, vario, & incerto, tantaque erat solertia præditus, ut conspirantium in se Principum factiones dissueret, eosque sæpius naso suspenderet adunco. Vitæ nimium amans, Medico suo singulis mensibus decem millia nummûm concedebat, sed admonitus à *Sanct. Francisco de Paula*, quem ex Calabria in Gallias evocaverat, de proxima, sibique imminenti morte, eam tranquillo animo adspexit, omnibusque Ecclesiæ munitus Sacramentis naturæ debitum solvit anno millesimo quadringentesimo octogesimo tertio, postquam regnâsset annos viginti duos.

Carolus VIII. post mortem patris sui *Ludovici* XI. Regale Solium conscendit anno millesimo quadringentesimo octogesimo tertio. Princeps fuit magnificus, comis, pius ac liberalis. Waldenses hæreticos in Galliis partim exterminavit, partim ad Catholicam Religionem revocavit. Bellum Austriacum contra *Maximilianum*, Romanorum Regem, susceptum, feliciter & ex animi sententia confecit. In Italiam cum valido exercitu profectus, toto Regno Neapolitano, neomine obsistente, an. MCCCCXCV. potitus est, quod tamen per duos dumtaxat annos retinuit, ob incuriam Gallorum, qui ludis & oblectationibus dediti illud Regnum ita administrabant, ut ad id dissipandum, non occupandum venisse viderentur. Obiit Rex *Carolus* VIII. anno millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo.

Ludovicus hujus nominis XII. successit *Carolo* VIII. anno millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo. Rex fuit animi magnitudine, prudentiâ, & clementiâ nulli secundus, tantaque erga subditos suos charitate præditus, ut *Patris populi* cognomen promeritus sit. Expeditionem Italicam aggressus, Ducatum Mediolanensem armis subegit, Venetos pluribus præliis in ordinem redegit. In hoc uno duntaxat culpandus, quòd unà cum *Maximiliano* Imperatore Conciliabulum Pisanum ad deponendum *Julium secundum* Pontificem Maximum, quocum graves simultates gerebat, convocandum curârit. Culpam tamen suam agnovit Rex *Ludovicus* XII. &, rejecto conciliabulo Pisano, in gratiam *Leonis decimi* Pontificis Maximi, Successoris *Julii secundi* fuit receptus in Concilio Generali Lateranensi V. Regnavit *Ludovicus duodecimus*

R. P. Hiacynthi Tab. Chronol. P. II.

annos septendecim, & obiit è vivis anno millesimo quingentesimo decimo quinto.

Franciscus hujus nominis I. in demortui Regis *Ludovici* XII. Consobrini sui locum suffectus est anno millesimo quingentesimo decimo quinto. Helvetios debellavit, Mediolanensem Ducatum recuperavit. Pragmaticam Sanctionem abolevit, & cum *Leone* X. Pontifice Maximo *Concordatum*, quod vocant *Gallicum*, confecit, quo Regibus Galliæ facultas conceditur Clericos ad Episcopatus & Abbatias nominandi. Multa Bella, quæ toti Regno Galliæ funestissima fuerunt, habuit cum *Carolo quinto* Imperatore, à quo tandem in Ticinensi, seu Papiensi pugna captus est, & Matritum abductus, nec inde liber à *Carolo quinto* dimissus, nisi post acceptas duras conditiones, quibus tamen in libertatem assertus Rex *Franciscus* I. jure optimo stare easque executioni mandare noluit. Catholicæ Religionis adversus pullulantem in Galliis Calvinistarum hæresim assertor ac vindex intrepidus, omniumque Virorum Literatorum Mæcenas munificentissimus fuit Rex *Franciscus* I. Obiit anno millesimo quingentesimo quadragesimo tertio.

Henricus hujus nominis II. patri suo *Francisco* I. successit anno millesimo quingentesimo quadragesimo tertio, & in Bellis, quæ cum *Carolo* V. Imperatore, & *Philippo* II. Hispaniarum Rege gessit, fuit patre suo longè felicior. Gravissimam tamen cladem ad *S. Quintini* Oppidum in Veromanduis die X. mensis Augusti anni millesimi quingentesimi quinquagesimi septimi ab exercitu *Philippi secundi* Hispaniarum Regis accepit in pugna, quæ *San quintiana*, aut *Sanlaurentiana*, à die, quo contigit, dicta est, quam cladem, captis non multò post munitissimis Anglorum, & Hispanorum Arcibus, magno cum fœnore resarcivit Rex *Henricus* II. Hæreticos Lutheranos, qui in Galliarum Regno grassabantur, severissimis Edictis coërcuit, multosque ex illis captos igne ardere jussit. Ad exterminandos Hæreticos Calvinistas, qui pestilenti doctrina Galliam infestabant, omnem adhibuit operam. Filiam suam *Elizabetham* Regi Hispaniarum *Philippo secundo* in conjugium dedit Rex *Henricus* II. sed cum nuptiæ Parisiis magna pompa, & ludicris Equitum certaminibus atque hastiludiis celebrarentur, volens *Henricus* II. in his itidem decertare, lethale vulnus in capite accepit, sicque communem lætitiam, cùm maximè ferveret, funestavit interitus optimi Regis, qui è vita discessit anno millesimo quingentesimo quinquagesimo nono.

Franciscus hujus nominis II. mortuo patre suo *Henrico* II. cœpit regnare in Galliis anno millesimo quingentesimo quinquagesimo nono. Eo regnante Hæretici Calvinani in Galliis armis & facibus instructi caput extulerunt, & funestis cladibus totum Galliæ Regnum cruentârunt, eis præsertim animos faciente *Ludovico Borbonio*, Regii Sanguinis Principe, qui hac peste infectus, ut suam, specioso Religionis obtentu,

 pote-

potestatem augeret, Caput illorum ac primipilum se constituerat. Captus quidem fuit Princeps Condæus in Comitiis, seu in trium Ordinum Conventu, quem *Rex Franciscus II.* Meldis indixerat, atque custodiæ traditus, & læsæ Majestatis reus convictus, latâ à Judicibus sententiâ morti addictus est, sed procrastinatum fuit ejus supplicium, ob morbum *Francisci II.* Regis, qui ex apostemate in sinistra aure enato mortuus est in flore suæ juventutis, seu anno ætatis suæ duodevigesimo, anno verò Christi millesimo quingentesimo sexagesimo, postquàm regnâsset uno tantùm anno & sex mensibus.

Carolus hujus nominis *IX.* suffectus est in locum fratris sui *Francisci II.* cœpitque regnare anno millesimo quingentesimo sexagesimo, sed, cùm annum ætatis suæ ageret duntaxat decimum, *Catharina Medicæa*, Regina, ejus mater, gubernandi Regni procurationem mille adhibitis artibus obtinuit, & regnandi cupidine flagrans ambitiosa illa fœmina plus æquo favit Hæreticis Calvinistis, qui ejus favore elati gravissimas tragœdias in toto Galliarum Regno excitârunt, quatuor tamen præliis Drocensi, San-Dionysiano, Jarnacensi, & Moncontoriensi, victi, cæsi, fusi ac dissipati fuere Hæretici Calvinistæ Quin, regnante *Carolo IX.* famosa illa contigit cædes, dicta *San-Bartholomæa*, quia incidit iodiem *S. Bartholomæo* Apostolo Sacram, in qua innumeri Sectæ Calvinianæ homines non solùm Parisiis, sed & in cæteris Galliarum Urbibus perempti sunt. Non potuit tamen Rex *Carolus IX.* illos hæreticos funditus extirpare, sed, volens nolens, coactus est pacem cum illis inire, eisque Arces & Oppida *Rupellam*, *Montalbanum*, *&* *Nemausum* concedere. Obiit *Carolus IX.* anno millesimo quingentesimo septuagesimo quartò, cùm regnâsset annis quatuordecim.

Henricus hujus nominis *III.* auditâ morte fratris sui *Caroli IX.* protinùs Poloniam reliquit, cujus jam Rex fuerat inauguratus, & in Gallias ad capessendum Regnum, hæreditario jure sibi debitum, festinavit. Diuturni Belli sopiendi necessitate adactus, in favorem Calvinistarum Edictum promulgavit, Catholicis odiosum, & Ecclesiæ injurium, quod subindè Bella Civilia, varias coitiones, sed præsertim potentissimam confœderationem *Guisianam*, quam *Ligam* vocârunt, in ipsum excitavit. Catholicorum insuper animos magis exasperavit Rex *Henricus III.* dum in Comitiis Blesensibus Ducem, *Henricum Guisium*, ejusque fratrem Cardinalem *Ludovicum*, quos, tanquam Fidei Catholicæ invictos assertores ac Pugiles, venerabatur Guisiana confœderatio, per suos satellites confodi ac jugulari jussit. Hinc factum est, ut, dùm Rex *Henricus III.* Lutetiam Parisiorum oppugnaturus ad *Sanct. Clodoaldi* Municipium stativa posuisset, immani parricidio anno millesimo quingentesimo octogesimo nono fuerit trucidatus ab uno ex Guisiana confœderatione perditionis filio, qui sumptâ Religiosa veste, & sub ea, instar Lupi sub pelle ovina, latens, ad Regem admissus, cultrum venenatum in ejus ventrem infixit, ex quo vulnere die sequenti è vita migravit *Henricus III.* Rex sanè meliori sorte dignus, qui pietatis, quam in animo fovebat, sæpè indicia dedit, præsertim dum Sancti Spiritus Ordinem instituit, & moriens magnâ cum pietate Sacramenta Ecclesiæ inimicis veniam ultrò concessit. In ipso *Valesiorum* Stirps, Regnô idonea, omninò defecit, jusque ad Galliarum Regni Sceptrum transiit in familiam Borboniorum, in Gallis adhuc regnantem.

Henricus hujus nominis *IV.* seu *Henricus Borbonius*, Navarræorum Rex, mortuo *Henrico III.* renunciatus fuit anno millesimo quingentesimo octuagesimo nono Galliarum Rex. At, cùm Calvinianam Hæresim, quam cum lacte suxerat, nec dum palam ejurâsset, Guisianæ Factionis Fœderati Bellum in ipsum instaurârunt, quod feliciter confecit Rex *Henricus IV.* insignem de fœderatis referendo victoriam, quæ *Ivriaca* dicitur. Nihilosecius Bello civili vexatum est Galliarum Regnum usque ad annum millesimum quingentesimum nonagesimum tertium, quo tandem Rex *Henricus* IV. Hæresim palàm ejuravit, & Catholicam Fidem solemni ritu professus est. Tunc enim Regni Proceres & Civitates ad Regis *Henrici* IV. fidem & obsequium redeuntes, eum legitimum Galliarum Regem justis ac festivis gratulationibus proclamârunt, illique omnes fidei dixêre Sacramentum. Fuit autem *Henricus* IV. optimus Princeps, virtute militari, beneficentiâ in populû, in profligandis vitiis, abusibus & duellis severâ disciplinâ, ingenio acuto, & amœno, aliisque præclaris dotibus exornatus. Dolendum tamen, quòd hæretici Calviniani, semper ad arma proni, à Rege *Henrico* IV. invito quidem, sed ad civiles tumultus sedandos compulso, extorserint anno millesimo quingentesimo nonagesimo octavo Edictum *Nannetense*, ab Urbe, unde prodiit, sic dictum, Catholicis perniciosum, & hæreticis utilissimum, quo Rex hæreticis, præter alia privilegia, jus ad honores, dignitates & munera Regni, nec non Synodos celebrandi & cœtus agendi facultatem concedebat. Regnavit *Henricus* IV. annos viginti duos; rebus pace, belloque, manu & consilio gestis, Rex verè *Magnus* appellatus, qui tamen, dum inter plausus & magnificentiam coronandæ conjugis suæ *Mariæ Medicææ*, Parisiensem urbem lustrat, ab impio Sicario, *Francisco Ravaillaco*, nefandissimo parricidio occisus est anno millesimo sexcentesimo decimo.

Ludovicus hujus nominis XIII. cognomento *Justus*, post mortem patris sui *Henrici* IV. cœpit sub tutela matris suæ *Mariæ Medicææ* regnare in Galliis anno millesimo sexcentesimo decimo. Justitiæ cùm esset amantissimus, æquissimas Leges condidit, quibus Duella districtè prohibuit, & gliscentes abusus extirpavit. Coorta in Francia

quæ

quædam intestina Bella feliciter repressit, Hæreticos Calvinistas novos in dies tumultus cientes, & sua deque omnia miscentes, in ordinem redegit, atque, Duce Cardinali *Richelio*, Rupellam, Urbem terra marique inexpugnabilem, unde Hæretici potentiæ Regum insultantes, sua jura, terroremque in vicinas latè oras circumferre non desistebant, post duram ac longam obsidionem in deditionem recepit, perduellesque Hæreticos domuit. Regnavit *Ludovicus* XIII. annis triginta tribus, & pietate in Deum, zelo pro Religionis Catholicæ propagatione, amore in subditos, aliisque eximiis virtutibus clarus, obiit anno millesimo sexcentesimo quadragesimo tertio.

Ludovicus XIV. cognomine *Magnus*, successit patri suo *Ludovico* XIII. anno millesimo sexcentesimo quadragesimo tertio sub tutela matris suæ *Annæ Austriacæ*, sapientissimæ ac piissimæ Reginæ. Sapientiâ, potentiâ, & felicitate paucos inter Reges Franciæ pares habuit. Terra marique victor Regnum amplificavit, bonas artes ac disciplinas revocavit, Duella extinxit, vitia coërcuit, In impios severè animadvertit, divino cultui, qui in Ecclesiis exhibetur, optimis constitutis Legibus consuluit, suoque exemplo ad modestiam & pietatem habendam, maximè dum Sacra ac tremenda Mysteria peraguntur, provocavit. Sed ejus amor & studium in Catholicam fidem potissimum enituit, quandò *Edictum Nannetense*, quo *Henricus* IV. iniquis temporibus coactus, concesserat hæreticis Calvinianis conscientiæ libertatem, peculiares Magistratus, aditum ad publicas Regni dignitates, munitasque Arces, ipse *Ludovicus* XIV. invictus & verè Christiano animo funestum istud Nannetense Edictum anno millesimo sexcentesimo octuagesimo quinto rescidit, antiquavit, abrogavit, quo abrogato, templa Hæreticorum diruta ac solo æquata sunt, Pseudo-Ministri è Regno abacti, Calviniana Hæresis prostrata, & Catholica Religio in Francia perstitit sola domina ac triumphatrix. Regnavit *Ludovicus* XIV. annis septoaginta tribus, mortem irretortis oculis adspexit, & in solo Deo totius spei ac fiduciæ suæ factam anchoram ponens, instar Herois Christiani è vivis excessit die I. mensis Septembris anni millesimi septingentesimi decimi quinti.

Ludovicus XV. mortuo proavo suo *Ludovico* XIV. in Regnum Galliæ successit sub tutela *Philippi* Aurelianensis. Utinam, jovenis ille Rex, in cujus incolumitate omnis Gallorum spes inclinata recumbit, semel ex ephebis egressus, seu factus major, vincat spem populorum, subditorum vota transiliat, eis pacem, serenitatem & abundantiam Inducat, illosque præsertim Decessores suos imitetur, quorum præcipui conatus in Ecclesiæ utilitatem incubuerunt, videlicet *Clodoveum*, illius in Gallia fundatorem; *Carolum Magnum*, Religionis Catholicæ in Italia, Hispania, & Germania amplificatorem; *Sanct. Ludovicum*, illius in extremo Oriente instauratorem, & alios, in quibus amor pietatis & Sanctimoniæ visus est dominari. Utinam, inquam, juvenis ille Rex horumce Prædecessorum suorum vestigiis insistat, quo de Ecclesia, & de Gallia-rum Regno bene meritus, postquàm naturæ (quod precantur ac vehementer optant omnes ad unum Galli) diu vixerit, immortali gloriæ æternum vivere possit.

NONA TABULA CHRONOLOGICA,

Repræsentans Successionem Regum, qui in Hispania Summa rerum potiti sunt usque ad Philippum V. *nunc regnantem.*

Hispania, quæ usque ad initium quinti Ecclesiæ Sæculi Romano fuerat subjecta Imperio, tandem ineunte Sæculo quinto transiit in dominium Gothorum, qui in Gallias sub initium ejusdem sæculi, id est, anno quadringentesimo duodecimo, cùm irrupissent, & multas, Barbarorum more, calamitates in eas intulissent, confestim à Patricio *Constantio*, viro strenuo, imperiti, atque expugnati, *Narbonam*, Urbem in Galliis, quam occupabant, relinquere, & in Hispaniam sese recipere coacti sunt, ubi supremo potiti dominio, Nationis suæ Principes constituerunt Hispaniæ Reges, qui diù in Hispania dominati sunt. At, quia inter illos Reges Gothos Hispaniæ sexdecim priores Sectâ Ariani, alii verò sequentes Catholici fuerunt, incipiemus à Successione Gothorum Regum Hispaniæ, qui in luto Arianæ Hæreseos hæserunt, usque ad *Recaredum I.* qui primus Gothorum Regum Hispaniæ Catholicam Fidem amplexus est. Deinde, aliorum Catholicorum tam' Gothicæ, quàm alteriùs nationis Regum, qui Regno Hispaniæ præfuerunt, à *Reccaredo*, primo in Hispania Gothorum Rege Catholico, usque ad *Philippum V.* è Regia Borbonicorum Familia oriundum, qui nunc feliciter in Hispania regnat, seriem ac successionem describemus.

* * *

SUCCESSIO
Gothorum Regum Hispaniæ,

Qui Ariani fuerunt usque ad Reccaredum I. *qui primus Gothorum Regum Hispaniæ Catholicam Fidem amplexus est.*

Ataulphus, seu *Adaulphus*, frater uxoris *Alarici*, Gothorum Regis, eidem Regi *Alarico*, anno quadringentesimo decimo è vivis sublato, successit in Regnum Gothorum. Irruptionem unà cum suis Gothis in Gallias anno quadringentesimo duodecimo fecit, easque miserum in modum devastavit. At, post biennium, seu anno quadringentesimo decimo quarto, è Galliis expulsus à Patricio *Constantio*, in Hispanias ingressus est, Regnumque invasit, sed

anno sequenti, seu quadringentesimo decimo quinto apud Barcinonam à quodam Gotho, ejus domestico, *Dobbii* nomine, inter familiares fabulas jugulatus est.

Singericus successit Regi *Ataulpho*, sed Regnum dumtaxat degustavit, nam die septimo à suscepto regimine interemptus est eodem anno quadringentesimo decimo quinto sicut luculenter ex *Olympiodoro* evincit Cl. *Antonius Pagius* in sua *Critica Baronii* ad annum quadringentesimum decimum quintum.

Wallia eodem anno quadringentesimo decimo quinto suffectus est in locum *Singerici* Regis, utque securiùs regnaret, pacem iniit cum Romanis. *Attalum*, quem *Alaricus*, Gothorum Rex, Imperatorem creaverat; dum anno quadringentesimo nono Urbem Romam armis cepit, diripuit, & in prædam dedit; hunc, inquam, *Attalum* Romanorum Imperatori *Honorio* tradidit Rex *Wallia*, eidemque reddidit *Gallam Placidiam*, ejus sororem, quam Rex *Ataulphus* in direptione Urbis Romæ abduxerat, sibique conjugio copulaverat. Adversus Barbaros Hispaniis incubantes Bellum gessit Rex *Wallia*. Anno siquidem quadringentesimo nono Vandali, Suevi, & Alani in Hispanias ingressi, forte ad habitandum sibi Provinciarum Regiones, hoc pacto, teste *Idacio* in Chronico, diviserunt. Gallæciam Vandali occuparunt & Suevi, sitam in extremitate Oceani maris occiduâ. Alani Lusitaniam, & Carthaginenses Provincias; & Vandali, cognomine Silingi, Bæticam obtinuerunt. Rex itaque *Wallia* Vandalos vicit, Silingos Bætica expulit, & Alanos superavit, cumque regnâsset annis tredecim, obiit anno quadringentesimo vigesimo octavo.

Theodoricus successit Regi *Wallia* anno quadringentesimo vigesimo octavo, regnavit annis viginti tribus, & rebus humanis exemptus est anno quadringentesimo quinquagesimo primo.

Thorismundus suffectus est in locum *Theodorici*, sed postquam uno duntaxat anno regnâsset à fratre suo *Theodorico* jugulatus est anno quadringentesimo quinquagesimo secundo, sicut testantur *Idacius* in Chronico & *Isidorus* in Chronico Gothorum.

Theodoricus hujus nominis II. post patratum fratricidium, Regnum moderari cœpit. *Rechiarium*, Suevorum Regem, inito certamine debellavit, eumque captum occidit, & Regnum, quod Suevi in Gallæcia obtinebant, occupavit anno quadringentesimo quinquagesimo sexto. Refert *Idaacius* in Chronico, multa ab exercitu Regis *Theodorici* civitati Bracarensi in Gallæcia eodem anno damna fuisse illata, Sanctorum Basilicas effractas, altaria sublata atque confracta, Virgines Dei abductas, Clerum usque ad nuditatem pudoris exutum, promiscuum sexum cum parvulis de locis refugii sanctis, populum omnem abstractum, jumentorum, pecorum, camelorumque horrore locum sacrum repletum &c. Regnavit *Theodoricus* II. annos tredecim & aliquot menses, hoc est anno quadringentesimo quinquagesimo secundo, quo Regem *Thorismundum*, fratrem suum interfecit, usque ad annum quadringentesimum sexagesimum sextum, quo à fratre suo *Eurico* trucidatus est.

Euricus, postquàm fratrem suum Regem *Theodoricum* occidisset, in ejus locum substitutus est anno quadringentesimo sexagesimo sexto. Catholicis fuit infensissimus, quos aut in vincula conjecit, aut in exilium egit, aut interfecit, & Ecclesiarum aditus spinis obserari jussit. Regnum in Hispania Wisigothorum latè protendit, & Phocensem Provinciam, seu Massiliam & Arelatem propriæ subdidit ditioni. Regnavit novendecim annis. *Victor* siquidem *Tunnunensis*, post Consulatum *Theodorici*, anno nempe quadringentesimo octuagesimo quinto, scribit: *His diebus Euricus Rex moritur, & Alaricus filius pro eo Rex efficitur.* Præterea, *Jornandes*, gente Gothus, in lib. *de Rebus Geticis*, seu *de Historia Gothorum*, cap. 47. asserit, Regem Euricum *decimo nono Regni sui* vitâ privatum esse. Quapropter, cùm Rex *Euricus* sub finem anni quadringentesimi sexagesimi sexti, occiso fratre suo Rege *Theodorico* II. in Hispania regnare cœperit, ejus mors illigari debet anno quadringentesimo octuagesimo quinto.

Alaricus successit patri suo Regi *Eurico* anno quadringentesimo octuagesimo quinto. Instituit anno quingentesimo sexto Romanarum Legum Collectionem, quibus Romani sibi subditi inter se disceptarent. Hæ autem Romanæ Leges potissimum desumptæ sunt ex Codice Theodosiano, tum ex Gregoriano, Hermogeniano, *Pauli* Sententiis, *Caji* Institutis, atque ex Novellarum Corpore. Hic Romanarum Legum Codex, qui vulgo *Breviarium Aniani* audit, publicatus est *tertio Nonas Februarii anno vigesimo secundo. Tolosæ, regnante Alarico Rege*, id est, anno Christi quingentesimo sexto. De eo Codice legendus est *Gothofredus* in Prolegomenis Codicis Theodosiani cap. 5. Bellum contra *Clodoveum*, Francorum Regem, anno sequenti, seu quingentesimo septimo movit Rex *Alaricus*, qui tamen in pugna eodem anno ad campos Vogladenses, à civitate Pictaviensi tribus leucis dissitos, datâ, à Rege *Clodoveo* victus & occisus est, postquàm regnâsset annos viginti tres. Eodem anno quingentesimo septimo Rex Francorum *Clodoveus* Turonos, Pictavum, Burdigalam cepit, & *Theodoricus*, ejus filius, Cadurcos, Albigenses, Rutenos, Arvernos subegit, & Franciam usque ad Occidentalem Burgundiæ limitem propagavit, Gothis in illa Regione ne Oppido quidem relicto, sicque Regnum Gothorum, seu Visigothorum, in Galliis, dictum Tolosanum, omninò destructum est.

Giselichus, seu *Gesalicus*, post pugnam Vogladensem, *Alarico*, patri suo, successit in Regno Gothorum, seu Visigothorum anno quingentesimo septimo, sed, ut ait *S. Isidorus* in Chronico Gothorum, cum multo sui dedecore anno sequenti, seu quingentesimo octavo à *Theodorico*, Rege Italiæ,

Italiæ, fuit Regno privatus, & in Africam profectus Vandalnrum ſuffragia petiturus, quò in Regnum ſuum poſſet reſtitui; ſed cùm poſtulatum non impetraret auxilium, mox ex Africa rediens, ob metum *Theodorici*, Regis Italiæ, Aquitaniam petiit, ibique uno anno deliteſcens, in Hiſpaniam reverſus eſt, ubi ab *Ebbave*, Regio *Theodorici* Duce, duodecimo à Barcinone Urbe milliario, commiſſo prælio in fugam verſus eſt, captuſque trans flumen Druenticum Galliarum interiit, ſicque prius honorem, poſteà vitam amiſit, anno quingenteſimo undecimo, cum regnaſſet annis quatuor, ſicut ſeribit idem *Sanctus Iſidorus* in Chronico Gothorum.

Theodoricus, Rex Italiæ, occiſo Rege *Giſelicho*, ſeu *Geſalico*, tutelam *Amalarici*, ſui ex *Teudetuſa* filia nepotis, ſuſcepit, & ad illum Hiſpaniarum Regnum tranſtulit, quod tamen ipſe, ſeu Thendoricus, Rex Italiæ, quindecim annos adminiſtravit, hoc eſt, ab anno quingenteſimo undecimo, quo Rex *Giſelicbus* peremptus eſt, uſque ad annum quingenteſimum vigeſimum ſextum, quo ipſe Rex Theodoricus mortalitatem explevit.

Amalaricus, poſt mortem avunculi ſui *Theodorici*, Hiſpaniarum Regno potitus eſt. Matrimonium iniit cum *Clotilde*, Regis Francorum *Childeberti* ſorore, quæ tamen cum multas à Rege *Amalarico*, viro ſuo, inſidias, propter Fidem Catholicam, quam profitebatur, pateretur; *Childebertus*, ejus frater, Francorum Rex, exercitum movit in Hiſpaniam, quod ſtatim ac Rex *Amalaricus* accepiſſet, conſcenſa navi abire cupit, exceſſit, evaſit, cumque fugeret, occiſus eſt in Septimania, ſeu in Gallia Narbonenſi, anno quingenteſimo trigeſimo primo, poſtquam regnaſſet annis quinque.

Theudes, ſucceſſit Regi *Amalarico* anno quingenteſimo trigeſimo primo, & quamvis Hæreticus Arianus eſſet, Catholicos tamen non vexavit, ſed Eccleſiæ pacem conceſſit. Regnavit annos decem & ſeptem, ut ait *Iſidorus* in Chronico Gothorum tam editione *Grotii*, quam *Labbei*, & è vivis ſublatus eſt anno quingenreſimo quadrageſimo octavo.

Theudiſclus, ſeu *Thaudegeſillus*, ſucceſſit Regi *Theudi*, ſed poſtquam uno anno regnaſſet, inter epulas jugulatus eſt anno quingenteſimo quadrageſimo nono.

Agila in locum demortui Regis *Theudiſcli*, ſeu *Thaudegeſilli* ſuffectus eſt anno quingenteſimo quadrageſimo nono, Catholicæ Religionis fuit infenſiſſimus hoſtis, eamque ludibrio habuit, ſicut in Chronico Gothorum teſtatur *Iſidorus*, qui ſubdit, Regem *Agilam* annos quinque regnaſſe, ac ſubinde fuiſſe occiſum anno quingenteſimo quinquageſimo quarto.

Athanagildus, occiſo Rege *Agila*, Hiſpaniarum Regno à Gothis, ſeu Wiſigothis præfectus eſt anno quingenteſimo quinquageſimo quarto. Catholicam fidem teſte *Iſidoro* in Chronico Gothorum, occultè tenuit, & Catholicis valdè benevolus fuit, Regnavit annis quatuordecim, & obiit anno quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo.

Liuva, hujus nominis *I.* Hiſpaniarum Regnum obtinuit anno quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo, ſed anno ſecundo Regni ſui, ſicut ait *Iſidorus* in Chronico Gothorum, *Leovigildum*, ſeu *Leuvigildum*, fratrem ſuum, Hiſpaniarum Regno præfecit; ipſe verò ditiones, quas Gothi, ſeu Wiſigothi in Gallia poſſidebant, videlicet *Septimaniam*, quæ dicitur *Gallia Narbonenſis*, ſibi reſervavit, ſicque duobus tantùm annis in Hiſpania regnavit.

Leovigildus, ſeu *Leuvigildus*, anno quingenteſimo ſexageſimo nono Hiſpaniæ Regno à ſuo fratre *Liuva* præfectus, eodem anno regnare cœpit. Regnum Suevorum, quod anno quadringenteſimo nono in Hiſpania cœperat, & per centum & ſeptuaginta ſeptem annos permanſerat, ſicut ſcribit *Iſidorus* in Chronico Gothorum, Rex *Leovigildus* anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo quinto omninò deſtruxit, & ad Gothos tranſtulit, Hæreſi Arianæ cùm eſſet addictiſſimus, *Hermenigildum*, filium ſuum natu majorem, in carcerem conjecit, ibidemque necari juſſit eo ſolo nomine, quod *Hermenigildus*, Catholicæ Religionis cultor, è manu Epiſcopi Ariani, ad ſe à patre *Leovigildo* miſſi, ſacrilegæ conſecrationis communionem percipere noluiſſet, ſicut ſcribit *Sanctus Gregorius Magnus* Papa lib. 3. Dialog. cap. 31. Obiit *Leovigildus* Rex anno quingenteſimo octogeſimo ſexto, Regni ſui decimo octavo, ſicut ſolidè probat *Antonius Pagius* in ſua *Critica* ad annum DLXXXV. tam contra *Carolum Cointium* in Annalibus Francorum ad annum DLXXXVII. & *Bollandum* ad diem XIII. Martii in Commentario Hiſtorico ad vitam *Sanct. Leandri*, Epiſcopi Hiſpalenſis, qui mortem *Leovigildi* Regis ad annum DLXXXVII. referendam eſſe arbitrantur, quàm contra *Baronium*, qui anteà in ſuis Annalibus mortem *Leovigildi* Regis cum anno quingenteſimo octuageſimo quinto conjunxerat, ſed poſtea in Appendice Tomi XII. & in Editione Colonienſi mortem ejuſdem Regis *Leovigildi* ad annum quingenteſimum nonageſimum primum referendam eſſe monuit, quam poſteriorem *Baronii* ſententiam *Henricus Spondanus*, in Epitome Annalium *Baronii* per Imperatoris *Mauricii* tempora ſecutus, non parum Chronologiam turbavit. Standum igitur eſt ſententiæ *Antonii Pagii*, aſſerentis mortem Regis *Leovigildi* incidiſſe in annum DLXXXVI. non verò in annum DLXXXV. vel in an. DLXXXVII. aut in annum DXCI. ſicut laudatis Scriptoribus per errorem obrepſit. Porrò, hic *Leovigildus* ultimus fuit Hiſpaniæ Regum Gothorum, ſeu Wiſigothorum, qui Ariana Hæreſi fuerunt infecti; Cæteri verò, qui poſt *Leovigildum* in Hiſpania regnarunt Gothi, ſeu Wiſigothi, & quorum continuam ſeriem hic deſcribemus, Catholicam Religionem profeſſi ſunt.

..*.*

SERIES

Regum Hispaniæ Gothorum,

Seu Wisigothorum, qui, post Leovigildum *Regem Arianum, Catholicam Fidem professi sunt.*

RECCAREDUS, filius *Leovigildi*, Regom Wisigothorum Arianorum in Hispania ultimi, & *S. Hermenigildi* Martyris, jussu patris sui Regis *Leovigildi*, ob Fidem Catholicam occisi, frater, in Hispaniarum Regnum patri suo *Leovigildo* successit anno quingentesimo octogesimo sexto. Arianam Hæresim, quam antea Gothorum Reges in Hispania longè latèque propagaverant, palam ejuravit, primusque fuit Gothorum, seu Wisigothorom in Hispania Rex Catholicus, qoi Gothos & Suevos ad fidem Catholicam adduxit anno quarto Regni sui, id est, anno Christi quingentesimo octuagesimo nono, sicut facile colligitur ex Concilio Toletano III. qood omnium Conciliorum Nationalium, quotqoot in Hispania fuerunt, celeberrimum, eodem anno celebratum est, & ex Homilia, quam in eodem Concilio *S. Leander*, Hispalensis Archiepiscopus, habuit in laudem Ecclesiæ ob conversionem Gothorum gentis. Regnum Gothorum in Hispania florentissimum reddidit *Reccaredus* Rex, & postquàm sapientissimè regnasset annos quindecim, mensem unum, & dies decem, obiit anno sexcentesimo primo.

Liuba (qui tamen *Liuva* bujus nominis II. dicendus est) in Regnum Hispaniarum successit patri suo *Reccaredo* enno sexcentesimo primo, eique baud impar in Regni moderandis habenis futurus fuisset, nisi *Witericus*, arrepta tyrannide, eum innocuum anno ætatis suæ vigesimo secundo Regno dejecisset; atque præcisa dextra occidisset, ut ait *S. Isidorus* in Chronico Gothorum. Regnavit *Liuva* hujus nominis II. annis tantum duobus, teste eodem *S. Isidoro*, & interfectus est anno sexcentesimo tertio.

Witericus, Regis *Liuva* parricida, Hispaniarum Regoum occupavit anno sexcentesimo tertio. Plurima illicita fecit, sicut ait *Sanctus Isidorus* in Chronico, cumque fama vulgasset, eum velle in Hispaniarom Regnum Arianam revocare Hæresim, conjuratione quorumdam inter epulas occisus est anno sexcentesimo decimo, eum regnasset annos septem.

Gundemarus in Hispaniarum Regno *Witericum* excepit anno sexcentesimo decimo, eodemque anno euravit, ut Concilium Toletanum, oumero III. ab eo tempore, quo *Reccaredus* Rex Catholicam Fidem amplexus est, celebraretur, & in eo statueretor, ut Sedes Toletana Primatus ac Dignitatis Metropolitanæ honore, juribus ac privilegiis potiretur, non in Carpetiana solùm, sed in tota Provincia Carthaginensi. Regnavit *Gundemarus* annis duntaxat duobus, & obiit, nulla relicta prole, anno sexcentesimo duodecimo.

Sisebutus, suffectus est in locum *Gundemari* anno sexcentesimo duodecimo. Fidem Catholicem latè in in suo Regno propagavit, duasque leges, quæ extant in Gothorum legum volumine, promolgavit, quibos Judæos sibi subditos Fidem Catholicam amplecti jussit. Eo regnante, Syoodus Hispalensis secunda habita est pro Ecclesiasticis negotiis, & contra *Acephalos*, negantes duas in Christo Naturas in una Divina Persona. De Romanis bis triumphasse Regem *Sisebutum*, & quasdam eorum Urbes pugnaodo sibi subjecisse, testatur *S. Isidorus* in Chronico Gothorum, ubi etiam ait *Sisebutum* regnasse annis octo, mensibus sex, ac subinde in vivis esse desiisse anno sexcentesimo vigesimo.

Reccaredus hujus nominis II. parvulus filius *Sisebuti Regis*, Patri successit; sed ei paucis mensibus superstes fuit. *Isidorus Pacensis* ei tres menses assignat. *Wlsa* in Chronico *quatuor annos*, loco mensium qoatuor, à Typographo exaratos. *Rodericus* verò Toletanos lib. 2. cap. 17. *Historia Hispanica* ait, Regem *Reccaredum* II. *post patris obitum Principem fuisse paucorum dierum, id est, septem mensium*, per quos regnavit, & obiit anno sexcentesimo vigesimo primo.

Suinthila, è vivis sublato Rege *Reccaredo* II. Procerum suffragiis Regnum Hispaniarum adeptus est anno DCXXI. Sed à *Sisenando* anno sexcentesimo trigesimo, facta adversus eum coojuratione, omnis Gothorum exercitus sese *Sisenandi*, cui *Dagobertus* Fraocorum Rex, ducto in Hispaniam exercitu, suppetias tulerat, ditioni & arbitrio subjecit, & anno sequenti, seu sexcentesimo primo, è solio dejectus est, postquam regnasset annos decem.

Sisenandus, pòst deturbatum è Solio *Suinthilam* Regem, Hispaniarum Regno potitus est anno sexcentesimo trigesimo primo, & ut Imperium magis confirmaret, euravit anno tertio Regni, ut convocaretur Concilium Nationale Toletanum IV. cui præfuit *Sanctus Isidorus*. Regnavit *Sisenandus* non annos quinque, menses undecim, & dies sex, sicut ei *Wlsa* in Chronico attribuit, sed regnavit annos tres, menses undecim, & dies undecim, sicut ait *Mariana*, & obiit exeunte anno sexcentesimo trigesimo qointo vel ineunte anno sexcentesimo trigesimo sexto.

Chintila, sicot legitur in Nummis, non verò *Cintila*, uri à multis perperam appellatur, post mortem *Sisenandi* Regis suscepit Hispaniarum Regnum, & *Sisenandi* exemplo, novum Episcoporum Conventum habendum curavit, Concilium scilicet Nationale Toletanum V. Regnavit *Chintila* annos tres, menses octo, & dies novem, ut ait *Wlsa* in Cronico, & obiit exunte anno sexcentesimo trigesimo nono, vel ineunte enno sexceotesimo quadragesimo.

Tulga in locum patris *Chintilæ* Regis substitutus est, sed ineunte anno tertio Regni sui, id est, anno sexcentesimo quadragesimo

mo secundo obiit, sicut scribunt *Vasæus* in Chronico, & *Mariana* lib. 6. *Historiæ* Hispaniæ cap. 8. Non desunt tamen alii Scriptores, qui post Abbatem *Sigebertum* in Chronico, & *Fredegarium* etiam in Chronico, asserunt, Regem *Tulgam* propter pueritiæ levitatem fuisse Regno privatum, atque ad Ecclesiasticos Ordines relegatum.

Chindasvintus, post mortem, vel depositionem Regis *Tulga*, collectis plurimis Senatoribus, omnique populo, in Regnum Hispaniarum sublimatus est anno sexcentesimo quadragesimo secundo, & ut Regnum in sua familia hæreditarium faceret, filium suum *Flavium Reccesvintum* Regni consortem declaravit anno sexcentesimo quadragesimo nono, ac subinde regnavit solus annos sex, menses octo, dies viginti. Vixit tamen, postquam filium suum *Reccesvintum* Regni consortem declarasset, annos tres, menses quatuor, dies undecim. At illud Tempus in *Reccesvinti* Regno numeratur, eò quòd ob præcipitem atque affectam patris sui *Chindasvinti* ætatem, solus *Reccesvintus* summâ rerum potiretur, & Regnum pro suo arbitrio gubernaret.

Reccesvintus regnare cœpit anno sexcentesimo quadragesimo nono, quo à patre suo *Chindasvinto* consors Regni fuit declaratus. Bello, paceque clarissimus regnavit annis viginti tribus, mensibus septem, diebus undecim, sumpto videlicet Regni ejus exordio ab anno sexcentesimo quadragesimo nono, obiitque anno sexcentesimo septuagesimo secundo, nullamque superstitem prolem reliquit.

Wamba, sicut in Nummis, & Rerum Gothicarum libris vocatur, non *Bamba*, ut à *Roderico*, *Vasæo*, aliisque quibusdam Historicis Hispanis appellatur, Procerum suffragio, invitus tamen, Hispaniarum Regnum post mortem *Reccesvinti* Regis suscepit, & postquam summa cum prudentia annis octo, mense uno, diebus quatuordecim regnasset, anno sexcentesimo octogesimo spoliatus est Regno malis artibus *Hervigii*, qui ei venenum propinavit, quo hausto, eum animam Rex *Wamba* agere videretur, detonsus, Monachi habitum induit, quem postea, recuperata licet pristina valetudine, dimittere noluit.

Ervigius, anno sexcentesimo octogesimo Regi *Wamba*, cui venenum propinaverat, successit, & Hispaniarum Regnum, etsi malis artibus quæsitum, rectè tamen administravit. *Egicam*, arctâ cognatione cum defuncto Rege *Wamba* conjunctum, adoptavit generum suum, eique filiam suam *Cixilonem*, conjugem dedit. Regnavit *Ervigius* annis septem, diebus viginti quinque, & mortuus est anno sexcentesimo octogesimo septimo.

Egica, post mortem Soceri sui Regis *Ervigii*, Regnum Hispaniarum adeptus est anno sexcentesimo octogesimo septimo. *Cixilonem*, uxorem suam, & Regis *Ervigii* filiam, ex qua *VVitizam* filium susceperat, in odium Regis *Ervigis* repudiavit, & de Proceribus, quorum consiliis, & opera Rex *VVamba* è solio dejectus fuerat, supplicium sumpsit. Regnavit *Egica* annos quindecim, nempè annos decem solus, & alios quinque annos cum filio suo *VVitiza*, obiitque anno septingentesimo primo.

VVitiza, successit patri suo *Egica* anno septingentesimo primo, sed cùm esset moribus depravatus, regnum suum omnium turpitudinum maculis, crudelitate & impietate deformavit. E vivis excessit anno septingentesimo decimo, cùm regnâsset annos decem. Reliquit duos filios *Ebam*, & *Sisebutum*, qui tamen à Regno fuerunt exclusi.

Rudericus, sicut in Nummis appellatur, non verò *Rodericus*, mortuo *Witiza*, Hispaniæ Regnum suscepit anno septingentesimo decimo, sed anno sequenti à Saracenis, in Hispanias irrumpentibus, victos & occisus est. Hic transitus, seu in Hispanias Saracenorum irruptio, quæ contigit anno septingentesimo undecimo, quæque Hispanias miserum in modum funestavit, vastavit, ac dilaceravit, jure optimo adscribitur effræni libidini Regis *Ruderici*, qui non solùm culpâ suâ Regnum ac vitam perdidit, sed etiam Gothicam Majestatem in Hispaniarum Regno valdè labefactavit, & tantùm non extinxit.

Pelagius, genere Gothus, post irruptionem Saracenorum, seu Maurorum in Hispanias, in montibus Asturicis unà cum aliis Gothis degens, contra Saracenos, seu Mauros, supremum in Hispaniis dominium obtinentes, rebellavit anno septingentesimo duodecimo, ac tandem Asturiarum Rex fuit proclamatus anno septingentesimo decimo octavo. Multos Christianus, metu Saracenorum latitantes, ad strenuè pro salute patriæ dimicandum adhortatus, adeò sibi obnoxios fecit, ut illorum ope non solum parvum Asturiarum Regnum ampliaverit, sed etiam illustres de Saracenis victorias reportaverit, & *Legionem*, aliasque munitissimas Urbes ex eorum servituto ac tyrannide eripuerit, dignus subinde, qui appelletur unicum afflictæ Hispaniæ solatium. Regnavit *Pelagius* annos octodecim, & obiit anno septingentesimo trigesimo sexto.

Favila, filius Regis *Pelagii*, successit patri suo anno septingentesimo trigesimo sexto. Regnavit duobus tantùm annis, nullâ re egregiè gestâ clarus obiit absque prole anno septingentesimo trigesimo octavo.

Alphonsus, gener Regis *Pelagii*, hujus nominis *I.* mortuo *Favila*, fuit Rex salutatus anno septingentesimo trigesimo octavo, atque cognominatus *Catholicus*, quòd multis de Saracenis reportatis victoriis, Templa Catholicorum Saracenicæ superstitionis sordibus conspurcata instaurarit, repurgarit, locupletarit, sacraque supellectili exornarit. Regnavit *Alphonsus I.* annos novemdecim, & moltis virtutibus toto Orbe celebris, vita functus est anno septingentesimo quinquagesimo septimo.

Froila patri suo *Alphonso I.* successit anno septingentesimo quinquagesimo septimo. Mauros, seu Saracenos, ingenti prælio supe-

superavit, Vascones domuit, sed gloriam tot inclytis victoriis partam fœdavit nece, quam intulit fratri suo *Bimarino*, in cujus vindictam à fratre suo *Aurelio* ipsemet trucidatus est anno DCCLXX. cum regnasset annis tredecim. Filium reliquit dictum *Alphonsum Castum*. *Aurelius*, post parricidium fratris sui *Froila*, Regnum adeptus est, eoque regnante, erupit in Hispania *Bellum Servile*, servis videlicet contra Heros suos arma sumentibus. Quod quidem Bellum prudentia Regis mox sopitum est, ut scribit *Vasæus* in Chronico. Regnavit *Aurelius* ab anno septingentesimo septuagesimo usque ad annum septingentesimum septuagesimum quintum, quo è vita migravit.

Silo, gener demortui Regis *Aurelii*, in ejus locum suffectus est anno septingentesimo septuagesimo quinto, sed, cum nullam suspiciendæ prolis spem haberet, otio ac quieti indulsit, summamque rerum penès *Alphonsum*, cognominatum *Castum*, Regis *Froila* filium, reliquit, & postquam regnasset octo annis, vitam cum morte commutavit anno septingentesimo octogesimo tertio.

Mauregatus, filius spurius Regis *Alphonsi primi*, comparatis Saracenorum copiis, Regnum vi occupavit, & quamdiu regnavit, ignominiosum tributum annuum quinquaginta nobilium virginum, & totidem plebejarum Saracenis solvit, juxta pactum quod, ut Regno potiretur, pepigerat cum ipsis. Regnavit autem *Mauregatus* annos sex, & abiit è vivis anno septingentesimo octogesimo nono, seu ineunte anno septingentesimo nonagesimo.

Veremundus, filius *Bimarini*, qui à Rege *Froila*, fratre suo, fuerat occisus, mortuo *Mauregato*, Tyranno, fuit Rex acclamatus, Regnumque tenuit duobus annis, hoc est, usque ad annum septingentesimum nonagesimum primum, quo è vivis raptus est.

Alphonsus hujus nominis *II.* filius Regis *Froilæ*, cognominatus *Castus*, quod à *Bertha*, uxoris suæ, amplexibus perpetuò abstinuerit, regnare cœpit anno septingentesimo nonagesimo primo. Fuit optimus Princeps, suis subditis apprimè charus, exteris formidabilis, de Religione Catholica bene meritus, perpetua rerum gestarum felicitate, bellicis artibus, & victoriis, quas de Mauris, seu Saracenis, Hispanias infestantibus, sæpiùs retulit, celeberrimus. Diù ac feliciter per quinquaginta duos annos regnavit, seu ab anno septingentesimo nonagesimo primo usque ad annum octingentesimum quadragesimum tertium, quo è vita discessit.

Ramirus, filius Regis *Veremundi*, in Procerum Conventu Successor Regni ab *Alphonso II.* Rege, propediem morituro, designatus, Regnum, post illius obitum suscepit anno octingentesimo quadragesimo tertio. Acerrimum Bellum contra Saracenos in Hispania gessit, & conserto cum illis prælio, sexaginta, vel, ut alii dicunt, septuaginta eorum millia internecione delevit anno octingentesimo quadragesimo sexto.

Normannos etiam, numero 52 Classe totam Gallæciæ Oram infestantes, navali pugna devictæ fugavit. Regnavit septem annis, & naturæ debitum solvit anno octingentesimo quinquagesimo.

Ordonius, filius Regis *Ramiri*, patri successit anno octingentesimo quinquagesimo. Princeps fuit suavissimis moribus, miti ac tractabili ingenio præditus, justi ac æqui tenax. Bellum contra Saracenos feliciter, & magna cum sui nominis laude gessit, atque Civitates plurimas, ab eis dirutas instauravit. Obiit anno octingentesimo sexagesimo sexto, cum regnasset annis sexdecim.

Alphonsus hujus nominis *III.* filius Regis *Ordonii*, post obitum patris, Solium conscendit anno octingentesimo sexagesimo sexto, & ob eximias corporis animique dotes, atque præclaros de Mauris, seu Saracenis relatos triumphos, *Magni* cognomen jure optimo consecutus est. Regnavit *Alphonsus Magnus* annos quadraginta quatuor, seu ab anno octingentesimo sexagesimo sexto, usque ad annum nongentesimum decimum, quo sponte Regnum abdicavit, & anno sequenti in vivis esse desiit.

Garsias, filius Regis *Alphonsi III.* post spontaneam patris sui abdicationem, regnare cœpit anno nongentesimo decimo. Militarem Expeditionem contra Mauros in Hispania suscepit, in qua *Ajolam*, ipsorum Regulum, acie victum cepit. Regnavit tribus annis, & obiit anno nongentesimo decimo tertio, nulla relicta prole.

Ordonius hujus nominis *II.* fratri suo *Garsiæ* successit anno nongentesimo decimo tertio, qui Mauros in prælio aggressus, eorum exercitum profligavit. Regnavit annis decem, & mortuus est anno nongentesimo vigesimo tertio.

Froila hujus nominis *II.* frater defuncti Regis *Ordonii II.* Regnum iniit anno nongentesimo vigesimo tertio, Sed nulla domi, militiæve laude clarus, & sola ignavia ac crudelitate notus, uno duntaxat anno regnavit, & fato functus est anno nongentesimo vigesimo quarto.

Alphonsus hujus nominis *IV.* cognomento *Monachus*, & filius Regis *Ordonii II.* in locum demortui Regis *Froilæ II.* substitutus est, qui nec bellica, nec civili virtute cùm esset illustris, & gerendis Regni negotiis omnino impar, honori simul & oneri cessit anno nongentesimo trigesimo primo, postquàm regnasset septem annis, atque post Regni abdicationem Ordini Monastico nomen dedit.

Ramirus hujus nominis *II.* frater Regis *Alphonsi IV.* Regni habenas moderari cœpit anno nongentesimo trigesimo primo, *Alphonsum* hujus nominis *IV.* fratrem suum, qui Regnum ultro abdicaverat, & abjecto Monachi habitu, quem innata animi levitate susceperat, Regium nomen & Insignia resumere volebat, turbasque in Regno excitabat, vinculis constrinxit, atque oculis orbavit. Plures, insignesque Victorias de Mauris reportavit, pieque ex hac vita migravit anno ineunte nongentesimo quin-

quinquagesimo, cùm Regnum annis octodeviginti sapientissimè administrâsset, & multa, dum viveret, extruxisset, dotâssetque Cœnobia.

Ordonius hujus nominis III. filius Regis *Ramiri* II. post mortem patris, Regnum suscepit anno nongentesimo quinquagesimo. *Sanctium*, fratrem suum, qui eum è Solio deturbare moliebatur, in ordinem redegit. Copiis *Ferdinandi*, Castiliæ, seu Castellæ Comitis, adjutus, nonaginta Saracenorum millia ad *Laram* profligavit, cùmque regnâsset annos quinque & menses septem, abiit è vita anno nongentesimo quinquagesimo quinto.

Sanctius, frater Regis *Ordonii* III. & à multo abdomine *Crassus* appellatus, Clavum Regni gubernare cœpit anno nongentesimo quinquagesimo quinto, & expulso *Ordonio* Regni æmulo, qui erat filius *Alphonsi* IV. cognominati *Monachi*, & Hispanatum quondam Regia, pacificè per duodecim annos Regno potitus est, ac tandem anno nongentesimo sexagesimo septimo veneno sublatus est.

Ramirus hujus nominis III. filius Regis *Sanctii*, in ejus locum substitutus est, sed, cùm esset dumtaxat quinquennis, Regni administratio fuit penès *Theresiam*, Matrem, & *Elviram*, Amitam, fœminas prudentiâ singulari, ac multis præclaris dotibus insignes. Regnavit *Ramirus* III. annos octodecim, id est, ab anno nongentesimo sexagesimo septimo usque ad annum nongentesimum octogesimum quintum, quo, juxta accuratiorem *Ambrosii Moralis* calculum, finem vivendi fecit, non verò anno nongentesimo octogesimo secundo, sicut ait *Mariana* lib. 2. Hist. Hisp. cap. 18.

Veremundus hujus nominis II, quem alii Regis *Ramiri* III, patruelem, alii filium fuisse dicunt, regnare cœpit anno nongentesimo octogesimo quinto. Multa gravissima damna passus est à Mauris, qui munitissimas Christianorum civitates, Barcinonem, Legionem, Asturicam, Valentiam occupârunt, & multa Christianorum millia trucidârunt. At, *Veremundus* Rex fœderatus cum *Garsia* III. Navarræ Rege, & cum *Garsia Fernando*, Castiliæ, seu Castellæ Comite, insignem de illis Barbaris victoriam reportavit, eósque ferè omnes ad internecionem usque delevit anno nongentesimo nonagesimo octavo, Regni sui decimo tertio. Non diu post hanc victoriam superstes fuit *Veremundus* Rex, quippe qui mortuus est anno sequenti, seu nongentesimo nonagesimo nono, cùm regnâsset annos quatuordecim.

Alphonsus hujus nominis V. filius Regis *Veremundi* II. in Solio Patris sui collocatus est. Sed cùm esset tantùm quinquennis, minorem ejus ætatem rexit *Melendus*, Gallæciæ Comes, Regnumque eximiâ fide administravit. Bellum contra Saracenos gessit Rex *Alphonsus* V. sed anno millesimo vigesimo septimo in prælio, quod cum illis Barbaris conseruit, occisus est.

Veremundus hujus nominis III. successit

Patri suo Regi *Alphonso* V. Multis cladibus à *Sanctio Majore*, Rege Navarræ, affectos, pacem cum eo pepigit, & *Sanctiam*, Sororem suam, *Ferdinando Magno*, filio *Sanctii Majoris*, dedit uxorem. Sed *Ferdinandus Magnus*, post mortem Patris sui *Sanctii Majoris*, Bellum movit contra Regem *Veremundum*, Sororium suum, & cum eo prælium commisit, in quo Rex *Veremundus* III. occisus est anno millesimo trigesimo septimo, eoque interfecto, *Ferdinandus*, Castiliæ, seu Castellæ Rex, victricibus armis Regna Legionense, & Asturiarum confestim occupavit, illaque cum Regno suo Castiliæ, seu Castellæ univit.

SERIES

Regum Castiliæ, seu Castellæ,

Qui à tempore Ferdinandi, *Regis Castiliæ, a quo, post occisum* Veremundum III. *Legionis & Asturiarum Regem, facta est utriusque Regni, seu Legionensis & Asturiarum unio cum Regno Castiliæ, regnârunt in Hispania usque ad* Philippum V. *qui nunc Hispaniæ Monarchiam feliciter regit.*

FErdinandus Magnus, Rex Castellæ hujus nominis I. post occisum in prælio *Veremundum* III. Legionis & Asturiarum Regem, utrumque Regnum, seu Legionense, & Asturiarum, univit cum Regno Castiliæ, seu Castellæ. Varias Urbes in Lusitania Saracenis eripuit. Toletanum, & Hispalensem Saracenorum Reges fecit vectigales ac tributarios, multisque clarus victoriis obiit anno millesimo sexagesimo quinto, cùm regnâsset annos viginti novem. Moriens Regnum suum trifariam filiis suis divisit. *Sanctio*, natu maximo, dedit Castiliæ, seu Castellæ Regnum; *Alphonso* donavit Regnum Legionis, cum nonnullis Gallæciæ civitatibus; *Garsiæ*, ultimo filio suo, reliquam Gallæciæ partem, & eas Lusitaniæ Ditiones, quas Mauris eripuerat, assignavit.

Sanctius, Castellæ seu Castiliæ Rex, hujus nominis II. filius natu maximus Regis *Ferdinandi*, cœpit post obitum Patris sui regnare anno millesimo sexagesimo quinto, Fœdus cum fratre suo *Alphonso*, Legionis Rege, iniit, simúlque ambo oniti *Garsiam*, fratrem suum, Gallæciæ & Lusitaniæ Regem, Ditionibus spoliârunt, eásque inter se partiti sunt. Nec hac præda contentus *Sanctius*, Castiliæ Rex, fratrem suum *Alphonsum*, Regem Legionis, Bello aggressus est, bis in prælio divicit, captúmque in carcerem conjecit. Regnavit *Sanctius*, Castiliæ Rex, annos septem, & in obsidione Urbis *Zamora* à milite per insidias interfectus est anno MLXXII.

Alphonsus hujus nominis VI. mortuo fratre suo *Sanctio*, Castiliæ Rege, utrumque Ragnum, sau Legionis, & Castiliæ, obtinuit. Sed dominandi libidine abreptus, *Garsiam*, fratrem suum, qui in suum Gallæciæ Regnum restitutus fuerat, dolo captum, denuò in carcerem detrusit, ubi mortuus est anno millesimo nonagesimo; *Alphonsus* verò, ejus frater, Castiliæ & Legionis Rex, post devictos Mauros, qui Hispanias multis cladibus funestabant, migravit è vita anno millesimo centesimo nono, cùm regnâsset ab obitu fratris sui *Sanctii*, Castiliæ Regis, annos triginta septem.

Urraca, filia Regis *Alphonsi* VI. mortuo Patre regnara cœpit anno millasimo centesimo nono, sed postquàm regnâsset annis tradecim, in Legionis Arce obsessa, Regnum *Alphonso*, filio suo, quem ex priori marito, dicto *Raymundo*, Duce Burgundiæ, susceperat, cedere coacta est anno millesimo cantesimo vigesimo secundo.

Alphonsus hujus nominis VII. filius Reginæ *Urraca*, post matris suæ à Regno amotionem, ab omnibus Proceribus ac Magnatibus Rex Legionis & Castellæ, seu Castiliæ, salutatus est anno millesimo centesimo vigasimo secundo. Varias militares Expeditiones contra Mauros suscepit, atqueplureaereptasnobiles ac munitas civitatas in suam potestatem redegit. Mortuus est Rex *Alphonsus* VIII. rediens ex militari Expeditione contra Mauros anno millesimo centasimo quinquagesimo saptimo. Moriens dedit filio suu *Sanctre*, natu majori, Castiliæ Regnum, & *Fernando*, sau *Ferdinando*, alteri filio suo, Regnum Legionis donavit.

Sanctius hujus nominis III. filius Regis *Alphonsi* VII. post obitum Patris sui, Regnum Castellæ gubernara cœpit anno millesimo centesimo quinquagesimo septimo. Sed, cùm regnâsset uno dumtaxat anno, obiit aono millesimo centesimo quinquagesimo octavo, dum sa accingeret ad bellum, quod in Mauros, Bæticam infestantes, parabat. *Ferdinandus* verò, ejus fratet, Legionis Rex hujus nominis II. postquàm unum & triginta annos regnâsset, migravit è vita anno millesimo centesimo octogesimo octavo.

Alphonsus VIII. quem alii perperàm appellant IX. in Castellæ Regnum Patri suo *Sanctie* III. successit anno millesimo centesimo quinquagesimo octavo. Mauros, seu Saracenos, sæpiùs debellavit, & fœderatus cum Regibus Aragoniæ, Lusitaniæ, & Navarræ, illos Barbaros tantâ strage profligavit, ut ducenta eorum millia cecidisse dicantur. Regnavit *Alphonsus* VIII. in Castiliæ Regno annos quinquaginta quinque, & obiit anno ineunta millesimo ducentesimo decimo quarto. In Regno autem Legionis, post mortem *Ferdinandi* II. Legionis Regis, qui, ut mox diximus, mortuus est anno millesimo centesimo octogesimo octavo, regnare cœpit *Alphonsus* IX. filius *Ferdinandi* II. Legionis Regis.

Fuit *Alphonsus* IX. Legionis Rex, pius ac strenuus, sicut testatur *Rodericus* Toletanus Archiepiscopus. *Theresiam*, filiam *Sanctii*, Lusitaniæ Regis, sibi connubio junxerat, quam tamen jussu *Innocentii* III. Summi Pontificis, ob consanguinitatis impedimentum, repudiavit, & nuptias iniit cum *Berengaria*, *Alphonsi* VIII. Castellæ Regis, filiâ, ex qua filium suscepit, dictum *Ferdinandum*. Regnavit *Alphonsus* IX. Rex Legionis annos quadraginta tres, & è vita discessit anno millesimo ducentesimo trigesimo primo.

Henricus hujus nominis *Primus*, filius *Alphonsi* VIII. Castellæ, seu Castiliæ Regis, Patri suo in Regnum Castiliæ successit anno millesimo ducentesimo decimo quarto, sed cùm esset annorum tantùm undecim, regnavit sub tutela & institutione Sororis suæ *Berengariæ*, conjugis *Alphonsi* IX. Legionis Regis. At dum Palentiæ in ædibus Episcopi luderet, coctilaris vulnus accepit in capite, & ex eo è vita migravit, die post acceptum vulnus decimo, anno ineunte tertio Regni sui, seu anno millesimo ducentesimo daeimo septimo.

Ferdinandus hujus nominis III. filius *Alphonsi* IX. Legionis Regis, & *Berengaria*, ejus Conjugis, suffectus est in locum demortui *Henrici Primi*, Castiliæ Regis, anno millesimo ducentesimo decimo septimo, Utroque Regno, Castellæ videlicèt & Legionis, potitus ast, & omnibus Hispaniæ finibus Mauros, seu Saracenos procul abegit, præter *Granatam*, cujus tamen Regem tributarium fecit, magnâ ubique Barbarorum editâ strage. *Ferdinandus* III. Regnum Castiliæ per annos triginta quinque gubernavit, id est, ab anno millesimo ducentesimo decimo saptimo, quo Rex *Henricus Primus* Castiliæ Rex mortuus est, usque ad annum millesimum ducentesimum quinquagesimum secundum, quo ipse in vivis essa desiit. Regno autem Legionis præfuit *Ferdinandus* III. annis viginti duobus, seu ab anno millesimo ducentesimo primo, quo, ut superiùs diximus, ipsius pater *Alphonsus* IX. Legionis Rex defunctus est, usque ad annum millesimum ducentesimum quinquagesimum secundum, quo *Ferdinandus* III. utriusque Regni, Castiliæ, & Legionis Rex, finem vivendi fecit.

Alphonsus X. Regis *Ferdinandi* III. filius, successit Patri suo anno millesimo ducentesimo quinquagasimo secundo. Cognominatus fuit *Sapiens*, eò quòd in Astronomia, seu Syderum scientiâ adeò excelluit, ut Tabulæ Astronomicæ, quæ etiamnum extant, ab ipso dictæ sint *Alphonsinæ*. Variantibus in electiona Imperatoris Occidentis suffragiis, Imperium Regi *Alphonso* delatum fuerat, sad nunquam inauguratus est Imperator, immò, sub *Gregorio X.* Pontifice Maximo, omni ad Imperium jure cedere coactus est. Regnavit annis triginta duobus, & per summam perfidiam à filio suo *Sanctio* fuit è Regno dejectus anno millesimo ducentesimo octogesimo quarto.

Sanctius

Sanctius hujus nominis *IV.* eodem anno, quo Regem *Alphonsum X.* Patrem suum, Regno spoliavit, Hispaniarum Rex fuit salutatus. Eum egregiè callidum, sagacem ac crudelem extitisse, testetur *Mariana.* Certè, illum infamiæ numquàm delendæ notam incurrisse, dum patrem suum *Alphonsum X.* Regno privavit, nullus inficias ire potest. Regnavit *Sanctius* annos undecim, hoc est, ab anno millesimo ducentesimo octogesimo quarto, quo patrem suum Regno abdicavit, usque ad annum millesimum ducentesimum nonagesimum quintum, quo ipse inter vivos esse desiit.

Ferdinandus hujus nominis *IV.* filius Regis *Sanctii IV.* Patri suo successit anno millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, sed illius junior ætas (erat quippè annos dumtaxat novem natus) multis tam civilibus, quàm externis bellis locum dedit. Consiliis tamen & prudentiâ matris suæ *Mariæ* adjutus omnes turbas, è Regni Principibus excitatas, composuit, solium suum firmavit, & per octodecim circiter annos regnavit, id est, ab anno millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, usque ad annum millesimum trecentesimum duodecimum.

Alphonsus hujus nominis *XI.* filius Regis *Ferdinandi IV.* anno millesimo trecentesimo duodecimo successit Patri suo adhùc puerulus, utpotè natus annum dumtaxat unum & dies sex. Regni administrationem anno decimo quinto ætatis suæ suscepit *Alphonsus XI.* Mauros sæpiùs expugnavit, sed præcipuè victoriam insignem de illis reportavit anno millesimo trecentesimo quadragesimo. Regnavit *Alphonsus Undecimus* annos triginta octo, & pestis contagione afflatus occubuit anno millesimo trecentesimo quinquagesimo.

Petrus, filius *Alphonsi XI.* ex *Maria*, Lusitaniæ Regis filiâ, legitimâ *Alphonsi XI.* conjuge, procreatus, Patris sui Regnum obtinuit anno millesimo trecentesimo quinquagesimo. Fuit jure optimo *Crudelis* appellatus, non solùm quia *Blancam*, filiam *Joannis* Ducis *Borbonii*, quam sibi legitimo matrimonio copulaverat, veneno sustulit è medio, pluresque viros Principes ferro peremit, sed etiam, quia per summam immanitatem trucidari jussit tres fratres suos, *Fridericum* videlicèt, *Petrum*, & *Didacum*, quos Rex *Alphonsus XI.* ipsius pater, susceperat ex *Leonora Gusmania*, quam idem Rex *Petrus*, dictus *Crudelis*, initio Regni sui occidit. Hinc tres alii adhùc superstites *Leonora Gusmaniæ* filii, videlicèt *Henricus*, *Sanctius*, & *Telles*, mortem matris suæ, fratrumque ulturi, bellum contra Regem *Petrum Crudelem* moverunt, quorum primus, seu *Henricus*, commisso prælio, Regem *Petrum*, dictum *Crudelem*, vicit, cepit, captumque stricto gladio confodit anno millesimo trecentesimo sexagesimo nono, Regni verò *Petri Crudelis* decimo nono.

Henricus hujus nominis *II.* filius Regis *Alphonsi XI.* & *Leonora Gusmania* (è cujus prosapia Hispaniarum Regum feracissimâ, genus suum duxit Sanctissimus Patriarcha noster DOMINICUS) occiso Rege *Petro Crudeli*, Hispaniarum Regno, nemine reclamante, potitus est, illudque sapienter rexit ab anno millesimo trecentesimo sexagesimo nono, quo Regem *Petrum Crudelem* interfecit, usque ad annum millesimum trecentesimum septuagesimum nonum, quo è vivis excessit.

Joannes hujus nominis *I.* filius Regis *Henrici II.* in Regnum Hispaniæ Patri suo successit anno millesimo trecentesimo septuagesimo nono. Bellum cum Lusitanis, & Anglis gessit, ac tandem feliciter composuit. Comitia totius Hispaniarum Regni ad extirpandos complures abusus, qui jamdudum in eo serpebant, convocavit anno millesimo trecentesimo nonagesimo, cùmque, post celebrata illa Comitia venisset Complutum, & equum, quo vehebatur, calcaribus nimiùm incitâsset, ex equo præcipitatus, confestim efflavit animam eodem anno, seu millesimo trecentesimo nonagesimo, postquàm rexisset annos duodecim.

Henricus hujus nominis *III.* post obitum Regis *Joannis I.* Patris sui, Hispaniarum Rex fuit acclamatus, sed, cùm esset annorum dumtaxat undecim, ei, donec adolesceret, ad procurandam Regni administrationem dati sunt Tutores, qui tamen, ob eorum inter ipsos æmulationem, res in Hispaniis in minori Regis ætate haud parùm turbarunt, Regnumque in maximum discrimen adduxerunt. Dissensionibus tandem compositis, Rex *Henricus III.* annos quatuordecim natus, Regni Hispaniarum administrationem suscepit. Sed cùm sæpiùs adversâ valetudine uteretur, & eam ob rem *Valetudinarius* vulgò appellaretur, mortuus est anno millesimo quadringentesimo septimo, cùm regnâsset annos septemdecim.

Joannes hujus nominis *II.* mortuo Patre suo Rege *Henrico III.* acclamatus est Hispaniæ Rex anno millesimo quadringentesimo septimo, sed cùm esset tantùm bimulus, & gerendis Regni negotiis impar, administrationem Regni *Catharina*, ejus mater, & *Ferdinandus*, Rex Aragoniæ, ipsius patruus, susceperunt. Anno ætatis suæ decimo quarto sui juris factus Rex *Joannes II.* Regni gubernacula tenere cœpit, fuitque religiosus & optimus Princeps, Litterarum cultor & amator; Mæcenas Virorum eruditorum, erga suos subditos beneficus, cùmque regnâsset annos quadraginta octo, mortuus est anno millesimo quadringentesimó quinquagesimo quarto.

Henricus hujus nominis *IV.* successit in Regnum Hispaniarum Patri suo *Joanni II.* anno millesimo quadrigentesimo quinquagesimo quarto. Multis vitiis obnoxius fuit, ardenti quidem præditus animo, sed pusillo, atque omnibus turpitudinum maculis deformi. Hinc, quandiù vixit Rex *Henricus IV.* Hispaniarum Regnum extitit

turbulentum, Bellorum Civilium tumultibus, totque graves in Disciplinam Ecclesiæ irrepserunt abusus, ut pauci Hispaniæ Sacerdotes, sicut testatur *Mariana*, Latinè sciront, & ventri, gulæ, atque Simoniæ fervirent. Regnavit *Henricus IV.* annos viginti, & obiit anno millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto.

Ferdinandus hujus nominis *V.* Aragoniæ Rex, qui nuptias inierat cum *Isabella*, sorore *Henrici IV.* Hispaniarum Regis, mortuo eodem Rege *Henrico IV.* absque mascula prole, fuit anno millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto Hispaniarum Rex ecclamatus unà cum conjuge *Isabella*, honestissimis moribus, singulari prudentiâ, & eximiâ animi magnitudine præditâ, ad quam jure hæreditario Castellæ, seu Castiliæ Regnum pertinebat, sicque Castellæ, & Aragoniæ Regna, quæ antehàc erant omnino divisa, in unam Monarchiam coaluerunt. Catholicam Religionem in Hispaniarum Regno latè propagavit Rex *Ferdinandus V.* Sacram Inquisitionem instituendam curavit. Maurorum, seu Saracenorum Imperium, quod septingentis & ampliùs annis in Hispania steterat, stirpitùs eradicevit, extinxit, ac penitùs delevit, nullùmque illius reliquit vestigium. Bellum quoque Africanum feliciter & ex animi lententia confecit. Judæos è toto Hispaniarum Regno expulit. *America*, quam *Novum Orbem* dicunt, quamque *Christophorus Columbus* felici navigatione primus detexit, supremum Dominium ab *Alexandro VI.* Pontifice Maximo impetravit. Denique, Rex *Ferdinandus*, qui inter Hispaniæ Reges paucos pares, nullum meritis superiorem habuit, è vita migravit anno millesimo quingentesimo decimo sexto.

Mortuo Rege *Ferdinando*, hujus nominis *V.* Regnum Hispaniarum transiit ad stirpem, seu Progeniem Austriacam. *Philippus* siquidem Austriacus nupsit *Joannæ*, filiæ Hispaniarum Regis *Ferdinandi V.* & ejus conjugis *Isabellæ*, cùmque Rex *Ferdinandus* nullam prolem masculam haberet, Hispaniarum Regni legitimus Hæres designatus est *Philippus* Austriacus; ideoque dictus *Philippus* hujus nominis *Primus*, qui tamen nunquam fuit Hispaniarum Rex, sed tantùm Dux Brabantiæ, & mortuus est anno millesimo quingentesimo sexto, ac subindè per decem annos ei superstes fuit *Ferdinandus V.* Hispaniarum Rex, ipsius Socer, qui, ut mox diximus, vitam protraxit usque ad annum millesimum quingentesimum decimum sextum.

Carolus inter Reges Hispaniæ hujus nominis *I.* sed inter Imperatores *V.* filius *Philippi* Austriaci ex *Joanna*, Hispaniarum Regis *Ferdinandi* & *Isabellæ* filiâ, mortuo Avo suo *Ferdinando V.* Regnum Hispaniarum obtinuit anno millesimo quingentesimo decimo sexto, & Francofordiæ anno millesimo quingentesimo decimo nono electus est Occidentis Imperator. Bellum contra *Solimanum*, Turcarum Imperatorem, gessit, & contra Hæreticos Lutheranos in Germania, quos in Bello, quod dictum est *Smalcaldicum*, in ordinem redegit, sed illis Hæreticis posteà plus æquo favit, dum promulgavit funestum Edictum, *Interim* appellatum, quod ab Ecclesia fuit confestim reprobatum. *Clementi VII.* Pontifici Maximo, qui fœdus cum Gallis pepigerat, haud parvum facessivit negotium, & cum *Francisco I.* Galliarum Rege, perpetuas aluit simultates, totóque fermè Regni sui tempore cruentum cum ipso bellum fovit, & universa Europa cum gravissimo Ecclesiæ Catholicæ damno accendit. Tandem, sub finem vitæ suæ, seu anno millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, Hispaniarum Regnum filio suo *Philippo* hujus nominis *II.* admonistrandum reliquit, postquàm ipse in Hispania regnâsset annos triginta novem, atque elapso triennio post suam Hispaniarum Regni abdicationem, rebus divinis unicè vacans, ac bonis operibus intentus, piè ex hac vita discessit anno millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo.

Philippus hujus nominis *II.* filius *Caroli*, inter Reges Hispaniæ hujus nominis *Primi*, inter Imperatores verò *Quinti*, post liberam Hispaniarum Regni cessionem, sibi à patre suo *Carolo* anno millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto factam, regnare cœpit. Gravissimum ac diuturnum Bellum in Belgio contra Hæreticos aggressus est, quod tamen feliciter non confecit, & aliis bellis, maximè contra *Henricum III.* Galliarum Regem, implicitus, in causâ fuit, cur Batavi, excusso Hispanico Dominio, in Rempublicam coaluerint, quæ etiamnùm, excluso Religionis Catholicæ cultu, Fœderatorum Ordinum authoritate gubernatur. Regni sui amplificandi percupidus Rex *Philippus II.* Regnum Lusitaniæ occupavit, sed ingentem Classem, quam ad invadendum Angliæ Regnum miserat, partim ab Anglis dissipatam, partim tempestatibus & naufragiis quassatam, in Hispanias redeuntem, dedecoris & ignominiæ plenam conspexit. *Carolum*, filium suum Primogenitum, in carcerem conjecit, ibique eum & Regnô & vitâ privavit. Per annos quadraginta tresnon minùs feliciter, quàm sapienter regnavit *Philippus II.* & obiit anno millesimo quingentesimo nonagesimo octavo.

Philippus III. post obitum Patris sui Regis *Philippi II.* Regnum Hispaniarum anno millesimo quingentesimo nonagesimo octavo gubernare cœpit, &, ut illud à continuis Maurorum, seu Saracenorum machinationibus liberaret, Edictum promulgavit, quo omnes Mauros è toto Hispaniarum Regno expulit, expulsorúmque numerus fuisse dicitur noviès centenorum millium. Regnavit *Philippus III.* annos viginti tres, & viam universæ carnis ingressus est anno millesimo sexcentesimo vigesimo primo.

Philippus IV. successit Patri suo Regi *Philippo III.* anno millesimo sexcentesimo vigesimo primo. Multa Bella cum *Ludovico*

vico XIII. & *Ludovico XIV.* Galliarum Regibus, gessit, eoque regnante, Lusitani ab Hispanico Domino recesserunt, sibique Regem *Joannem*, Bragantiæ Ducem, elegerunt. Catelani quoque, Castillianum Imperium ægrè ferentes in apertam rebellionem eruperunt, parumque absuit, quin Rex *Philippus IV.* Regnum Neapolitanum emitteret occasione seditionis, quæ Neapoli excitata est à vili quodam homuncione, hujus Urbis *Piscario*, qui *Thomas Anellus*, vulgò *Mezaniel* appellabatur. Regnevit *Philippus IV.* annos quadreginta quatuor, & mortuus est anno millesimo sexcentesimo sexegesimo quinto.

Carolus hujus nominis *II.* mortuo patre *Philippo IV.* fuit Hispaniarum Rex acclamatus, sed cùm ob ætatem (erat enim tantùm quadriennis) tractando Sceptro imper esset, Regni Hispaniorum administratio Reginæ, ejus Matri, *Marianna*, ex Testamento *Philippi IV.* demandata ac concredita est. Plura eum *Ludovico XIV.* Bella gessit *Carolus II.* eoque regnante contigit rebellio Messonensium, qui à fide, seu obsequio, & Dominio Hispaniarum Regis deficientes, sese Christianissimo Regi *Ludovico XIV.* dediderunt, quos tamen idem Christianissimus Rex, pertæsus tot dispendiorum, quæ in Messanensibus elendis ac protegendis sustinere cogebatur, illos tandem deseruit, & propriis fatis reliquit. Nullam prolem suscepit Rex *Carolus II.* & in Testamento, quod ante mortem condidit, Successorem suum in Regnum Hispaniæ instituit ac designavit *Philippum Borbonium*, Ducem Andegavensem, ex tribus *Ludovici*, Galliarum Delphini, filiis secundum. Regnavit *Carolus II.* eximiâ pietate præditus, annos triginta quinque, & obiit die primê mensis Novembris anni millesimi septingentesimi.

Philippus hujus nominis *V.* anteà Dux Andegavensis, è Regia Borboniorum prosapie oriundus, festivis gratulationibus, atque omnium Ordinum conspirante consensu, fuit Hispaniarum Rex acclamatus, salutatus & inauguratus anno millesimo septingentesimo, & adhùc feliciter regnat.

*
* *

OBSERVATIONES

In Tabulam decimam Chronologicam Regum Hispaniæ.

IN primis observare debes, Cardinalem *Josephum de Aguirre* pag. XV. Tom. I. *Collectionis Conciliorum Hispania* exhibere *Gothorum Hispania Regum Chronologiam*, quæ certiùs quàm antehàc, ut testatur idem Cardinalis, constituta ex pluribus Codicibus Conciliorum MSS. & *S. Isidori* lib. De Gothis atque *Wlsa* Chronico, nondum impressis, cum verè multorum nominum orthographiâ ex Numismatis fuit restituta.

Secundò, observare debes cum eodem Cardinali *De Aguirre* Tom. I. *Collectionis Conciliorum Hispania* Dissertatione XV. Excursu tertio, tantam fuisse olim Catholicorum Hispaniæ Regum pietatem in Deum, & in Ecclesiam religionem ac cultum, ut unà cum Optimatibus, seu illustrioribus Viris ad Concilia admitterentur, initio tamen illorum tantùm, atque ibi in terram cum summa humilitate prostrati, commendarent se enixè precibus Patrum, qui & pro illis plures orationes fundebant; quibus absolutis, Reges humo se erigentes, ac stantes, hortabantur Episcopos ipsos, ut ritè ac sanctè in Synodo sese gererent, & ea, quæ sunt divini obsequii, ac Disciplinæ Ecclesiasticæ, præ oculis heberent ac definirent. Hanc Catholicorum Hispaniæ Regum pietatem ac modestiam postquàm descripsit Cardinalis *De Aguirre*, hæc subdit, digna profectò quæ legantur: *Nescio verè*, inquit, *an facilè invenias tale ac tantum humilitatis exemplum in Regibus posteriorum Saculorum, nisi fortè de scelere aliquo pœnitentiam acciperent ab Episcopis in Synodo congregatis, qualiter Ludovico Pio posteà accidisse legitur, & paucis quibusdam aliis. Reges verò Hispania, etiam innoxii, aut nullius sceleris notati, in terram se projiciebant pedibus Episcoporum, solius pietatis & insignis devotionis causâ.* Nec minùs lectu digna sunt ea, quæ scripsit idem doctissimus Cardinalis Excursu III. ejusdem Dissertationis XV. ubi, postquàm in medium protulit *Exhortationem Episcoporum Hispania ad Principem*, quæ dicitur *Via Regia*, quæque sic incipit: *DEUS omnipotens*, *ò Clarissime Rex*, hæc verba verè aurea profert: *Expendant, quaso, DD. Episcopi, & Ministri, ac Consiliarii pracipui, Exhortationem eandem, ut sciant qualiter, & circà quæ debeant admonere Principes suos. Noverint ista ipsis obsequium & consilia exhibere, ut pra omnibus habeatur ob oculos fidele servitium Regis Regum, à quo ipsi Sceptrum, seu Dominium accepere temporaneum; adepturi aut amissuri aternum Regnum pro ratione benè aut malè factorum. - - - Apage voces illas Aulicorum, aut Consiliariorum, vel etiam Scriptorum, adulatione plenas, impias, & viles eorum animi testes*; Rex fœdus iniit, quoniam sic voluit; Bellum hoc justum est, quia suscepit. *Execremur viles illorum animos, qui Principi, nihil non audensi, dicunt*: SI LUBET, LICET. *Non ita Episcopi Hispania, qui tam seriò, tam graviter Reges Hispania officii sui admonebant.*

Deniqoe, observare debes cum eodem Cardinali *De Aguirre* loco mox à me laudato, Reges Hispaniæ, præsertim à tempore Regis *Reccaredi*, qui primus Gothorum Hispaniæ Regum Arianam Hæresim ejuravit, & Catholicam Fidem anno quarto Regni sui, seu anno quingentesimo octuagesimo nono, amplexus est, accepisse in Coronatione sua ab Episcopis unctionem, non qualemcumque, sed solemnem ac Regiam, eosque primos fuisse inter omnes Christianos Reges, qui unctionem Regiam acceperint, quia, inquit eruditus ille Cardinalis, nullus Author antiquus & gravis eorum, qui scripsere usque ad finem Sæculi septimi, quidquam simile refert de aliquo Christiano Rege. Legitur quidem, *Clodoveum* Regem Galliarum (procul dubio *Reccaredo* Hispaniarum Rege antiquiorem) Chrismate de Cœlo misso *ordinatum*, *sacratum*, vel *consecratum* fuisse,

ut scribit *Hormisda* Summus Pontifex in Epistola ad *S. Remigium*, Remensem Episcopum, at hæc Regis *Clodovei* Unctio non fuit Regia, sive ad Coronationem Regis spectans, sed fuit Unctio Sacramentalis, seu ad Baptismum pertinens, sicut *Hormisda* Pontifex declarat in eadem Epistola his verbis: Quem *Sacri dono Baptismi consecrasti.* Præterquàm quod, hanc *Hormisdæ* Papæ ad S. *Remigium*, Remensem Antistitem, Epistolam esse genuinam, non convenit inter Viros eruditos, ut videre est apud Clarissimum *Antonium Pagium* Tomo e. *Critices in Annales Baronii* ed annum DXIV. ubi ait, perdoctum *Sirmondum* Societatis JEsu, nullam prædictæ Epistolæ rationem habuisse, eámque eb illa, quam edidit, Conciliorum Ecclesiæ Gallicanæ Collectione rejecisse. Sed, ut ut sit, certum est, *Hormisdam* Papam in ea Epistola unctionem dumtaxat Sacramentalem, quæ fit in Baptismo, non verò Regiam ac solemnem designate voluisse. Quod quidem confirmari potest testimonio S. *Gregorii*, Episcopi Turonensis, qui sexto inclinante Sæculo floruit, quique, dum agit lib. 2. *Historia Francorum* cap. 31. de Baptismo Regis *Clodovei*, inquit: *Delibutusq; Sacro Chrismate cum Signaculo Crucis Christi.* Nec verò, aut ipse *Gregorius*, Turonensis Episcopus, aut quispiam alius Scriptorum Galliæ, qui vixerunt tempore stirpis Merovingiaoæ, aut paulò post ipsam, meminit unctionis Regiæ, sicut fatentur ipsimet Galli, qui Franciæ Historiam scripserunt, quos inter *Gabriel Daniel*, Societatis JEsu, qui nuper Franciæ Historiam Gallico idiomate concinnavit, Tomo I. agendo de Rege *Pippino*, constanter asserit, unctionem Regiam cœpisse dumtaxat in Gallus in Rege *Pippino*, id est, Sæculo Ecclesiæ octavo. Videns quippe *Pippinus*, se ad Galliarum Regnum jure Successionis hæreditariæ carere, hunc defectum supplere voluit, Regiam unctionem bis accipiendo. Primam unctionem Regiam accepit *Pippinus* à Sancto *Bonifacio*, Archiepiscopo Moguntino & Sedis Apostolicæ Legato, anno septingentesimo quinquagesimo secundo. Alteram unctionem Regiam accepit *Pippinus* à *Stephano*, Papa anno septingentesimo quinquagesimo quarto, sicut testantor Annalistæ Bertinianus, Loiserianus, Metensis, Tilienus, Eginhardus, Regino, & alii. Cæterùm, hæc unctio Regie, seu coronatio nullum jus ad Regnum Galliarum in *Pippino* confirmavit, quia, ut optimè *Antonius Pagius* ad annum DCCLIV. observat, Coronatio tam Summorum Pontificum, quàm Regum, mera cæremonia est, quæ supponit jus, quod habet ille, qui inauguratur, ad Coronam vel Pontificiam, vel Regiam, sive per liberam, sive per hæreditariam successionem acquisitum.

TABULA DECIMA.

In qua exhibetur Series Regum Angliæ.

BRitanniæ Insula, quæ nunc Anglia eppellatur, fuit, post Saxonum in Britanniam Insulam Sæculo Ecclesiæ quinto ingressum, in septem Regna ed octavum usque Ecclesiæ Sæculum divisa, quorum primum erat *Regnum Cantii*, alterum Regnum *Australium Saxonum*, quod ideò dicebatur *Sud - Saxia*; tertium, *Regnum Orientalium Anglorum*, idcircò dictum, *Est-Anglia*; quartum, *Regnum Saxonum Orientalium*, appellatum subinde *Est - Saxia*; quintum, *Mediterraneorum Saxonum*, sive *Merciorum Regnum*; sextum *Northumbrorum* Regnum; Septimum, *Occidentalium Saxonum*, seu *West - Saxia* Regnum. Hæc septem Insulæ Britanniæ, seu Angliæ Regna, quæ sub finem sexti Ecclesiæ Sæculi, promovente *S. Gregorio Magno*, Papâ, sed præsertim Sæculo septimo Christianæ lumine Fidei fuerunt illustrata, suos peculiares, planèque distinctos habuerunt Reges usque ad annum Christi octingentesimum, quo *Egbertus West-Saxiæ*, seu Regni Occidentalium Saxonum Rex, debellavit *Bernulphum*, Merciorum Regem, & *Baltredum*, Cantiorum Regem, eorúmque Regna, aliáque, in quæ tum temporis Britanniæ Insula, seu Anglia, erat divisa, suo *West-Saxiæ*, seu Occidentalium Saxonum Regno adjunxit, adeò ut septem illa Insulæ Britanniæ Regna, quæ hactenùs inter se fuerant omninò distincta, tandem in unam Monarchiam, sub Rege *Egberto*, anno Christi octingentesimo coaluerunt. Non est certè animus describere hìc seriem singulorum Regum, qui septem illis Britanniæ Insulæ, seu Angliæ, Regis præfuerunt usque ad annum Christi octingentesimum, quo, regnante *Egberto*, septem ille Regna in unum Regnum confluxerunt. Series siquidem illorum Regum adeò implexa ac perturbata est, resque eb illis gestæ, ita obscuræ & ignotæ, ut supersluum planè esset eos enumerare, seu nominum dumtaxat producere sylvam. Consultiùs itaque seriem Regum Insulæ Britanniæ, seu Angliæ ordiar à Rege *Egberto*, qui, ut mox dixi, septem illa Regna, in quæ Britanniæ Insula erat antehàc divisa, in unum Angliæ Regnum anno Christi octingentesimo reduxit, & supremum in eo obtinuit dominium. Obiter tamen hìc observabo cum doctissimo *Antonio Pagio* in *Critica Baronii* ad annum octingentesimum vigesimum septimum, nuper in Anglia è tenebris eductum fuisse Chronographum Saxonem, qui ad eundem Christi annum ait, *Egbertum*, quem *Ecgbrythum* vocat, octavum fuisse Regem, qui toti Britanniæ imperevit, primum verò extitisse *Aellam*: secundum, *Ceaulinum*, Occidentalium Saxonum Regem; tertium, *Aetelbrythum*, Cantuariorum Regem; quartum, *Radvvaldum*, Orientalium Anglorum Regem; quintum, *Eduuinum*, Northumbriæ Regem; sextum, *Osvvaldum*, ejus Successorem; septimum *Osvvium*, fratrem *Osvvaldi*; octavum, *Ecgbrythum*, seu *Egbertum*, Occidentalium Saxonum Regem. Sed missis Regibus, qui regnârunt, ante *Egbertum*, ipse seriem Regum Angliæ ducam à Rege *Egberto*, qui totius Angliæ supremus Monarcha fuit.

Egbertus anno Christi octingentesimo Regnum West-Saxiæ, seu Saxonum Occidentalium, moderari cœpit. Fuit abnepos *Ina*, Occidentalium Saxonum in Anglia Regis, qui primus omnium Regum octavo Ecclesiæ Sæculo *Denarium* ex singulis domibus Regni sui B. Petro, ejúsque Succes-

Socceſſutibus Rumanis Pontificibus, conceſſit, qoi diu ab Anglis *ROMESCOT*, Latinè verò *DENARIUS PETRI* eppellabatur. Hujus Regis *Ine*, de Eccleſia tam benè meriti, abnepos fuit *Egbertus*, qui cætera Infulæ Britanniæ Regoe ſuo Occidentalium Saxonum Regno adjecit, factùsque ſupremos Monarcha, lege latá edixit, ut Infula, quæ olim à Britannis, *Britannia*, & nuper à Saxonibus, *Saxenia* dicebator, eppellaretur deinceps *Anglia*, ed alterius Britanniæ, Saxoníæque diſcrimen. Regnevit *Egbertes*, totius Angliæ Monarche, annos triginte ſeptem & menſes ſeptem, hoc eſt, ab enno Chriſti octiogentefimo, usque ad annum octingenteſimum trigeſimum ſeptimum.

Aethelvvolphes, ſeu *Atelphes*, Patri ſuo Regi *Egberto* ſuccedens Occidentalium Saxonum in Anglia ſucceſſit anno octingenteſimo ſeptimo, & ea, quæ Pater ſuus *Egbertes* ſubjugeverat, filio ſoo *Ethelbaldo* reliquit. *Denarium* ſingulis annis à ſuis ſubditis Rumanæ Eccleſiæ ſolvi ſtatuit. Romam venit, obi pluta pietatis, & liberalitatis ſuæ dedit argumenta. Regnavit annos circiter viginti duos, id eſt, eb enno octingenteſimo trigeſimo ſeptimo, usque ad aonum octingenteſimum quinquageſimum octavum, quo vitâ functus eſt.

Ethelbaldus ſucceſſit Patri ſuo Regi *Aethelvvolpho*, ſeu *Atulpho*, eono octingenteſimo quinquageſimo octavo. Propter ſuam Novercam, *Juditham* videlicèt, *Caroli Calvi*, Francorum Regis, filiam, quam ipſius pater *Aethelvvolphus* ſibi legitimo matrimonio copulaverat, duxit nxorem cum omnium ſubditorum ſoorum, tam grave ſcelus, quam nec ioter geutes auditum eſt, deteſtantium, ſtupore. Regnavit *Ethelbaldus* poſt obitum patris ſui annis tantum duobus, & è vivis exceſſit enno octiogenteſimo ſexageſimo.

Ethelbertus, filius *Aethelvvolphi*, ſeu *Atulphi*, & frater *Ethelbaldi*, Regno Angliæ potitus eſt anno octiogenteſimo ſexogeſimo, quod poſtquàm ſtrenuè ac ſapienter per quinquennium & aliqoot menſes moderatus fuiſſet, mortuus eſt anno octingenteſimo ſexageſimo ſaxto.

Ethelredus, filius *Aethelvvolphi*, ſeu *Atulphi*, & frater *Ethelbaldi*, & *Ethelberti*, Regnum Angliæ obtiouit anno octingenteſimo ſexageſimo. Eo regnante, Anglia à Normannis miſerè devaſtata fuit, qoam tamen Rex *Ethelredus* maximâ animi fortitudine contra illorum impetus egregiè defendit, & oe laberetur, ſuſtinuit, atque innumeris eripuit periculis. Tam inſigni præditus fuit pietate, ut ejus nomen, poſt obitum, inſcriptum ſit Martyrologio Anglicano. Quo aono mortuus ſit Rex *Ethelredus*, non certò conſtat. Multi ſcribunt, eum mortoum fuiſſe an. octiogenteſimo ſeptuageſimo ſecundo: Sed *Aſſerus*, Auctor coævus, & vitæ *Alfredi*, fratris ac ſucceſſoris *Ethelredi*, Scriptor, ait Regem *Ethelredum* obiiſſe enno octingenteſimo ſeptuageſimo ptimo, cùm regnâſſet quinque annis.

Alfredes, filius *Aethelvvolphi*, ſeu *Atulphi*, & frater *Ethelbaldi*, *Ethelberti*, & *Ethelredi*, Regnum Angliæ, poſt mortem fratris ſui *Ethelredi*, aono octingenteſimo ſeptuageſimo primo adeptus eſt, fuerat aotea à Patre ſuo *Aethelvvolpho*, ſeu *Atulpho*, Angliæ Rege, Romam miſſus, ubi à Summo Pontifice *Leone* IV. Rex inauguratus eſt aono octingenteſimo quinquageſimo tertio. Ad Regnum Angliæ tandem ſublimatus *Alfredes*, Danos, qui variis & funeſtis irruptionibus Angliam vexabant, conſerto prælio aggreſſus, incredibili cæde proſtravit, & eos, qui ex hac ingenti clade ſuperſtites fuernot, in ordinem redegit, atque ad Chriſtianam fidem amplectendam compulit. Pietatem iſtius Angliæ Regis, in Eccleſias & pauperes liberalitatem, cæteres eximias ac verè regias dotes accuratè deſcribit *Aſſeres*, Auctor coævus, & ejus vitæ Scriptor. Obiit *Alfredus*, religioſiſſimus Anglorum Rex, aono nongenteſimo, Regni ſui trigeſimo.

Eduardes, filius *Alfredi* Regis Angliæ, demortuo Patri ſuo ſocceſſit anno nongenteſimo, ejusque virtutem ac pietatem æmulatus, Danos, Mercios, Orientales & Occidentales Anglos, Scotos; & Brnones ſuæ ditioni ſubjecit, omnesque ſuos ſubditos ſummê cum modeſtiâ, & ſingulari juſtitiæ laude texit per ennos viginti quatuor, id eſt, eb anno nongenteſimo usque ad annum nongenteſimum vigeſimum quartum, quo diem extremum clauſit.

Elthestanus, filius *Eduardi* Regis Angliæ, Patri ſuo demortuo ſuffectus eſt anno nongenteſimo vigeſimo quarto. Rebelles Northumbros, Scotos, Cumbros, & Aquilonares Britones domuit, & inſignem de Danis victoriam reportavit. Ejus pietatem prædicant ſanctiſſimæ Leges, quas condidit, nova Monaſteria, quæ exeitavit, & vetere collabentia, quæ ædificiis, prædiis, variisque ornamentis locupletavit. Mortuus eſt pius ille, ac bello, paceque clariſſimus Rex, anno nongenteſimo quadrageſimo, poſtquàm regnâſſet annos ſexdecim.

Eadmendus, ſeu *Edmundes*, filius Regis *Eduardi*, & frater Regis *Eltheſtani*, Regnum Angliæ iniit anno nongenteſimo quadrageſimo, Patrique ſoo ac Fratri in Regni Angliæ adminiſtratione ſapientiâ, animi fortitudine, & ſingulari in Deum pietate impar non fuit, adjutus præſertim conſiliis, & miniſterio *S. Dunſtani*, quem poſteà præfecit Abbatem Monaſterii *Glaſtoniefis*, quod ipſe à fundamentis extrui juſſerat, eique per illum Sanctum Abbatem non tantùm Monaſticam Diſciplinam, ſed etiam rem litterariam in Anglia teſtituit. Sed proh dolor! pius iſte, & de Religione, Angliæque Regno benè meritus Rex ab impio, & ſacrilego ſicario trocidatus eſt enoo nongenteſimo quadrageſimo ſexto, cùm annos qoinque, & menſes ſeptem Regnum Angliæ ſanctè ac ſtrenuè moderatus fuiſſet.

Edredus, frater Regis *Eadmendi*, ſeu *Edmundi*, fuit Angliæ Rex ſalutatus anno nongenteſimo quadrageſimo ſexto. Pietatis

tatis & justitiæ cultor fuit eximius. S. Abbatem *Dunstanum* maximo in honore habuit, ejusque consilia in Regni administratione lubenti animo auscultavit, & executioni mandare studuit. Northumbroe, & Scotos, qui contra ipsum rebellârent, subegit atque in obsequium revocavit, cùmque regnâsset annos novem, obiit anno millesimo quinquagesimo quinto.

Edouinus, Regis *Eadmundi*, seu *Edmundi* filius, qui propter ætatis defectum, Patri suo succedere non potuerat, mortuo suo patruo *Edredo*, regnare cœpit in Anglia anno nongentesimo quinquagesimo quinto. Fuit Princeps petulans, & effræni libidini adeò deditus, ut S. Abbatem *Dunstanum*, qui eum ab illicitis duarum impudicarum mulierum amplexibus abstraxerat, in exilium ablegaverit, bonisque omnibus spoliaverit. Regnavit *Eduuinus* quatuor tantùm annis, & vitâ decessit anno nongentesimo quinquagesimo nono.

Edgarus, frater Regis *Eduuini*, Monarchiam Angliæ gubernare cœpit anno nongentesimo quinquagesimo nono. *Pacifici* nomen, ob administratam summè cum tranquillitate, justitiâ, fortitudine, & prudentiâ Rempublicam, promeritus est. S. Abbatem *Dunstanum* non solùm ab exilio revocavit, sed illum etiam ad Sedem Metropolitanam Cantuariensem provexit, curavitque, ut Episcopi Concilia celebrarent ad instaurandam collapsam in Anglia Ecclesiæ Disciplinam. Regnavit *Edgarus* annos sexdecim, & vitam cum morte commutavit anno DCCCCLXXV.

S. Eduardus, hujus nominis II. filius Regis *Edgari*, mortuo Patre suo, Anglorum Rex inauguratus fuit, sed jussu *Elfredæ*, novercæ suæ, anno nongentesimo septuagesimo octavo trucidatus est, Mártyrque appellatus. Eum post mortem multorum miraculorum gloriâ fuisse à Deo sublimatum, ejúsque Corpus magnâ cum pompâ in Glastoniense Monasterium translatum, narrent Rerum Anglicarum Scriptores.

Ethelredus hujus nominis II. *Edgari* Regis, & *Elfredæ* filius, atque *Eduardi* II. Anglorum Regis frater, injustè cæso fratre suo, solium conscendit anno nongentesimo septuagesimo octavo, Angliæque Regnum per triginta septem annos pessimè administravit. Fuit lævus in principio, miser in medio, turpis in exitu. A *Canuto* quippè *Suenonis*, Daniæ Regis, filio victus ac superatus, post magnos exantlatos labores, & toleratas gravissimas vitæ molestias, quas justo Dei Judicio, ob necem, quem unà cum matre sua *Elfreda* intulerat fratri suo Regi *Eduardo* II. pessus est, sicut ei antea prædixerat Sanctus Abbas *Dunstanus*, ac tandem multis undique ingruentibus malis conflictatus & oppressus occubuit anno MXVI.

Edmundus hujus nominis II. Patri suo Regi *Ethelredo* II. successit anno millesimo decimo sexto, sed à *Canuto*, filio *Suenonis*, Regis Daniæ, devictus ac debellatus, pacem cum illo eâ conditione pepigit, ut inter sese Angliæ Regnum ex æquo partirentur, ipse verò Rex *Edmundus* II. uno dumtaxat anno regnavit, & obiit anno millesimo decimo septimo.

Canutus, filius *Suenonis*, Regis Daniæ, mortuo *Edmundo* II. universâ Angliæ Monarchiâ potitus est anno millesimo decimo septimo, fuitque optimus Princeps, pupillorum, & viduarum defensor, orphanorum & advenarum patronus munificentissimus, erga Clericos & Monachos optimè affectus, æquitatis cultor, & pacis studiosissimus, omnium subditorum sibi benevolentiam conciliavit, regnavitque ab anno millesimo decimo septimo, quo in universa Anglia Rex agnitus ac salutatus est, usque ad annum millesimum trigesimum quintum, quo excessit è vivis.

Haraldus, seu *Haroldus*, quem Rex *Canutus* ex concubine *Alfgiva* genuerat, Petrisuo in Regnum Angliæ successit anno millesimo trigesimo quinto, cùmque regnâsset annos quinque, mortuus est anno millesimo quadragesimo.

Hardicanutus, filius Regis *Canuti*, & *Emmæ*, legitimæ conjugis, post obitum Regis *Haraldi*, seu *Haroldi*, communi civium, & Procerum ferè omnium consensu Rex Angliæ fuit acclamatus anno millesimo quadragesimo. Initio Regni sui ulcisci volens injurias sibi & *Emmæ* matri suæ à Decessore suo *Haraldo*, seu *Haroldo* irrogatas, jussit corpus illius effodi, & in flumen *Tamesim* projici, gravissimoque suis subditis imposito tributo, illorum in se concitavit odium. Regnavit *Hardicanutus* annis dumtaxat duobus, & discessit è vita anno millesimo quadragesimo secundo.

S. Eduardus hujus nominis III. filius Regis *Canuti*, & frater *Hardicanuti*, cognomento *Confessor*, in locum demortui fratris sui Regis *Hardicanuti*, suffectus est anno millesimo quadragesimo secundo. Cœlebs cum sua Uxore, *Godvvini* Comitis filiâ, vixit, præclaris fulsit virtutibus, sanctissimas Leges promulgavit, & postquàm per viginti quatuor annos Angliæ Regnum gubernâsset, migravit ad Dominum anno millesimo sexagesimo sexto. Post mortem multis miraculis, ejus virtutum testibus, fuit à Deo illustratus, quibus permotus *Alexander* III. Pontifex Maximus, illum Sanctorum Fastis solemni ritu adscripsit anno millesimo centesimo sexagesimo primo.

Haraldus, seu *Haroldus* hujus nominis II. filius *Godvvini* Comitis fuit, post mortem *S. Eduardi*, Angliæ Rex acclamatus anno millesimo sexagesimo sexto, sed eodem anno *Willelmus*, Normanniæ Dux, justo Bello illum aggressus, commisso prælio ejus exercitum profligavit, & in eo Rex *Haraldus*, seu *Haroldus*, fortiter pugnans mortem oppetiit anno millesimo sexagesimo sexto.

Willelmus, Normanniæ Dux, mortuo Rege *Haraldo*, seu *Haroldo*, hujus nominis II. cum festivis Procerum, populique acclamationibus inauguratus est Angliæ Rex, dictus

dictusque *Willelmus* hujus nominis *Primus Conqueſtor*. Leges optimas ſenxit, & eas, quæ à *S. Eduardo III.* Rege fuerant promulgatæ, ſedulò obſervari eique executioni mandari præcapit. *Robertum* filium ſuum primogenituræ, ac ſubindè ed Regnum ſucceſſionis jure ſibi debito privavit, eò quòd *Philippum* hujus nominis *I.* Gallierum Regem edversùs illum excitaſſet; eum tamen Normanniæ Ducatu donavit. Mortuus eſt *Willelmus* Angliæ Rex anno millesimo octogeſimo ſeptimo, cùm regnâſſet annos viginti & unum.

Willelmus hujus nominis *II.* filius Ragie *Willelmi I.* mortuo Patri ſuo in Regnum Angliæ ſucceſſit enno milleſimo octugeſimo ſeptimo. Fuit, ob flavam Cæſariem cognominatus *Rufus*, & in Regni adminiſtratione Patri ſuo Regi *Willelmo I.* longè diſſimilam ſe præbuit. Populum ſiquidem, nimiis & inſolitis vectigalibus impoſitis, oppreſſit, pecuniem eb Epiſcopis & Abbatibus injuſtis exactionibus extorſit. *S. Anſelmum*, Cantuarienſem Archiepiſcopum, jura Eccleſiæ infracto enimo vindicantem, haud parùm vexavit, obſequutus pravis conſiliis Aulicorum, qui, aſſentandi palpandique ſtudio, voluntati Regum magis obtemparare, quàm Eccleſiæ bonum promovere ſatagunt. Regnavit *Willelmus* hujus nominis *II.* ennos tredecim, & occiſus eſt anno centeſimo ſupra milleſimum.

Henricus hujus nominis *I.* filius Regic *Willelmi I.* demortuo, ebsque prole, Regi *Willelmo II.* fratri ſuo ſucceſſit enno centeſimo ſupra milleſimum. Fuit optimuc Princeps, qui leges à Sancto *Eduardo* III. letas accuratè ſervari juſſit. Furte, ſtupre, ſeveriſſimis pœnis coërcuit. Multe Monaſteria in Anglie & Normannie excitavit, Sanctum *Anſelmum*, Cantuarienſem Archiepiſcopum, in maximo honore habuit, eique in refrænanda Clericorum incontinentia, & inſtauranda Eccleſiæ Diſciplina adjutor fuit. Subditos ſuos his tributis, quæ Rex *Willelmus II.* ipſius frater, impoſueret, liberavit, & Acta injuſta, ab eodem Rege, fratra ſuo, edita & promulgate, reſcidit & antiquavit. Nullam prolem meſculam ſuſcepit Rex *Henricus* I. ſed ſolùm filiam, dictam *Mathildem*, reliquit, cùmque regnaſſet annis triginta quinqua, piè, ut vixeret, obiit anno milleſimo centeſimo trigeſimo quinto.

Stephanus, Regis Angliæ *Henrici* I. ex Sorore nepos, Bleſenſis, & Bononienſis Comes, mortuo *Henrico* I. Regnum Angliæ eodem enno milleſimo centeſimo trigeſimo quinto invaſit, contra juramentum, quo fidem ſuam obſtrinxerat *Mathildi*, Regis *Henrici I.* filiæ, ed quem ſucceſſio ad Regnum Angliæ de jura ſpectabet. Peſſime in edminiſtratione Regni ſe geſſit *Stephanus* Rex, Eccleſiarum theſauros diripuit, Abbatias, & alia Beneficie Eccleſiaſtica Laicis, viriſque plenè indignis pro ſuo erbitrio contulit, Epiſcopos vexavit, totumque Angliæ Regnum domeſticis, externisque motibus exagitavit. Per aunos undeviginti regnevit, & è vita diſceſſit anno milleſimo centeſimo quinquageſimo quarto.

Henricus hujus nominis *II.* filius *Gaufredi*, Andegavenſium Comitis, & *Mathildis*, filiæ *Henrici I.* Regis Angliæ, mortuo *Stephano*, Regi Angliæ, ſucceſſit anno milleſimo centeſimo quinquageſimo quarto. Eo regnante *S. Thomas*, Cantuarienſis Archiepiſcopus, & Eccleſiaſticæ libertatis vindex, occiſus eſt, ejusque ſacrilegæ neci Rex *Henricus II.* imprudentibus verbis, acerbis querimoniis, & impotentis iræ ſignificatione, occeſionem quidem dedit, eam tamen nec imperavit, nec conſilio, auxilio, vel aſſenſu unquàm voluit, aut epprobavit, ſed potiùs de ea vehementer indoluit. Parmiſit tamen Deus, ut Rex *Henricus*, qui neci S. Thomæ, Cantuarienſi Archiepiſcopo, à ſacrilegis Satellitibus illetæ, occaſionam dederat, graviter uſque ed mortem vexeretur a ſuis filiis, *Henrico*, *Richardo*, & *Joanne*, qui, unà cum *Eleonora* matre, adversùs ipſum conjurerunt. Obiit eutam *Henricus II.* Angliæ Rex, anno milleſimo canteſimo octuageſimo nono.

Richardus hujus nominis *I.* cognomine *Cor Leonis*, mortuo Patri ſuo *Henrico II.* Angliæ Regi ſucceſſit anno milleſimo centeſimo octuageſimo nono, cùm jam ejus frater *Henricus*, qui *Henrici II.* Angliæ Regis filius erat primogenitus, mortuus eſſet prope Lemovicum anno milleſimo centeſimo octuageſimo ſexto. Paterno ſolio potitus *Richardus*, in Oriantem Bellum Saracenis illaturus profectus eſt, ſed ex hac ſuſcepta Expeditione rediens, multas devoravit moleſtias, amiſſamque libertatem numerato pretio redimere coactus eſt, ac tandem anno dumtaxat milleſimo centeſimo nonageſimo quarto in Angliam redux Bellum movit contra *Philippum Auguſtum*, Gallierum Regem, quod per quinquennium fuit prorogatum, hoc eſt, uſque ad ennum milleſimum centeſimum nonageſimum nonum, quo *Richardus*, Rex Angliæ in obſidione *Calaci*, quod Caſtrum eſt in Lemovicis, ſagitta in brachio percuſſus, occubuit.

Joannes, vulgò dictus *ſine terra*, quod nihil ei à Patre ſuo *Henrico II.* Angliæ Rege relictum fuiſſet, mortuo fratri ſuo *Richardo I.* Angliæ Regi, ſucceſſit anno milleſimo centeſimo nonageſimo nono, & ſtatim *Arturum*, nepotem ſuum, qui de jure ad Coronam Angliæ cum ipſo contendebat, captum trucidari juſſit, indèque gravè ac diuturnum exarſit Bellum inter *Joannem* Angliæ Regem, mortis *Arturo* injuſtè illatæ Authorem, & *Ludovicum VIII.* Galliarum Regem, qui *Arturi* jure contra *Joannem*, Angliæ Regem protegebat. Acerrimum quoque diſſidium *Joannes*, Anglorum Rex, habuit cum *Innocentio III.* Pontifice Maximo, quòd redditus Eccleſiaſticos in Anglia temeritate ſacrilega invederet.

Pacem tamen iniit cum eodem Summo Pontifice, cujus, & aliorum ejus Successorum Pontificum Dominio Regna sua Angliæ, & Hiberniæ subjecit. Obiit *Joannes*, Anglorum Rex, 1000 millesimo ducentesimo decimo sexto, cùm regnasset annos septemdecim.

Henricus hujus nominis *III.* filius *Joannis*, Angliæ Regis, post obitum Patris sui proclamatus ac inauguratus fuit Angliæ Rex anno millesimo ducentesimo decimo sexto. Ejus pietas à Scriptoribus Anglis maximè commendatur, tum quia de Regnis Angliæ & Hiberniæ, quæ pater ipsius Rex *Joannes* Dominio Ecclesiæ Romanæ subjecerat, homagium, præsente Sedis Apostolicæ Legato, fecerit, tum quia etiam solitus erat tres missas solemnes quotidiè audire, pluribus etiam privatis interesse, atque Sacerdotis, Corpus Christi Domini attollentis, dexteram deosculari. Regnavit *Henricus III.* Angliæ Rex, quinquaginta septem circiter annis, & è vita migravit anno millesimo ducentesimo septuagesimo secundo.

Eduardus hujus nominis I V. filius Regis *Henrici* III. mortuo Patri suo in Regnum Angliæ successit anno millesimo ducentesimo septuagesimo secundo. Cum Scotis prælium conseruit, in quo sexaginta Scotorum millia cecidisse fertur, indèque factum, ut Scotorum Rex se, suumque Scotiæ Regnum voluntati Regis *Eduardi* permiserit. Quo tamen Scotiæ Regno, novis identidèm emergentibus Bellis ac dissensionibus, *Eduardus*, Rex Angliæ, quandiù vixit, pacificè potiri non potuit. Regnavit *Eduardus IV.* Rex Angliæ annos triginta quinque, & abiit è vivis 1000 millesimo trecentesimo septimo.

Henricus hujus nominis V. filius *Eduardi IV*, Angliæ Regis, in locum demortui Patris sui suffectus ast, eoque regnante, tot motibus Anglia fuit agitata, & funestis Bellis civilibus adeò dilacerata, ut tandem Rex *Eduardus* V. in Regni Comitiis, Procerum Regni sententia fuerit è solio dejectus, in carcerem conjectus, ubi inaudito crudelitatis genere à suis custodibus necatus est anno millesimo trecentesimo vigesimo sexto, Regni verò sui decimo 0000.

Eduardus hujus nominis VI. filius Regis *Eduardi* V. post obitum Patris sui Regnum Angliæ adeptus est anno millesimo trecentesimo vigesimo sexto, Gallos magnis cladibus affecit, eorumque Regem, dictum *Joannem*, Londinum duxit captivum. Tum pem cum Scotis pacem iniit, eosque declaravit omnino immunes à jure, quod Angli in eorum Regnum sibi vendicabant. Sed longè turpiori maculâ sese fœdavit obscœnis amoribus, quibus com *Alicia Perefia*, pellice impudentissimâ, implicitus fuit, & in cujus complexu, nullis Ecclesiæ munitus Sacramentis, mortuus est 1000 millesimo trecentesimo septuagesimo septimo, cùm regnâsset annos quinquaginta & unum.

Richardus hujus nominis II. successit Patri suo Regi *Eduardo VI*. anno millesimo trecentesimo septuagesimo septimo, sed cùm esset annorum dumtaxat undecim, Regni Angliæ procurationem, seu publicam administrationem susceperunt Lancastriæ Dux, & *Edmundus* Cantabrigensis Comes, *Richardi*, Regis Angliæ, patrui. Eo regnante, *Joannes VVickleffus*, Hæresiarcha, natione Anglus, Hæresim suam longè latèque per Angliam imponè propagavit. Ipse verò Rex *Richardus* II. tam gravi tyrannide omnes Regni Angliæ Ordines à se alienavit, ut anno millesimo trecentesimo nonagesimo nono coactus fuerit renunciare Angliæ Regno, postquàm regnallet annos viginti duos. Quam extortam renunciationem non solùm omnes Regni Ordines ratam habuerunt, sed etiam in Regem ipsum *Richardum* II. Sententiam tulerunt, qua ipsum Regno omninò ineptum, & jure optimo exauctoratum declarare ausi sunt. Tandem *Richardus* II. Regno Angliæ à suis subditis injustè abdicatus, & in Turri Londinensi à suo in Regnum Successore *Henrice* IV. captivus detentus, confestim illius jussu obtruncatus est.

Henricus hujus nominis IV. filius *Joannis* Ducis Lancastriæ, & patruelis Angliæ Regis *Richardi II*. anno millesimo trecentesimo nonagesimo nono, post Regis *Richardi* exauctorationem, Regnum Angliæ actutùm occupavit, sibique, ejusdem Regis *Richardi* II. quem in Turri Londinensi captivum detinebat, parricidio firmavit. Ejus Regnum varii motus, & conjurationes Principum, nec non Bella civilia, & turbæ ab Hæreticis Wickleffistis excitatæ, turbulentum & inquietum reddiderunt; Ecclesiæ jura, libertatem, Fidemque Catholicam, quam totis viribus in Regno Angliæ oppugnabant Hæretici Wickleffistæ, strenuè defendit ac servavit Rex *Henricus IV*. & Ecclesiæ perosiles Leges tulit ac promulgavit. Obiit, dum Expeditionem Hierosolymitanam cogitaret, anno millesimo quadringentesimo decimo tertio, cùm regnâsset annos quatuordecim.

Henricus hujus nominis *V*. filius Regis *Henrici IV*. in Regnum Angliæ mortuo Patri successit anno millesimo quadringentesimo decimo tertio. Prudentia, fortitudine, scientiâ militari, aliisque virtutibus inter omnes sui Sæculi Principes excelluit, sed suo non contentus Angliæ Regno, æstuque ambitionis abreptus, Galliarum Regnum invadendi consilium suscepit, illudque ad optatum exitum perduxit. Gallorum quippè exercitum profligavit, Normanniam cepit, alias Provincias occupavit, ac tandem Parisios veniens, Regni Galliarum hæres fuit renunciatus anno millesimo quadringentesimo vigesimo. Verùm, hic splendor citò evanuit, post biennium siquidem mortuus est *Henricus V*. Angliæ Rex in Castro Salros Vincennorum anno millesimo quadringentesimo vigesimo secundo.

Henricus hujus nominis *VI*. Regis Angliæ *Henrici V*. filius ex *Catharina*, Galliarum

liarum Regis *Caroli VI.* filia, procreatus, post obitum Patris, licèt puer dumtaxat anniculus esset, Angliæ Rex fuit acclamatus. Parisios, cùm annum ætatis suæ duodecimum attigisset, cum valido exercitu venit, & Franciæ Rex fuit inauguratus, indèque Regis Franciæ titulum, sed sine re, hactenùs retinuerunt Angliæ Reges. Adversa fortuna toto Regni sui tempore exagitatus est *Henricus* VI. Nam, præterquàm quòd anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio, pulsis è tota Gallia omnibus Anglis, perdidit omnia, quæ ipsius pater in Gallia armis occupaverat, ortâ etiam in Anglia factione Principum, avito Angliæ Regno privatus est ab *Eduardo*, Ducis Eboracensis *Richardi* filio, qui ei, nec non ejus filio *Eduardo*, Walliæ Principi, vitam & Regnum eripuit anno millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, cùm regnasset annos triginta novem.

Eduardus hujus nominis VII. occisis Rege *Henrico* VI, ejusque filio *Eduardo*, Walliæ Principe, Regnum Angliæ occupavit anno millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, illudque per viginti & duos annos gubernavit, & extinctus est anno millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio. Duos moriens filios reliquit, scilicet *Eduardum*, Walliæ Principem, annos tredecim natum, & *Richardum*, Ducem Eboracensem, biennio minorem, sub tutela *Richardi* fratris sui, qui tamen, ut mox dicemus, duos illos pupillos ac nepotes, ipsius curæ concreditos, crudeliter occidit, & Angliæ Regnum invasit.

Eduardus hujus nominis VIII. filius Regis *Eduardi* VII. annos tredecim natus, sub tutela patrui sui *Richardi* regnare cœpit, post obitum Patris sui, anno millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio, sed *Richardus* ejus Tutor, regnandi cupidus, Regem *Eduardum*, ejusque fratrem *Richardum*, filios spurios esse, eorumque matrem Reginam *Elizabetham* adulteram, impudentissimè asserens, utrumque fratrem, Regem videlicèt *Eduardum*, & *Richardum*, Ducem Eboracensem, per summam & à Sæculis inauditam immanitatem trucidari jussit, atque gemino illo parricidio ad Coronam Regni Angliæ viam sibi stravit anno millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio.

Richardus hujus nominis III. post patratum crudale Regis *Eduardi* VIII. ejusque fratris *Richardi*, Ducis Eboracensis, parricidium, Regiam dignitatem in Anglia obtinuit, qua tamen per biennium dumtaxat potitus est. Proceres siquidem Angliæ Regni, ad excutiendum illius Tyranni jugum, *Henricum*, Richemundiæ Comitem, in Angliam invitarunt, qui protinùs acceptis à *Carolo* VIII. Galliarum Rege auxiliis in Angliam festinavit, & commisso prælio, *Richardum*, hujus nominis III. Angliæ Tyrannum fudit & occidit anno millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto.

Henricus hujus nominis *VII.* anteà Richemundiæ Comes, postquàm à Proceribus Angliæ, ut mox diximus, invitatus, *Richardum III.* Angliæ Tyrannum profligasset, Regium Solium conscendit anno millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto. Jus autem ad Coronam Angliæ non habebat *Henricus*, Richemundiæ Comes, ex parte Patris sui *Edmundi*, Richemundiæ Comitis, sed solùm ex parte Aviæ suæ, seu *Catharinæ*, filiæ *Caroli VI.* Galliarum Regis, quæque conjux fuerat *Henrici* V. Angliæ Regis. *Catharina* siquidem, mortuo marito suo *Henrico V.* Angliæ Rege, matrimonium clandestinum iniit cum *Ovino*, quem alii dicunt è Nobili Genere ortum, alii verò volunt fuisse plebejum; utut sit, ex eo matrimonio, quod *Catharina*, olim conjux *Henrici V.* Angliæ Regis, & mater *Henrici* VI. Angliæ itidem Regis, contraxit cum prædicto *Ovino*, nati sunt tres filii, quorum primogenitus fuit *Edmundus*, qui subinde ex parte matris suæ Catharinæ erat frater uterinus *Henrici* VI. Angliæ Regis & ejusdem *Catharinæ* filii, qui fratrem suum uterinum *Edmundum* creavit Richemundiæ Comitem. Non potuit igitur *Henricus* VII. Angliæ Rex, jus ad coronam Regni Angliæ sibi adsciscere ex parte patris sui *Edmundi*, Richemundiæ Comitis, & fratris dumtaxat uterini Regis *Henrici* VI. sed tantùm ex parte Aviæ suæ *Catharinæ*, quæ ex priori matrimonio, quod cum Rege *Henrico V.* inierat, mater erat *Henrici* VI. Angliæ Regis, & ex secundo matrimonio, quod post mortem *Henrici V.* Angliæ Regis contraxit cum *Ovino*, mater fuit *Edmundi*, Comitis Richemundiæ, patris *Henrici* VII. Angliæ Regis. Magnis ac præclaris animi dotibus præditus fuit *Henricus* VII. Angliæ Rex, quas inter Historici Anglici potissimùm commendant, singularem ejus pietatem, Religionis cultum, insignem prudentiam, amorem erga pauperes, justitiæ unicuique reddendæ jugem sollicitudinem, & summam in Regni Angliæ administratione vigilantiam. Regnante etiam *Henrico* VII, notitia linguarum, Hebraicæ & Græcæ, nec non Artes liberales, quorum studium diù neglectum fuerat, reflorescere cœperunt, multique viri doctissimi in Anglia prodierunt. Obiit *Henricus* VII. Angliæ Rex anno millesimo quingentesimo nono, postquàm regnasset annis viginti quatuor.

Henricus hujus nominis VIII. filius *Henrici VII.* Angliæ Regis, mortuo Patre suo, ad Solium fuit sublimatus. Egregium Fidei Catholicæ sub initium Regni sui se prodidit defensorem, & Hæresiarchæ *Lutheri* errores, edito libro, confutavit, indèque gloriosum *Defensoris Fidei* nomen Pontificio *Leonis X.* Diplomate promeritus est. At, postquàm, contra Romanorum Pontificum Decreta, *Catharinam*, legitimam conjugem suam, repudiasset, & *Annæ Bolenæ* nupsisset, non solùm evasit homo planè uxorius, & vile scorti mancipium (ad sextas quippè nuptias eum impo-

tenti libidine flagrantem convolare non puduit)sed etiam nefandi Schismatis, ebrietatis,avaritiæ , crudelitatis & effrænatissimæ libidinis infamia,vitam suam turpissimè fœdavit. Hæresim in suum Regnum introduxit, caput Ecclesiæ Anglicanæ se constituit, Romanum Pontificem probris omnibus affecit,& in omnes Catholicos,gravissima mota persecutione , debacchatus est. Frustra Regem *Henricum* VIII.consiliis,adhortationibus ad pœnitentiam invitarunt Romani Pontifices,sed surdo & in Schismate obfirmato cecinerunt, indèque factum est ut Rex *Henricus* VIII.postquàm novis Sacrilegiis, horrendisque flagitiis mensuram facinorum suorum cumulasset,è vivis excesserit anno millesimo quingentesimo quadragesimo octavo.

Eduardus hujus nominis IX. filius *Henrici* VIII. & *Janna Semeira* , mortuo Patre, regnare cœpit in Anglia anno millesimo quingentesimo quadragesimo septimo, sed cùm novennis dumtaxat esset , sub iisdem Tutoribus ac Curatoribus,quos ei assignaverat Pater,antequàm moreretur, Regnum gubernavit. Inter illos *Eduardi* Tutores *Eduardus Semeirus*, Herfordiæ Comes, & posteà Sumerseti Dux ; Regisque *Eduardi* Avunculus, totam ad se rapuit authoritatem , curavitque ut Juvenis Rex Zuinglianæ Hæreseos peste inficeretur.Sub hoc Rege *Eduardo* luctuosa planè fuit Religionis Catholicæ facies. Hæretici triumpharunt ; Orthodoxi verò pro Religione Catholica,pro legibus,pro patria,exilium, bonorum expoliationem & carceres pati, gloriosamque mortem oppetere maluerunt, quàm in hoc situ,squalore, luctu degere, in hac servitute, in hac Ecclesiæ tyrannide, in hoc Dei, Sanctorumque contemptu, in hoc cunctorum scelerum salo,& in hac lerna malorum omnium turpissimè vivere. Obiit Rex *Eduardus* anno millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio,postquàm regnasset annis septem.

Maria, Regis *Henrici* VIII. & *Catharinæ* filia, post mortem fratris sui *Eduardi* , Angliæ Regno , juxta supremam Patris sui voluntatem , potita est anno millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio, nihilque secundùm Deum prius & antiquius habuit, quàm ut in Regno Angliæ Catholicam Religionem restitueret. Hoc Sanctum propositum , quod inierat hæc pia Regina, ad optatum exitum , sanctissimi Cardinalis *Reginaldi Poli* adjuta consiliis, perduxit , Catholicæ Religioni pristinum splendorem restituit , Angliæ Regnum , omnium penè Hæresum colluvie fœdatum, ab Hæresibus repurgavit , & supra triginta Hæreticorum millia ex Angliæ Regno abire ac solum vertere coëgit. Verùm, diuturna non fuit hæc Catholicorum felicitas, quia Regina *Maria* , quæ, ad facilius in Regno Angliæ promovendam Catholicæ Religionis restaurationem, nupserat *Philippo* II. Hispaniarum Regi, & *Caroli V.* Imperatoris filio , nullam ex eo matrimonio prolem suscepit, & prææmatura morte anno quinto Regni migravit è vita anno millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo.

Elizabetha , ex illicitis nuptiis Regis Angliæ *Henrici* VIII. cum *Anna Bolena* procreata , post mortem *Mariæ*. salutata est Angliæ Regina , ejusque Regnum Catholicæ Religioni in Anglia infaustum maximè ac perniciosum fuit. Innovavit quippè hæc impia Regina Schisma Anglicanum , novam Religionis formam instituit,omnia penè Catholicæ Religionis monumenta ac signa delevit;Supremi Ecclesiæ Anglicanæ capitis titulum , omnemque potestatem spiritualem sibi per summam temeritatem vendicavit , in omnes Catholicos crudelem carnificinam exercuit,& *Mariam Stuartam*, in Fide Catholica constantissimam, in custodiam dedit , injustè oppressit, & ultimo supplicio, innocentissimam licèt, affici jussit. Tandem Catholicorum sanguine , quem toto diuturni sui Regni tempore crudeliter effuderat , satiata *Elizabetha* obiit anno millesimo sexcentesimo tertio.

Jacobus , è Regia Stuartorum familia oriundus,Scotiæ Rex hujus nominis *VI.* Angliæ verò Rex hujus nominis I. mortua *Elizabetha*, regnare cœpit in Anglia anno millesimo sexcentesimo tertio , eoque regnante, Angliæ & Scotiæ Regna , quæ diversis antea Regibus parebant, unius Regia potestati fuerunt hactenùs subjecta. Hæresim professus est Rex *Jacobus*, licèt Catholicus to,procurante piissima matre sua *Maria Stuarta* , Scotiæ Regina,frendentibus Hæreticis, fuisset baptizatus, cùmque esset litterarum cultor, nonnulla contra Ecclesiam Romanam scripsit Opuscula, quæ ab Orthodoxis Polemicis,præsertim à *Coëffeteo* , Episcopo Massiliensi, Ordinis Prædicatorum,fuerunt egregiè confutata. Tribus conjurationibus , quas tamen feliciter detexit , à suis subditis Hæreticis impetitus est Rex *Jacobus*, qui tamen erat adeò pacis amans & ab armis alienus, ut ad aspectum nudati gladii actutùm exanimaretur. In Catholicos , quibus alioqui non erat infensus, instigantibus Hæreticis, persecutionem movit. Regnavit annis viginti duos,& excessit è vivis anno millesimo sexcentesimo vigesimo quinto.

Carolus hujus nominis I. filius *Jacobi I.* Magnæ Britanniæ Regis, mortuo Patre, regnare cœpit anno millesimo sexcentesimo vigesimo quinto. Severissima Edicta contra Catholicos Regni sui promulgavit , eosque gravibus persecutionibus exagitavit. Sed ipse tandem vicissim perpetuas cum suis subditis Hæreticis Angliæ dissensiones habuit, ac tandem à *Cromvvellio* , homine scelaratissimo & perfido Tyranno , captus , & per summam injustitiam à suis subditis tanquam proditor ac publicus Angliæ hostis damnatus, absciso in publico supplicii loco capite,probrosâ ac funesta morte periit anno millesimo sexcentesimo quadragesimo octavo , cùm regnasset annis viginti tribus.

Crom-

Cromvvellius, occiso Rege Angliæ *Carolo* I. tyrannoidem arripuit, titolo tamen Regis insigniri noluit, qood Regiom nomen jam populo invisum reddidisset, sed Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ Regnorum *Protector* appellari voluit. Per decem ennos Tyrannus *Cromvvellius*, sub hoc minùs ambitioso, & exoso *Protectoris* titulo, Regnum Angliæ majori potestata, quàm ipsi Reges, gubernavit, & usque ad obitum, qoi contigit aooo millesimo sexcentesimo quinquagesimo octavo, fortunetus vixit. Eo vita functo, *Richardus*, filios primogenitus *Cromvvellii*, Angliæ *Protector* aeclematus est, sed patri suo industria & ingenito longè dissimilis, & tanto ooeri ferandi impar, statim contemptui ac ludibrio fuit, atque ab Anglis abdicatus aooo millasimo seacentesimo quinquagesimo nono.

Carolus, hujus nominis II. Magnæ Britanniæ Regis *Caroli* I. filius, qui, post injostam Patri suo à Parlamentariis Angliæ illatam necem, & arreptam à perfido *Cromvvellio* tyrannidam, sase in Galliæ Regnom receperat, perhooorificâ legatione ab Anglis missâ invitatus ad Angliæ Regnum anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo nono venit Londinum, ubi magnifico apparatu, festivisque omniom gratulatiooibus fuit Rex acclamatus atque inauguratus, & attritis rebellibus, ac extinctâ penitùs tyrannide, paternum solium coosccndit. In Catbolicorom gratiam promulgavit libertatis conscientiæ Decretum, quod tameo, cogente Parlamanto, seu supremo Angliæ Sanato, rescindere coactus est, indèque hæretici audaciores, & ad coocitandas turbas petulantiores facti, sæpiùs to ipsum eoojurâruot, utque Regi Catholicos Regni sui invisos redderant, clandastioas illas eonjurationas falsò in Catholicos refundebant, à qoibus tamen illos penitùs alienos fuisse evantus certissimè comprobavit. Bellum eontra *Batavos* Rea *Carolus* II. cum *Ludovico* XIV. Galliarum Rege, fœderatus, feliciter terrâ marique gessit. Catholicam Religionem secretò coluit *Carolus* II. Angliæ Rex, eam propediem moriturus professus est, & ab Hæresi absolutus, sacroque Viatico refectus fuit à Patre *Joanne Hudlesson*, Monacho Beoedictioo Anglo, sicut ea multie certissimis Actis ac Monumentis coostat. Obiit *Carolus* II. Angliæ Rex an. millesimo seacentesimo octogesimo quinto, cùm ragnasset annis triginta sex, si aoni ipsius Regni numerantur, sicut numerari debent, ab anno millesimo sexcentesimo quadragesimo octavo, quo Patri suo *Carolo* I. injustè ab Anglis occiso In Regnum Angliæ, sibi hæreditario jure debitum, successit, qnemvis à neca patris sui, ob arreptam à *Cromvvellio*, ejusque filio *Richardo*, in Anglia tyraonidam, per ondecim annos Regno viaerit exul, & solio fuerit domtaxat restitutus anno millasimo seacentasimo quinquagesimo nono, à quo anoo usque ad obitum, qui, ot mox diaimos, contigit anno MDCLXXXV. regnevit XXV. annis.

Jacobus, Rex Angliæ hujus nominis II. & Scotiæ Regni hujus nominis VI. fratri suo *Carolo II.* successit an. millesimo seacentesimo octogesimo quinto. Conspiratiooem motam à *Montmutio*, qui erat Regis *Caroli II.* filius spurius, quique Regnum affectabat, repressit ac dissipavit. Catholicam Raligiooem epertè professus est, & Catholicis Regoi sui, à tot annis crudeli jugo depressis, conscientiæ libertatem concessit. Id ægrè admodum tulerunt Hæretici Aogli, conceptumque in Regem odium auxit ortus Principis Walliæ, quem Rea *Jacobus II.* ex *Maria Eleonora*, coojnge sua, suscepit, & Catholicæ Fidei Mysteriis initiari voluit. Tum Hæretici Angli furore perciti ad *Guilelmum*, Principem Arausicenum, Regis *Jacobi II.* generum, Batavorum Classe in Angliam vectum, defecerunt, & deserto vero suo Rege *Davide*, novum *Absolonem* sunt secuti. Quo factum est, ut Rex *Jacobus* II. postquàm Reginam, ac Walliæ Principem ea tam iosestis & sævis fluctibus eripuisset, & in Galliarum Regnum traosmisisset, ipse taodam ex Anglia discesserit, ac nevim coosccndens in Gallias vela fecerit, ubi à Christianissimo Rege *Ludovico* XIV. perhooorificè exceptus est, ec multis editis eximiæ pietatis, & heroicæ patientiæ eaemplis, omnium Gallorum amoram & admiratiooem sibi actutùm conciliavit. Piè, sicut vixerat, obiit *Jacobus* II. Rex Aogliæ, in Regio *S. Germani* propè Parisios Palatio die xvi. mensis Septembris aonl millesimi septingeotesimi primi, ac filium reliquit Principem *Walliæ*, qui in jura Patris sui succedens, dictus est *Jacobus* III. verus ac legitimus Angliæ Rex, qui tamen hactenùs Regno ino, ob perfidam Hæraticorum Anglorum, potiri non potuit, & etiamnùm unà cum lectissima conjuge *Maria Clementina Sobieski*, piissima Regine, Romæ vivit, pro cujus salute omnes, qoi sunt verè pii & Catholici, vota Deo jugiter nuocupant, & paternum solium, atque omnia fausta ei sinceris animie apprecantur.

Guilelmus, Princeps Arausicanus, Hæreticus, & genet Regis *Jacobi* II. (nupserat quippè *Maria*, filiæ ejusdem Regie *Jacobi* II.) injustè è Regno Angliæ pulso Socero suo, verò ec legitimo Rega *Jacobo* II. in solium Regium è rebellibus fuit intrusus, dictusque *Guilelmus* III. qui inter veros Angliæ Reges locum habera non debet, eò quòd, contra omne jus, Angliæ Regoum, iniquis rebellium Hæreticorum Anglorum machinationibus, & clandestinis conspirationibus, invasit, & arrepta tyrannide, illud Socero suo *Jacobo* II verò ac legitimo Regi, eripuit. Supremo in Anglia dominio, post pulsum è Regno *Jacobum* II. potitus est *Guilelmus* dictus III. usque ad anoom millesimum septingentesimum secundum, quo è vivis sublatus est.

Anna, filie Regis *Jacobi* II. & conjux *Georgii*, Daniæ Principis, mortuo *Guilelmo*

lelmo III. in Regio Angliæ folio anno millesimo septingentesimo secundo collocata est, cumque esset Hæretica, eam Hæretici Angli anteposuerunt ejus fratri *Jacobo*, Walliæ Principi, & Regis *Jacobi II.* filio, quem eo solo nomine, ab Angliæ corona excluserunt, quòd Catholicam Religionem profiteretur. Cùm igitur *Anna*, vivente fratre suo *Jacobo*, vero ac legitimo Regni Angliæ hærede, in solium Regium irrepserit, intrusa potius quam Regina censeri debet. Summa tamen rerum in Anglia potita est usque ad annum millesimum septingentesimum decimum quartum, quo è vita migravit.

Georgius, Dux Hannoveranus, hæreticus, mortua *Anna*, ad coronam Angliæ ab Hæreticis adscitus est, qui subindè non tanquam verus Angliæ Rex, sed ut intrusus & injustus possessor haberi debet, cùm violatis divinis & humanis legibus Angliæ coronam usurpaverit, quæ de jure uni debetur *Jacobo* III. Regis *Jacobi* II. filio, qui Regni Angliæ verus est hæres, ac legitimus Rex. Nihilosecius *Georgius*, Dux Hannoveranus, arrepta tyrannide, etiamnùm in Anglia dominatur.

Hæc est series Angliæ Regum, de quibus, si plura scire aveas, legere ea, quæ de his singillatim, juxta Sæculorum ordinem, diximus in nostris Colloquiis in Historiam Ecclesiasticam. Consulere etiam poteris *Historiam Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ*, quem Gallico idiomate scriptam nuperrimè, seu anno millesimo septingentesimo septimo, Roterodami in lucem edidit *De l'Arrey*.

OBSERVATIONES

Circa statum Religionis Christianæ, & Ecclesiæ Catholicæ in Regno Angliæ sub Regibus ante Schisma Anglicanum, cui initium dedit Henricus VIII. *Angliæ Rex, & sub Regibus ejusdem Regni post obortum Schisma Anglicanum.*

IN primis observare debes, quod licèt certò non constet, quo tempore tota Britanniæ Insula, quæ nunc Anglia dicitur, Fidem Christianam susceperit, attamen vero quàm simillimum videtur, plura Britanniæ Insulæ loca jam secundo Ecclesiæ seculo Evangelii luce fuisse illustrata. At enim, *Tertullianus*, qui temporibus Apostolorum vicinus fuit, (floruit quippè circa annum Christi ducentesimum) in libro, quem edidit adversus Judæos, sic scribit: *In quem alium universæ gentes crediderunt, nisi in Christum, qui jam venit? Cui enim, & aliæ gentes, Parthi, Medi, &c. ut jam Getulorum varietates, Maurorum multi fines, Hispaniarum omnes termini, Galliarum diversæ nationes, & Britannorum inaccessa Romanis loca, Christo verè subdita.* Quibus verbis *Tertullianus* apertè innuit, plura saltem Britanniæ Insulæ loca Christo prius quàm Imperio Romano subdita, hisque locis prius Christianam Fidem illuxisse, quàm ea fuerint Romanorum armis pervia. Porrò certum est, *Julium Cæsarem* annis ante Christum plusquam quinquaginta Britanniam fuisse ingressum, aliosque post illum Imperatores Romanos fines suos in eadem Britannia paulatim dilatare tentasse, ac tandem totam Britanniæ Insulam jugum Romanorum suscepisse sub finem Imperii *Severi*, qui tota Insula Britannica in Romanorum potestatem redactâ, brevi post tempore ibidem propè Eboracum mortuus ac sepultus est anno, post Christum natum, ducentesimo decimo sexto. Cum igitur *Tertullianus* suum contra Judæos librum ante annum, post Christum natum, ducentesimum decimum sextum scripserit, necesse est, ut aliquo tempore, antequàm *Tertullianus* hæc de suscepta in Britanniæ Insula Fide Christiana scripsit, fuerint plura saltem Britanniæ loca, in quibus jam Christiana Fides fuisset prædicata atque suscepta. Prætereà, *Nicephorus Callixtus* lib. 9. *Historiæ Ecclesiasticæ* cap. 40. refert Epistolam *S. Athanasii*, qui quarto Ecclesiæ Sæculo florebat, scriptam ad *Jovianum*, Imperatorem, in qua S. Ille Doctor asserit, Fidem de Consubstantialitate verbi Divini cum Patre æterno in Concilio Generali Nicæno contra *Arium* sancitam, ab Ecclesiis, quæ erant in Insula Britannica, fuisse approbatam; *Illud scito*, inquit S. Athanasius, *Christianissimè Auguste, à Sæculo hanc prædictam Fidem, & hanc ipsam professos fuisse, qui Nicææ convenere Patres, ac etiamnùm suffragiis suis eam comprobare omnes, quæ passim sunt Ecclesias, in Hispania, Britannia, Gallia & Germania. Omnium enim earum, quas recensuimus, comperta nobis est sententia, quod ab eis Epistolas habeamus*: ex quibus liquidò patet, Christianam Fidem jam Sæculo Ecclesiæ secundo fuisse in Britannia susceptam. At Sæculo Ecclesiæ quinto, postquàm Saxones, qui erant Ethnici, in Britanniam irrupissent, eamque armis occupatam in septem Regna, in quibus totidem Reges Saxones dominabantur, divisissent, extincta est in septem illis Regnis Christiana fides, & Idololatria in tota Britanniæ Insula longè latèque propagata. Ad illorum itaque septem Insulæ Britannicæ Regnorum conversionem *S. Gregorius M.* Papa, exeunte Sæculo Ecclesiæ sexto, h. e. anno MDCVI. misit *S. Augustinum* Abbatem cum Sociis, qui illis gentibus tam ardenti zelo, animique fervore Evangelium prædicarunt, ut hæc septem Insulæ Britannicæ Regna, ac Saxoniæ Reges, qui eis præerant, expulsis Idololatriæ tenebris, Christianam Fidem septimo Ecclesiæ Sæculo susceperint.

Præterea observare debes, Anglo-Saxones, postquam septimo Ecclesiæ Sæculo Fidem Christianam susceperunt, usque ad Anglicanum Schisma, cujus Sæculo XVI. author fuit *Henricus VIII.* Angliæ Rex, nihil tam curæ ac cordi habuisse, quam ut Christianam Fidem, qua imbuti fuerant, puram & illibatam servarent, & avitum Ecclesiasticæ Disciplinæ vigorem retinerent. Tanta erat tum temporis Angliæ Regum erga Summos Pontifices reverentia, ut suæ Regna Angliæ,

Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ Sedis Apostulicæ domioie demissis enimis sohjicerent, & in perenne sui obsequii testimonium, siogulis ennis collectum ex omnibns suorum sohdiiorum domibus subsidium, qood *Denarius S. Petri* dicebetur, Romaois Pontificibus persolverent, eos sæpiùs per litteras consulerent, eorum mendetis ohtempere-re meximo sibi honoris loco ducerent, Pontificios Legatoe io Angliam missos perbonorificè exciperent, Ecclesias erigerent, Monasteria excitarent, Episcoporum & Abbetom euthoritatem sc jurisdictionem tutarentur, & Clericorum jure ec privilegie serte tecte custodirent, sicut certissimè constat ex benè multis monumentis, qoæ extant in pluribos Tomis, qui nuperrimè Londini ptodierunt in locem, & quorum bictitulus est: *Fædera, seu Conventiones, Litera, & cujuscumque generis Acta publica inter Reges Angliæ & alios quosvis Imperatores, Reges, Pontifices, Principes, vel Communitates, ex Autographis intra secretiores Archivorum Regiorum Thesauros per multa Sacula reconditis, fideliter exscripta, & in lucem emissa de mandato Regio, Accurante Roberto Sanderson.* Nec minor fuit ente Schisma Aoglicenum in custodiendo Fidei Deposito & sancieode Ecclesiæ Discipline, Episcoporum Angliæ, quàm Regum, zelus ac vigilantia. Tot quippè celebrata Anglicana Concilie, quæ In nostris Colloquns in Historiem Ecclesiasticam retulimus, manifestò prohant, quantâ corâ & sollicirudine seregerint his temporibus Anglicenæ Ecclesiæ Episcopi, ut puritati Fidei consulerent, & Ecclesiasticam Disciplinam sanctissimis legibur communirent. Hioc nulli Hæretici ante Anglicanum Schisma pedem in Anglia figere potuerunt, & si qui io eo Regno fuerint eliquando raperti ptevos disseminantes errores, confestim eb Episcopis proscripti, & jussu Regum pœnis effecti, e toto Regno expulsi sunt. Regoante *Henrico II.* circà ennum Christi millesimum cemesimum sexegesimum, venerunt in Angliam viri circiter triginte, multe docentes contra Sacrameote Beptismi, Eucheristiæ, & Matrimonii, qui tameo in universo Angliæ Regoo unam dumtexàt seduxerunt mulierculam, quæ etiam facti pœnitens resipuit, & ad meliorem frugem sese recepit; hi verò homines, à quibus seducte fuerat hæc muliercule, virgis cæsi, & cauterio frontibus inusto, è toto Regno absqua more exire coacti sunt. Venerunt etiam paulo post in Aogliem Weldenses, dicti vulgò *Pauperes de Lugduno*, multe contte Ecclesiam & Romanos Pontifices impia effotientes dogmate; sed hi capti, Oxonium ad examen ducti, & præsente Rege, Regnique Proceribus, & penè omnibus Episcopis, Hæreseos convicti ec damnati, è totius Regni Angliæ finibus absque cunctetione secedere jussi sunt. Deoique, *Joannes VVicleffus*, Hæresiercha virulentissimos, sub finem Sæculi decimi quarti suosio Regno Angliæ errores disseminare cœpit, sed statim ipse, ejusqoe sequeces euctoritate publica & Religionis & Regni declarati sunt hostes, & propter conjurationem in Regem suspendio; propter verò perfidiam in Deum vivicomburio digni judicati sunt. Ex his, & aliis id genus exemplis, quæ passim leguotur in Anoalibus Anglorum, facili negotio colligere potes, Catholicam Religionem, eote Schisma Anglicanum, meximè floruisse in universo Angliæ Regoo, quie Reges & Episcopi certatim in bene euram toti incumbebent, ut omnis ad Regoum Angliæ præcluderetur editus hæreticis, qui inconsutilem Christi tunicam dilacerere, ac suis Sectis proscindete & conspurcare moliuotur; ut sæpiùs etiam calebrereotur Concilie, quæ sd restaurendem tum Ecclesiasticem, tum Mooasticam Disciplinam, ad extirpeodos gliscentes ebosos, & ad corrigendos fidelium mores, etque in eorum animis verem elendam Fidem, & genuinam pietetem fovendem sunt necessaria. Cùm igitur Res Ecclesiæ ente Aogelicenum Schisme optimo loco esseot in Angliæ Regno, mirum videri non debet, quòd ex eo tum temporis religiosissimo & Romanis Pontificibus addictissimo Regno innumeri penè viri status tam Secularis, quàm Regularis Clerici prodieriot, qui doctrioê & pietate Ecclesiam Catholicem mirum in modum illustrârunt, & quorum plures Sanctorum Fastis fuêre adscripti. Postremò, observere debes, post Anglicaoom Schisma, quod Sæculo decimo sexto cootre Ecclesism Romanam conflavit *Henricus VIII.* Angliæ Rex, deploretissimum fuisse & etiamnum esse in Aogliæ Regno Ecclesiæ Catholicæ stetum, omnibus Hæresibus petefsctum esse editum, Fidem entiquem, veram, sinceram, Catholicam, Apostolicam, Romanam ex toto Angliæ Regno vel extermioatam esse, val certè teliter oppressem, ut vix eliquos, citrà evidens vitæ discrimen, nacta sit apertos professores. Visa quidem fuit Catholica Religio respirere, & quesi postliminiò revocere instaurari cœpit sub *Maria*, Reginâ Aogliæ Catholicâ, Regis *Henrici VIII.* Auctoris Schismatis filiâ, sed hæc diuturna non fuit Catholicorum lætitia; quie mortuæ *Mariæ* Reginæ Catholicæ successit in Regnum Angliæ *Elizabetha*, ejusdem Regis *Henrici VIII.* filia spurie & hæretica, qoæ Anglicano Schismati novum robur eddidit, Hæreticos etideciores reddidis, & furiis in Catholicos iovecte, ut eos penitùs extermineret, nihil intentatum reliqoit. A tempore autem infausti Regoi *Elizabethæ* quidquid obivis gentium spumæ erroris ex universo Hæresum Oceano conflatur, in Angliæ Regnum advehitur, illic foventur & ootriuntur, immo augentor & moltiplicentur Hærases, exulat dumtexat Catholicæ Religionis liberum exercitium, & sub immiani persecutione vera Christi Ecclesia ingemiscit in Anglia, & oppressa smeritudine ingemiscet, donec Deus Optimus Maximus dignetur Anglorum ocolos aperire, ut videant & detestentur errores suos, ed sinum Ecclesiæ Romanæ, cui anteà devotissimi erent, revertantur, suumque verum Regem *Jacobum III.* tandem eliquando suscipiant, & in

patetnum Angliæ solium

restituant.

TABU-

TABULA UNDECIMA CHRONOLOGICA.

In qua, juxta Sæculorum seriem, referuntur omnes Hæreses, Controversiæ, & Schismata, quæ à primordiis Ecclesiæ ad hæc usque tempora in Ecclesia emerserunt.

UT omnes Hæreses, Controversiæ, & Schismata, quæ ab exordio Ecclesiæ ab hanc usque ætatem eruperunt, possit, sublata omni confusione, faciliùs lector memoriæ mandare, consultius esse duxi, per singula quæque Ecclesiæ Sæcula Hæreses, Controversias, & Schismata, quæ in his originem habuerunt, in hac Tabula Chronologica percensere, quò lector, si plura de Hæresibus, Controversiis, & Schismatibus scire desideret, possit è vestigio recurrere ad nostra Colloquia in Historiam Ecclesiasticam, quæ juxta Ecclesiæ Sæculorum seriem, à nobis disposita, pleniorem ei de Hæresibus, Controversiis & Schismatibus, quibus hactenùs exagitata fuit Ecclesia, notitiam instillabunt. Incipiam igitur ab Hæresibus, quæ primum Ecclesiæ Sæculum infestarunt.

De Hæresibus enatis primo Ecclesiæ Sæculo.

Prima Hæresis est *Simonis Magi*, qui Gitthis, Samariæ Vico, oriundus, & ad Christianam Fidem conversus, potestatem dandi per impositionem manuum Spiritum Sanctum Sacrilega nundinatione emi posse putavit. Hinc ab Apostolis rejectus, præstigiis & arte magicâ, quam apprimè callebat, plures delusit. Jactabat, se Deum esse cælo delapsum, ad Judæos quidem ut Filium Dei, ad Samaritanos, ut Patrem; & ad Gentes, ut Spiritum Sanctum. Legem non à Deo, sed à sinistra quadam Intelligentia conditam esse effutiebat. Carnis resurrectionem, liberum arbitrium, & necessitatem bonorum operum inficiabatur. *Helenam*, quæstuariam & publicam meretricem, sibi sociam adscivit, Romamque veniens, ex suis præstigiis populo Romano illudere volens, à malis geniis in altum vectus volare per aëra visus est, sed, orante *S. Petro*, protinus in terram corruit, & fractis cruribus, totoque debilitato corpore miserè periit.

Altera Hæresis est *Menandri*, Discipuli *Simonis Magi*, qui pariter Samaritanus, & iisdem præstigiis deditus, dictitabat, se esse Salvatorem ad omnium salutem cælitùs demissum, suisque discipulis pollicebatur perpetuam in hac vita immunitatem à senio, & à morte, quem illis per sacrilegum Baptisma, quo eos initiabat, conferri, impiè asserebat.

Tertia Hæresis est *Cerinthi*, qui docebat, Deum non esse conditorem mundi; Jesum Christum esse purum hominem ex carnali *Josephi* cum *Maria* consortio procreatum; Legis Mosaicæ observantiam esse ad salutem necessariam, & cum Evangelio conjungendam. Denique, commentus est millenarium quoddam Christi post resurrectionem justorum in terris Regnum, in quo justi per mille annos ante Judicium universale obscœnis illecebris & illicitis carnis cupiditatibus indulgere debebant, indèque fluxit error *Chiliastarum*, seu *Millenariorum*.

Quarta Hæresis est *Ebionis*, qui pertendebat, Circumcisionem aliosque legis Mosaicæ ritus esse retinendos & cum Evangelio observandos; Christum esse vulgarem hominem, & ante *Mariam* non extitisse. Volebat insuper ille Hæresiarcha, ut sui Sectarii Pascha cum pane azymo & mera aqua peragerent, atque, præter Sabbatum, Dominicam diem celebrarent.

Quinta Hæresis est *Nazaræorum*, qui censebant cum Hæreticis Ebionitis, cæremonias Legis Mosaicæ in Lege Evangelica retinendas & observendas esse; sed ab illis Hæreticis in hoc discrepabant Nazaræi, quod Christum JEsum esse verum Dei Filium confiterentur, quod negabant Hæretici Ebionitæ.

Sexta Hæresis est *Nicolaitarum*, cujus nonnulli Authorem fuisse existimant *Nicolaum*, unum è septem nascentis Ecclesiæ Diaconis. Sed *Nicolaum* Diaconum plures Sancti Patres ab hac Hæresi vindicant. Hanc tamen *Nicolaitarum* Hæresim temporibus Apostolorum coævam fuisse, apertè colligitur ex Apocalypsi *S. Joannis* cap. 2. vers. 14. ubi etiam *S. Joannes* non obscurè innuere videtur, antiquorum illorum *Nicolaitarum* errores non tam fidem, quàm mores spectasse, eosque in hoc potissimum errasse, quòd promiscuam libidinem permitterent.

Hæreses Secundi Ecclesiæ Sæculi.

Prima est *Gnosticorum*, qui dicebant, Deum non esse conditorem hujus mundi, nec Judæis dedisse legem, nec Prophetis adspirasse. Negabant præterea certam resurrectionem, & Christum Dominum ex Maria Virgine accepisse carnem. Obscœnis voluptatibus dediti, nulla libidinum monstra illicita esse putabant, & promiscuum mulierum usum, omnesque libidinum furias in sexus & in corpora permittebant, indèque, ob nimiam, quam in suis abominandis Mysteriis turpitudinem exercebant, dicti sunt *Barbonitæ*, seu *Cœnosi*.

Altera Hæresis est *Adamitarum*, qui ita appellabantur, quod in suis conventiculis & impuris Mysteriis nudi unà cum fœminis, omni deposito pudore, prostarent, sicque primam Adami in horto voluptatis conditionem turpiter repræsentabant. Promiscuò concubitu & uxorum communione, Belluarum instar, inverecundè utebantur.

Tertia Hæresis est *Cainitarum*, qui ita dicti sunt, quòd *Cainum*, primogenitum *Adami* filium, singulari veneratione colerent,

lerent. Carnis reſurrectionem, & Baptiſmi ad conſequendam ſalutem neceſſitatem negabant. *Eſau*, *Core*, *Dathan*, *Abiron*, & *Sodomitas* laudibus efferebant, *Judam* verò, proditorem Chriſti Domini, adorabant, ac tandem in omnem libidinem effuſi, vitam nefandis ſceleribus conſpurcatam ducebant.

Quarta Hæreſis eſt *Ophitarum*, qui ſic cognominabantur à voce Græca ὄφις, idem ſignificante, quod Latinè *Serpens*. Adorabant quippè iſti Hæretici ſerpentem, cujus tactu panes in Euchariſtiam oblatos ſanctificari arbitrabantur, eum deoſculabantur, ac pluris quàm Chriſtum Dominum faciebant.

Quinta Hæreſis eſt *Sethianorum*, qui ſic nuncupati ſunt, quòd ſibi perſuaderent, *Sethum*, filium *Adami*, eſſe Chriſtum, duoque eſſe genera hominum, quorum unum parentem haberet *Cainum*; alterum à *Setho* originem deduceret.

Sexta Hæreſis eſt *Carpocratianorum*, qui ſuum traxêre nomen à quodam *Carpocrate* Alexandrino, qui docuit, mundum non à DEO, ſed ab Angelis conditum fuiſſe; Chriſtum eſſe purum hominem; Animas de uno corpore in aliud migrare; nihil naturâ malum eſſe, ſed tantùm, juxta arbitrium & opinionem hominum, quædam bona, quædam mala vocari. Præterea, carnis reſurrectionem negabat, & ad omnia turpitudinis, & flagitiorum genera Diſcipulorum ſuorum animos informabat.

Septima Hæreſis eſt *Elceſaitarum*, quæ ita à ſuo Authore *Elceſa*, Arabe, dicta eſt. Legis Moſaicæ cæremonias obſervabant Hæretici *Elceſaitæ*, Chriſtum in ordinem creaturarum cogebant, & Spiritum Sanctum ſexu fœminam, & Chriſti ſororem eſſe delirabant.

Octava Hæreſis eſt *Saturnianorum*, quibus nomen dedit *Saturninus*, ſeu *Saturnilus*, genere Antiochenus, & Hæreſiarchæ *Menandri* Diſcipulus. Mundum non à Deo, ſed à ſeptem Angelis conditum fuiſſe garriebant iſti hæretici, *Saturniani* dicti. Chriſtum Dominum umbratiliter, & ſpecie tenùs duntaxar incarnatum & paſſum eſſe aſſerebant, eumque in terras veniſſe, ut deſtrueret Judæorum DEUM, quem unum è ſeptem Angelis Mundi fabricatoribus eſſe putabant. Nuptias etiam & generationem, tanquam ex doctrina Diaboli profectas execrabantur.

Nona Hæreſis eſt *Baſilidianorum*, cui nomen impoſuit *Baſilides*, genere Alexandrinus. Mundum non à Deo, ſed ab Angelis creatum fuiſſe affirmabant Hæretici Baſilidiani, Angeloſque itidem trecentorum ſexaginta quinque Cœlorum fabricatores eſſe ſtultè ſomniabant. A quavis ſpurcitia nihil labis contrahi dicebant. Animarum transmigrationem Pythagorico ſenſu defendebant. Chriſtum non veram carnem ſuſcepiſſe, & mortem pro Crucifixo non eſſe tolerandam obganniebant, & alios id genus errores obtrudebant.

Decima Hæreſis eſt *Cerdonianorum*, quæ ortum habuit à *Cerdone*, Hæreſiarchæ *Saturni* Diſcipulo. Duos Deos admittebant Hæretici Cerdoniani, bonum unum incognitum & Patrem JEſu Chriſti, & alterum malum, qui hunc mundum aſpectabilem creavit, ac Judæis legem dedit. Hinc vetus Teſtamentum, tanquàm à malo Deo latum ac promulgatum, repudiabant, à nuptiis abhorrebant, ciborum delectum præcipiebant, & carnis reſurrectionem negabant.

Undecima Hæreſis eſt *Marcioniſtarum*, quorum Anteſignanus fuit *Marcion*, patriâ Ponticus, & *Cerdonis* diſcipulus, qui mox memoratos Magiſtri ſui errores acriter defendit, & inſuper docuit, *Cainum*, *Dathanem*, *Abironem*, Sodomitas, atque Nationes omnes, quibus Judæorum DEus ignotus fuit, per illapſum Chriſti ad inferos æternam ſalutem obtinuiſſe; *Abelem* verò, *Abrahamum*, alioſque Patriarchas, & Propheras, quibus innotuit Judæorum DEus, ſalutem non fuiſſe conſecutos.

Duodecima Hæreſis eſt *Appellitarum*, quibus nomen impoſuit *Appelles*, Diſcipulus *Marcionis*. Horumce Hæreticorum Appellitarum præcipuus error in hoc ſitus erat, quòd dicerent, Corpus Chriſti ex Siderum ſubſtantia & Elementorum qualitate coaluiſſe, iiſque tandem in ea, undè accepta erant, reſolutis, Chriſtum in Cœlum, unde venerat, abſque corpore aſcendiſſe.

Decima tertia Hæreſis eſt *Valentinianorum*, quæ ita dicta eſt à *Valentino*, Hæreſiarcha Ægyptio, qui mentem habens paſtam chimæris, finxit triginta *Æones*, ſeu Deos, qui totam Divinitatis plenitudinem conſtituebant, & ex impuris Gnoſticorum lacunis, ex Platone, & Poëtarum Græcorum, *Heſiodi* præſertim, fabulis, Hæreſim conflavit, quâ nullâ unquam fuit figmentis feracior. Ex hoc cœnoſo Hæreſiarchæ *Valentini* gurgite plures prodierunt Sectæ, videlicèt *Secundianorum*, quorum Princeps *Secundus*, Diſcipulus Valentini; *Ptolomaitarum*, quibus nomen fecit *Ptolomæus*, diſcipulus Valentini; *Marcoſiorum*, quorum primipilus fuit *Marcus*, Valentini diſcipulus, qui magicas artes edoctus, philtris utebatur, ut ſibi mulierum amorem conciliaret. Ex Schola etiam Hæreſiarchæ *Valentini* eruperunt Secta *Colobarſiana*, ſic dicta à *Colobarſo*; Secta *Heracleonitarum*, ſeu *Barborianorum*; Secta *Archonticorum*, & Secta *Bardeſanis*, qui, poſtquàm ſingulari eruditione fœdas ac pudendas Hæreſiarchæ *Valentini* fabulas, editis lucubrationibus confutaſſet, eas tandem, inveſtigabili Dei judicio, excepit, ſuoque calculo approbavit.

Decima quarta Hæreſis eſt *Tatiani*, qui licèt de Catholica Religione anteà benè meritus eſſet, ſuâ tamen ſcientiâ plus æquo elatus, impegit in hæreſim, factuſque eſt author Sectæ *Encratitarum*, ſeu *Continentium*, qui nuptias, ceu illicitas, execrabantur, & carnium, vinique uſum prohibebant, undè etiam dicti ſunt *Hydropa-*

rasiæ seu *Aquarii*, quod in sacris peragendis Mysteriis solâ aquâ uterentur, & à vino penitùs abstinerent. Præter illos errores, *Tatianus*, ejusque Sectarii pertendebant, *Adamum*, totius generis humani parentem, non esse salvatum. E *Tatiani* Secta propagatæ sunt aliæ Sectæ, seu Secta *Severianorum*, qui ita dicti sunt à *Severo*, discipulo *Tatiani*, Secta *Apostolicorum*, qui etiam appellati sunt *Apoctatici*, *Saccophori*, eò quòd sacco induti incederent, & nihil in mundo possidere licitum esse dictitarent.

Decima quinta Hæresis est *Montani*, qui sibi, velut Prophetæ, eximium Spiritûs Sancti donum arrogabat, Nuptias prohibebat, & tanquam infames solvebat; tres Quadragesimas observare præcipiebat, & omnibus penè delictis, post Baptismum commissis, veniam ac indulgentiam denegabat. Huic *Montani* Hæresi adhæsit *Tertullianus*, egregius antehàc Catholicæ Fidei defensor. *Montani* discipuli dicti sunt *Cataphryges*, & *Pepuziani*, & ex illius Secta aliæ pullulârunt, nimirùm Secta *Quintillianorum*, qui etiam appellati sunt *Artotyritæ*, quòd pani Eucharistico caseum admiscerent; & Secta *Passaloryncitarum*, seu *Ascadrogitarum*, qui inter orandum nari digitum infigebant.

Decima sexta Hæresis est *Theodoti*, arte Coriarii, qui Christum esse purum hominem blasphemabat. Hujus Sectæ Discipuli vocabantur *Theodotiani*, vel *Alogi*, id est *sine verbo*, quia Evangelium & Apocalypsin *S. Joannis* rejiciebant. In eamdem *Theodoti* Hæresim lapsus est *Artemon*, qui itidem Divinitatem Christi inficiari ausus est.

Decima septima Hæresis est *Melchisedechianorum*, quæ originem habuit à *Theodoro Trapezita*, qui erroribus Magistri sui *Theodoti Coriarii*, addidit, *Melchisedechum* esse virtutem meliorem Christo, indèque ejus discipuli dicti sunt *Melchisedechiani*.

Decima octavâ Hæresis est *Hermogenis*, qui eò desipuit, ut diceret materiam non fuisse à Deo creatam, sed esse Deo coæternam.

Decima nona Hæresis est *Florini*, qui in Marcionitarum Hæresim lapsus, duo suprema Numina, bonum scilicet unum, & malum alterum admisit.

Præter istas Hæreses, quæ Sæculo Ecclesiæ secundo prodierunt, recensetur Schisma Asianorum, qui ritum celebrandi Pascha lunâ decimâ quartâ, in quamcumque diem incideret, juxta Judæorum morem, observabant. Hujus Asianorum Schismatis cùm Romæ, senescente secundo Ecclesiæ Sæculo, *Blastus* reus convictus fuisset, à *Victore*, Romano Pontifice, damnatus est.

Hæreses, & Schismata Tertii Ecclesiæ Sæculi.

Prima Hæresis, quæ tertio Ecclesiæ Sæculo emersit, Authorem habet *Novatianum*, Romanæ Ecclesiæ Diaconum, qui primò contra *S. Cornelium*, verum ac legitimum Romanum Pontificem, Schisma in Ecclesia excitavit, seque Antipapam constituit, ac novam Schismati Hæresim adjunxit, asserendo, Ecclesiam jus & authoritatem non habere lapsis in persecutione veniam indulgendi, & his hominibus, qui, post susceptum Baptismum, in aliquod peccatum prolapsi sunt, omnem penitus ad veniam & reconciliationem aditum esse præcludendum. Hinc originem habuit Secta *Novatianorum*, qui hoc nomen sortiti sunt non à *Novato*, Carthaginensi Presbytero, sed à *Novatiano*, Ecclesiæ Romanæ Diacono; dicti sunt etiam Novatiani Sectarii *Cathari*, seu *Mundi*, quòd se solos labis puros, Pharisæorum more, autumarent.

Altera Hæresis est *Noëtii*, qui *Praxeæ* Hæresim recoxit, asserendo, Patrem æternum esse passum pro nobis. Hinc tam *Praxeæ*, quàm *Noëtii* discipuli dicti sunt *Patripassiani*.

Tertia Hæresis est *Sabellii*, qui *Praxeæ*, & *Noëtii* Hæresim postliminiò revocavit, ac vehementiùs propugnavit, asserendo, in divinis *Patrem*, *Filium*, & *Spiritum Sanctum non esse* tres personas distinctas, sed unam dumtaxat, eamque trinominem, esse personam, quæ prout ingenita est, dicitur *Pater*, prout incarnata, *Filius*, prout sanctificans creaturas, *Spiritus Sanctus* vocatur.

Quarta Hæresis est *Origenis*, qui licèt excellenti ingenio præditus, & præclaris dotibus exornatus, magnâ nominis celebritate olim claruerit, in multos tamen prorupit errores, eâque de causâ Ecclesia in quinta Synodo Generali anno quingentesimo quinquagesimo tertio congregata, ipsum *Origenem*, ejus Opera, atque discipulos illius doctrinæ sequaces, jure optimo damnavit. Confundi tamen non debent celebris istius *Origenis* discipuli cum quibusdam Sæculi tertii Hæreticis, qui *Origenistæ* dicebantur, quique ex infami Gnosticorum cloaca egressi, nuptias damnabant, seque obscœnis voluptatibus conspurcabant.

Quinta Hæresis est *Rebaptizantium*, qui videlicèt baptizatos ab Hæreticis iterùm baptizabant. Hæc tamen doctrina de rebaptizandis hæreticis tertio Ecclesiæ Sæc. nondum hæretica censebatur, ac subindè nec *S. Cyprianus*, Carthaginensis Episcopus, nec alii Episcopi Africani, hujus doctrinæ de rebaptizandis hæreticis licèt patrocinati fuerint, hæreseos insimulari debent, quia Ecclesiæ Romanæ communionem nunquam reliquerunt. At Donatistæ, & Anabaptistæ, qui, post decretorium Ecclesiæ judicium, hanc de rebaptizandis Hæreticis doctrinam obstinatis animis defendebant, jure merito hæretici habiti sunt.

Sexta Hæresis est *Pauli Samosateni*, qui docuit, Christum non extitisse ante *Mariam*, ejus matrem, ac subindè eum non esse Deum, sed purum hominem. *Pauli Samosateni* Discipuli dicti sunt *Paulianistæ*.

Septima

Septima Hæresis *Valesiorum*, quorum non alius referetur error, quàm quòd se eunuchos facerent.

Octava Hæresis est *Nepotis*, Ægyptiaci Episcopi, qui impii *Cerinthi* fabulam de Millenario Christi in terris Regno, deliciis corporeis, & illicitis carnis voluptatibus referto, instauravit.

Nona Hæresis est Manichæorum, cujus Author circa annum ducentesimum septuagesimum septimum fuit *Manes*, qui duo Principia coæterna præstituit, unum bonum, alterum malum. Duas in homine animas esse pertendit, bonam unam, videlicet animam rationalem, quæ esset à bono principio, & alteram malam, seu concupiscentiam carnis vulgò dictam, quæ esset à principio malo, hominemque ab anima bona ad bonum, & à mala anima ad malum necessariò determinari ajebat, sicque liberum hominis arbitrium penitùs exterminabat. Christum veram suscepisse naturam humanam, verèque passum esse negavit. Animarum in corpora migrationem admisit, & nullam futuram corporum resurrectionem docuit. Usum carnium, ceu omnino illicitum, reprobavit. Nuptias damnavit, ac tandem se Paracletum, seu *Spiritum Sanctum* esse, non minùs impiè, quàm arroganter venditabat.

Præter illas Hæreses, quæ tertio Ecclesiæ Sæculo grassatæ sunt, *Felicissimus*, & *Novatus*, Presbyter Carthaginensis, errorem in Africa disseminârunt, asserentes, Christianos, qui lapsi erant in persecutione Deciana, citra satisfactionem, seu pœnitentiam præmissam, absque mora recipi, & veniâ seu reconciliatione donari debere. Sed hunc errorem, utpotè contrarium Ecclesiasticæ Disciplinæ, quæ tum temporis gravem ac diuturnam lapsis in persecutione pœnitentiam imponebat, proscripsit *S. Cyprianus*, Episcopus Carthaginensis, Ecclesiasticæ Disciplinæ sui temporis accerrimus vindex.

Hæreses, & Schismata quarti Ecclesiæ Sæculi.

Prima Hæresis, quæ quarto Sæculo Ecclesiam exagitavit, est *Donatistarum*, quorum dux fuit *Donatus*, qui initio Schisma in Ecclesia Carthaginensi fecit, & posteà condidit hæresim, quæ in Africa longè latèque propagata est, & cujus præcipua errorum capita hæc sunt: In primis, Hæretici Donatistæ dicebant, Ecclesiam, toto orbe diffusam, defecisse ac penitùs periisse, veramque Ecclesiam in sola Africæ *Donati* parte remansisse. Hinc Baptismum à Catholicis, quos impuros meretricis Ecclesiæ Ministros appellabant, collatum, nullum & irritum esse affirmabant, omnesque Consecrationes, Unctiones & Ordinationes, ab iisdem Catholicis factas, tanquam omninò invalidas, respuebant. Institutum Monasticum aversabantur. Rebaptizandos esse illos, qui priùs ab hæreticis fuerant baptizati, mordicùs propugnabant. Denique, solos bonos, seu electos in Ecclesiâ esse ajebant, malos verò, seu reprobos, ab illius sinu arcebant. Hæc Donatistarum Secta in plures alias divisa est, videlicèt *Urbanistarum*, *Claudianistarum*, *Rogatistarum*, & *Maximianistarum*.

Altera Hæresis est *Arii*, ex Lybia oriundi, & Ecclesiæ Alexandrinæ Presbyteri, qui sacrilego ore protulit, Filium Dei non esse Patri æterno consubstantialem, sed esse puram naturam, ex non extantibus factam, fuisseque tempus quando non erat. Hæc virulenta *Arii* hæresis latè diffusa est, ac diu multùmque afflixit Ecclesiam. Duæ Sectæ ex illa Hæresi *Arii* promanârunt, scilicet Secta *Anomæorum*, qui erant puri putique Ariani, & Filium Dei Patri æterno in substantia dissimilem esse impiè asserebant; & Secta *Semi-Arianorum*, qui Filium Dei Patri æterno per omnia similem esse fatebantur, sed Patri æterno consubstantialem esse, sicut juxta avitam Fidem docebant Catholici, profiteri detrectabant.

Tertia Hæresis est *Aërianorum*, sic dicta ab *Aërio*, qui dolens, quòd Episcopatum non esset adeptus, simplices Presbyteros Episcopis æquavit. Inutile esse docuit orare, vel Sacrificium offerre pro defunctis, & stata jejunia ab Ecclesia indicta, & ab omnibus observari solita, hæretico afflatus spiritu improbavit.

Quarta Hæresis est *Macedonianorum*, cujus author fuit *Macedonius*, Episcopus Constantinopolitanus, qui Spiritus Sancti divinitatem negavit, eumque esse creaturam, & unum ex administris Spiritibus asserere non erubuit, indèque omnium *Pneumatomachorum* dux fuit appellatus.

Quinta Hæresis est *Photinianorum*, quæ hoc nomen traxit à *Photino*, Sirmiensi Episcopo, qui *Arii*, & *Sabellii* pestiferas Hæreses recoxit, & cum *Ario* dixit, Christum Dominum ex *Maria* habuisse initium, eumque merum hominem; cum *Sabellio* verò docuit, nullam esse Verbi Divini, aut Spiritûs Sancti personam, sed unam dumtaxat Patris, Filii, & Spiritûs Sancti personam esse admittendam, ac proinde, Deum esse trinum in personis inficias ivit.

Sexta Hæresis est *Apollinaristarum*, qui sic dicti sunt ab utroque *Apollinario*, Patre nimirùm, Ecclesiæ Laodicenæ Presbytero, & Filio, ejusdem Ecclesiæ Lectore. Horumce Hæreticorum palmaris error in hoc situs erat, quod docerent, Christum sumpsisse quidem è *Maria* corpus, sed sine anima, cujus vicem à Verbo Divino suppleri, cum Hæresiarcha *Ario*, affirmabant. At, hunc errorem abdicantes, in alium non minùs absurdum proruperunt, dicentes, Christum ex MARIA sumpsisse Animam, sed mente destitutam, Verbumque Divinum ei fuisse mentis loco. Posteà, sibi parum constantes, asseruerunt, Verbum Divinum è Cælo corpus attulisse, illudque per uterum Virginis,

ginis, tanquam per tubum & canalem, transiisse. Unicam in Christo admittebant naturam, scilicet Divinam, indéque appellati sunt *Sinusiastæ*. Denique, præter alios errores, nonnulli Appollinaristæ, Virginitatem *Mariæ*, post partum Christi, negabant, eamque liberos genuisse blaterabant.

Septima Hæresis est *Priscillianistarum*, quæ ex Gnosticorum, Manichæorum, aliorumque Hæreticorum erroribus conflata Parentem habet *Priscillianum*, natione Hispanum. Admittebant illi Hæretici duo principia, bonum unum, & alterum malum. Trinitatem personarum in Deo negabant. Christum esse Deum, veramque carnem suscepisse inficiabantur. Nuptias exhorrebant. Carnis resurrectionem explodebant, denique, ut cæteros eorum errores prætermittam, in suis nocturnis Conventibus, quos cum turpibus fœminis agebant, nudi orare solebant, & ad suas turpitudines occultandas, licitum sibi esse putabant mendacia ac perjuria proferre.

Octava Hæresis est *Audianorum*, seu *Anthropomorphitarum*, cujus Author fuit *Audeus*, Syrus è Mesopotamia oriundus, qui crassiori & imperitiori modo hæc Scripturæ Sacræ verba: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram* interpretatus, Deo membra & formam humanam affinxit.

Nona Hæresis est *Antidicomarianitarum*, qui sic appellati sunt quòd docerent, *Mariam*, postquàm peperisset Christum Dominum, virginitatis suæ jacturam fecisse, eamque ex carnali cum *Josepho* congressu liberos genuisse.

Decima Hæresis est *Collyridianorum*, qui sic cognominati sunt, quòd B. Virginem Dei-param colerent tanquam Deam, & in ipsius honorem collyridem panis per mulieres offerrent.

Undecima Hæresis est *Messalianorum*, qui etiam dicti sunt *Euchetæ*, & *Enthusiastæ*. Hi Hæretici, dimissis omnibus suis facultatibus, & neglecto labore manuum, soli orationi vacabant, asserentes, eum, qui semel per Orationem recepit Spiritum Sanctum, nec jejunio, nec corporis mortificatione opus habere, quia per adventum Spiritûs Sancti fugatur diabolus, corpus à perturbationum motibus, & anima ab omni ad deteriora propensione actutùm liberatur. Hinc isti Hæretici somnio sese dedentes, somniorum imagines divinum afflatum vocitabant.

Præter istas Hæreses, quæ Sæculo quarto caput in Ecclesia extulerunt, quædam etiam oborta sunt Schismata, quæ breviter hic indicabo.

Primum Schisma circà annum trecentesimum undecimum Donatistæ in Africa excitârunt. Postquàm enim *Mensurius*, Episcopus Carthaginensis, è vita migrâsset, *Cæcilianus* in ejus locum suffectus est, quod ægrè ferentes Donatistæ, convocato Conciliabulo, *Cæcilianum* damnârunt, & *Majorinum* ordinârunt Episcopum Carthaginensem. Ab hac itaque *Majorini* ordinatione exordium habuit funestum illud Schisma in Ecclesia Africana à Donatistis excitatum, quod etiam sub finem sexti Ecclesiæ Sæculi, trecentis videlicèt ferè annis à *Majorini* Ordinatione, adhùc per Africam vigebat, sicut testatur in pluribus suis Epistolis *S. Gregorius M.* Pontifex Maximus.

Alterum Schisma, sub initium Sæculi quarti exortum, auctorem habuit *Meletium*, Episcopum Lycopolitanum, qui multiplicis sceleris convictus, à *Petro*, Patriarcha Alexandrino, in Synodo Episcoporum è sua Sede dejectus est. Huic Sententiæ morem non gessit *Meletius*, sed excusso planè obedientiæ jugo, in *Petrum*, Patriarcham Alexandrinum, aperto Marte insurrexit, seque novum in Ægypto Patriarcham ostentavit, ac varios consecravit Episcopos. Verùm, istud *Meletii* Schisma anno trecentesimo vigesimo quinto fuit omninò extinctum in Concilio Generali Nicæno, in quo Patres canone sexto sanxerunt, solum Patriarcham Alexandrinum per Ægyptum, Lybiam, & Pentapolim juribus ac privilegiis Patriarchicis potiri debere, eique soli jus ordinandi Episcopos assertum esse.

Tertium Schisma quarto jam adulto Sæculo in Ecclesia Antiochena conflavit *Lucifer*, Calaritanæ Ecclesiæ in Sardinia Episcopus, Fidei Nicænæ, & *S. Athanasii* acerrimus licèt defensor. Imperante siquidem *Juliano*, Apostata, è suo exilio redux *Lucifer Calaritanus* venit Antiochiam, ubi reperit Catholicos duas in partes distractos. Alii quippè adhærebant *Meletio*, Episcopo Antiocheno, alii Catholici à *Meletii* communione erant divulsi, eo solo nomine, quod *Meletius*, etsi Fidem Catholicam profiteretur, fuerat tamen ab Arianis electus & ordinatus Episcopus Antiochenus. Volens itaque *Lucifer Calaritanus* Catholicos Ecclesiæ Antiochenæ, in duas factiones scissos, conciliare, Presbyterum *Paulinum* in parte Catholica consecravit Episcopum Antiochenum, sicque in parte Catholica Ecclesiæ Antiochenæ duo fuerunt Episcopi, *Meletius* videlicèt, & *Paulinus*, indéque inter Catholicos ejusdem Ecclesiæ luctuosum enatum Schisma, quod prorogatum est usque ad finem quarti Sæculi, seu usque ad annum trecentesimum nonagesimum octavum, quo *Flavianus* in parte Catholica solus remansit Episcopus Antiochenus, & in communionem Romani Pontificis, & Episcoporum Occidentalium receptus est.

Quartum Schisma quarto Ecclesiæ Sæculo invexit *Ursicinus* S. R. E. Diaconus, qui anno trecentesimo octogesimo quarto contra *Damasum*, legitimum Romanum Pontificem ordinatum, tumultus excivit, Sedem Pontificiam invasit, ac multos è Clero, Populóque Romano in suas partes traxit. Sed Româ expulsus Antipapa *Ursicinus* cùm novas turbas meditaretur, & invadendæ denuò Romanæ Sedis consilia iniret, Imperator *Gratianus*, rogatus ab Episco-

Episcopis tam Synodi Romanæ, quàm Synodi Aquilejensis, ut suâ auctoritate huic Schismati finem imponeret, & tumultuantem Pseudo-Pontificem *Ursicinium* in ordinem cogeret, *Gratianus*, inquam, Imperator, tot Orthodoxorum Antistitum votis annuens, intrusum *Ursicinium* perpetuo exilio mulctavit, & *Damasum*, legitimum Pontificem, Romanæ Sedis pacificum possessorem reddidit.

Hæreses, & Schismata quinti Ecclesiæ Sæculi.

Prima Hæresis est *Pelagianorum*, qui ita dicti sunt à *Pelagio*, Monacho è Britannia oriundo, qui peccatum Originale, ejusque propagationem ad posteros Adami pernegabat, indéque inferebat, parvulos decedentes absque Baptismo æternæ damnationi non esse obnoxios. Gratiam intuitu meritorum dari, & ad quodcumque bonum opus eliciendum sat superque, absque divinæ gratiæ præsidio, sufficere congenitas liberi arbitrii vires pertendebat. Denique docebat, hominem solis liberi arbitrii viribus ad eum perfectionis statum provehi posse, in quo impeccabilis esset. Duos in his contra Divinam Gratiam disseminandis erroribus præcipuos discipulos, *Cœlestinum* videlicèt & *Julianum*, habuit Hæresiarcha *Pelagius*.

Altera Hæresis est *Semipelagianorum*, quæ in Africa in Monasterio Adrumetino enata Pelagianæ Hæreseos Appendix & infaustus surculus fuit. Asserebant Hæretici Semipelagiani, Gratiam ad initium Fidei & bonorum Operum non esse necessariam; Deum non magis velle Electorum, quàm Reproborum salutem; Perseverantiam non esse singulare Dei donum, & Electorum prædestinationem non fieri secundùm propositum Dei, sed ex eorum prævisis meritis, etiam in parvulis, qui post susceptum Baptismum statim moriuntur, pendere volebant. Denique, Doctrinam Sancti *Augustini de Gratia & libero arbitrio*, tanquam novam, ac nimis duram repudiabant.

Tertia Hæresis est *Nestorii*, Episcopi Constantinopolitani, qui verbi Divini unionem hypostaticam negavit, ac subinde Deum verè natum, crucifixum ac mortuum esse. Docuit insuper, *B. Mariam* non esse Matrem Dei, sed dumtaxat Matrem Christi, duosque in Christo distinxit Filios, quorum unus esset Filius Dei ab æterno genitus, & consubstantialis æterno Patri; alter verò Filius ex *Maria* natus, qui tantùm gratiâ & adoptione Filius Dei esset.

Quarta Hæresis est *Eutychetis*, Presbyteri Archimandritæ, seu Abbatis cujusdam Monasterii Constantinopolitani. Hic in oppugnanda Nestoriana Hæresi nimio æstu abreptus, in aliam è diametro oppositam Hæresim impegit, & Divinam, humanamque naturam in Christo post incarnationem promiscuè confundens, unicam in Christo admisit naturam, videlicèt *Divinam*, à qua ajebat fuisse absorptum quidquid in Christo apparebat humanum.

Quinta Hæresis est *Helvidii*, qui *B. Mariæ* Virginitatem post partum negavit, eamque ex carnali cum *Josepho* congressu filios procreâsse blaterabat. Nuptias etiam plus æquô extollebat, & continentiam atque Virginitatem aversabatur.

Sexta Hæresis est *Joviniani*, Monachi, qui, non secùs ac *Helvidius*, virginitati ac continentiæ Bellum indixit. Meritorum in hac vita, sicut & præmiorum quæ Deus in altera vita justis retributurus est, inæqualitatem negavit. Peccata paria itidèm esse docuit, & ad crapulam atque libidinem, teste *S. Hieronymo*, homines provocavit.

Septima Hæresis est *Vigilantii*, qui Sacrarum Reliquiarum cultum, Sanctorum invocationem, eorumque miracula impugnavit. Vigilias & pernoctationes in Basilicis Martyrum à Fidelibus olim celebrari solitas sugillavit. Jejunia ab Ecclesia indicta, Clericorum cælibatum, Virginitatem, & Monasticum Institutum improbavit.

His Hæresibus, quæ quinto Ecclesiæ Sæculo proruperunt, addunt nonnulli aliam Hæresim, seu *Prædestinatianorum*, qui, sublato libero hominis arbitrio, omnia præpotenti gratiæ Divinæ tribuebant. At licèt verosimile sit, extitisse in quinto Ecclesiæ Sæculo quosdam obscoros, & crassioris Minervæ viros, qui, extincto libero hominis arbitrio, omnia Gratiæ accepta referebant, & perversas de Electorum Prædestinatione, & de morte Christi pro salute hominum opiniones imbiberant, & idcircò *Prædestinatiani* appellabantur, hi tamen rudioris intelligentiæ homines, pauci admodùm fuerunt, nec unquam in Sectam coaluerunt.

Præter istas Hæreses, quæ quinto Sæculo sinum Ecclesiæ viperino dente proscinderunt, duo eodem Sæculo enata sunt Schismata, quæ hic subjicio.

Primum Schisma, quod quinto Ecclesiæ Sæculo erupit, Authorem habuit *Eulalium*, S. R. E. Archidiaconum, qui contra *Bonifacium* hujus nominis *I.* legitimè electum & ordinatum Pontificem Romanum, irrepsit in Sedem Pontificiam, eamque, ut Antipapa, occupavit. At, Imperator *Honorius*, supplici Cleri Romani libello de *Bonifacii* legitimâ Electione certior factus, intrusum Pontificem *Eulalium* Româ expelli jussit, & ad *Symmachum*, Urbis Præfectum, scripsit, ut *Bonifacius* in Urbem restitueretur, &, tanquam Romanus Pontifex legitimè electus, ab omnibus susciperetur.

Alterum Schisma eodem quinto Ecclesiæ Sæculo excitavit *Celius Laurentius*, *S. Praxedis* Archipresbyter, qui, procurante *Festo*, Senatore Romano, effusis pecuniis, in Antipapam electus est contra *Symmachum*, qui anno quadringentesimo nona-

gesimo octavo legitimè electus & ordinatus est Pontifex Romanus. Litem quidem *Symmacho* adjudicavit *Theodoricus*, Rex Italiæ, Secta licèt Arianus, sed *Cælius Laurentius*, Antipapa, Ecclesiam turbare non desiit, & unà cum aliquibus è Clero, ac Senatu Romano, *Symmachum*, verum Pontificem Romanum, multorum criminum accusavit, à quibus tamen *Symmachus*, Pontifex Maximus, in Concilio *Palmari* anno quingentesimo tertio plenè purgatus, innocens & verus Pontifex Romanus declaratus est. *Cælius* verò *Laurentius*, tanquàm Pseudo-Pontifex, & Schismatis author ac fautor, rejectus & damnatus fuit.

Hæreses, Controversiæ & Schismata, quæ sextum Ecclesiæ Sæculum funestârunt.

Prima Hæresis est *Incorrupticolarum*, cui initium dedit *Julianus*, Halicarnassensis Episcopus, & Hæreticus Eutychianus. Asserebant illi Hæretici (qui etiam *Phantasiasta*, & *Aphthardoceta*, appellati) corpus Christi à momento Conceptionis incorruptibile fuisse, & non verè, sed tantùm specie tenùs, famem, sitim, aliasque id genus affectiones in terris passum esse.

Altera Hæresis est *Agnoëtarum*, qui, præter Eutychianam Hæresim, quâ erant infecti, docebant, Christum ignorasse diem supremi judicii. Hæc Hæresis Authorem habuit *Themistium*, Ecclesiæ Alexandrinæ Diaconum.

Tertia Hæresis est *Joannis Philoponi*, qui, cum Eutychianis unicam in Christo naturam, seu Divinam, admisit, & cum Arianis tres in Patre, Filio, & Spiritu Sancto voluit esse naturas, indèque ejus Sectarii dicti sunt *Tritheïta*, qui etiam negabant resurrectionem corporum.

Quarta Hæresis est *Acæmetarum* Monachorum, qui in *Nestorii* Hæresim lapsi sunt, negantes, *unum de Trinitate incarnatum & in carne passum esse, atque Beatam Mariam Virginem verè & propriè Dei Genitricem esse.*

Præter illas Hæreses, quæ sexto Ecclesiæ Sæculo prodierunt, tres eodem Sæculo obortæ sunt Controversiæ, quæ graves in Ecclesia tumultus excitârunt, quasque hìc breviter referam.

Prima Controversia spectat Doctrinam *Origenis*, quam multi ab omni errore vindicare satagebant, alii verò pluribus erroribus Opera Origenis scatere clamitabant. Huic Controversiæ, quæ haud parùm afflixit Ecclesiam, finem tandem imposuit quinta Synodus Generalis anno DLIII. habita, in qua damnatus est *Origenes*, ejusque Opera proscripta.

Altera Controversia versabatur circà hanc Propositionem; *Unus è Trinitate in carne passus est*, quam propositionem pro aris ac focis tutabantur Monachi Scythæ contra Monachos dictos *Acæmetas*, à quibus in suspicionem Eutychianæ Hæreseos vocabantur. Sed hanc Controversiam diremit *Joannes II.* Summus Pontifex, qui prædictam Propositionem, à Monachis Scythis assertam, approbavit, & Catholicam declaravit, atque Monachos Acæmetas, qui Eutychianæ Hæreseos notam Monachis Scythis perperàm affingebant, damnavit, quam Summi Pontificis definitionem confirmârunt posteà Synodus quinta Generalis Canone X. & Concilium Lateranense sub *Martino I.* Canone II.

Tertio Controversia, eaque gravissima, sita erat in Disputatione *Trium Capitulorum*, videlicèt an damnari deberent persona & Scripta *Theodori Mopsvesteni*, Scripta *Theodoreti* contra *S. Cyrillum*, Episcopum Alexandrinum, & Epistola *Iba* ad *Marim* Persam. Hanc *de tribus Capitulis* Controversiam, quæ graves in Ecclesia excitavit tragœdias, sedulò excusserunt Patres quintæ Synodi Generalis, ac tandem, post maturum ac diuturnum examen damnârunt *Tria Capitula*, seu personam, & Scripta *Theodori Mopsvesteni*, *Scripta Theodoreti contra S. Cyrillum*, & *Epistolam Iba ad Marim Persam*. Occasione istius Controversiæ de *Tribus Capitulis* ortum est eodem Sæculo sexto Schisma, cujus præcipui Authores fuerunt Venetiarum & Istriæ Episcopi, qui *Trium Capitulorum* defensionem acriter susceperunt, eo potissimùm nomine, quòd sibi persuaderent, quintam Synodum Generalem, in qua Scripta *Theodoreti*, & *Iba* proscripta fuerant, esse contrariam Oecumenico Concilio Chalcedonensi, in quo *Theodoretus*, & *Ibas*, post damnatum *Nestorium*, tanquàm Orthodoxi fuerant à Patribus recepti. Verùm postquàm illi Episcopi, istius Schismatis Authore, compertum ac exploratum habuerunt, Synodum quintam Generalem in damnatione *Trium Capitulorum* non esse contrariam Oecumenico Concilio Chalcedonensi, avulso, inquam, illo dubio, quod ipsorum animis altè insidebat, extincto Schismate, ad unitatem Catholicæ, seu Romanæ Ecclesiæ, redierunt.

Denique, sexto Ecclesiæ Sæculo duo alia proruperunt Schismata, quorum primi author fuit *Dioscorus*, Diaconus, qui contra *Bonifacium II.* legitimum Pontificem Romanum, se Anti-Papam constituit. Sed, eo post aliquot hebdomadas morte prærepto, Schisma extinctum est. Alterum Schisma induxit *Vigilius*, qui ambitione abreptus, vivente adhuc *S. Silverio*, legitimo Pontifice Romano, Sedem Pontificiam invasit. Mortuo autem in exilio *S. Silverio*, vero Pontifice, Clerus Romanus, Ecclesiasticæ pacis & unitatis studio permotus, *Vigilii* Pontificatui consensit, & illum, quem antehàc, velut Pseudo-Pontificem execrabatur, legitimis habitis Comitiis, verum ac supremum totius Ecclesiæ Pastorem declaravit.

Hæreses, quæ Sæculo Ecclesiæ septimo originem habuerunt.

Prima Hæresis est *Paulicianorum*, qui admittebant cum Manichæis duo Principia, bonum

bonum unum, & alterum malum. Divinam Mariæ Virginis Maternitatem, & præsentiam realem corporis, & sanguinis Christi in augustissimo Eucharistiæ Sacramento negabant, omnem Cruci Christi Domini venerationem adimebant, mendacium, & Religionis simulationem licitam esse affirmabant, & in omne spurcitiæ genus effusi, sese nefandis libidinum monstris turpiter fœdabant.

Altera Hæresis est ***Monothelitarum***, qui, tanquam mali surculi, ex infecta Entychianorum stirpe pullularunt. Dicti autem sunt ***Monothelitæ***, quòd exclusâ operatione & voluntate humanâ, unicam dumtaxat in Christo esse voluntatem, & operationem, seu Divinam, profiterentur. Huic Monothelitarum Hæresi impensiùs faverunt duo Imperatores, ***Heraclius*** videlicèt & ***Constans***, qui, promulgatis Edictis, novum huic Hæresi robur addiderunt, ejusque in Oriente propagationi funestam occasionem dederunt.

Prodiit eodem Sæculo septimo impia Secta ***Mahumetis***, qui librum publicavit dictum ***Alcoranum***, complectentem Sectæ Mahometanæ Legem, & à capite ad calcem næniis, fabulis, antilogiis & erroribus scatentem. Quidquid verò rectum & rationi consonum habet prædictus liber, id totum ***Mahumetes*** hausit è veteris ac Novi Testamenti Historia, quam tamen multis Rabbinorum, seu Talmudistarum, & Medrashitarum nugis, ex impuris Gnosticorum Evangeliis, & ex pestilenti doctrina Arianorum, Sabellianorum, Manichæorum, aliorumque ejusdem furfuris Hæreticorum crassis excerptis erroribus turpissimè fœdavit, cùmque esset ***Mahumetes*** insignis impostor, & effræni admodùm libidini deditus, Sectariis suis polygamiam licitam reddidit, eisque post hanc vitam promittit beatitudinem omnibus carnalibus deliciis affluentem, & positam in expletione libidinis & gulæ, & in obscœnis sensuum voluptatibus, quibus affatim potientur.

Hæreses, quæ ex orco prodierunt Sæculo Ecclesiæ octavo.

Prima Hæresis est ***Iconoclastarum***, qui ita dicti sunt, quòd Christi & Sanctorum Imagines nullo cultu, nullâ veneratione dignas impiè assererent, eas dilacerarent, conculcarent, comburerent, atque in eos, qui sacris illis Imaginibus aliquem cultum exhibebant, atrociter sævirent. Hanc ***Iconoclastarum*** Hæresim latè in Oriente Sæculo octavo propagârunt duo scelesti Imperatores, eâdemque peste infecti, videlicet ***Leo Isaurus***, ejusque filius ***Constantinus Copronymus***. Eadem etiam Iconoclastarum Hæresis Sæculo Ecclesiæ nono sub Orientis Imperatoribus ***Leone Armeno***, ***Michaële Balbo***, & ***Theophilo*** graves iterùm turbas & persecutiones in Catholicos, Sacrarum Imaginum cultores, excitavit.

Altera Hæresis procusa est à ***Felice***, Urgellitano Episcopo, & ***Elipando***, Toletano Antistite, qui docuerunt, Christum, secundùm humanam naturam assumptam, non esse Filium Dei naturalem, sed adoptivum, id est, Christum, quâ parte homo est, esse dumtaxat Filium Dei adoptione, non naturâ, sicque renovabant Hæresim ***Nestorii***, duas in Christo personas constituentis, seu duos in Christo distinguentis Filios, quorum unus ab æterno genitus, naturâ esset Filius Dei, alter verò in tempore ex ***Maria*** genitus, adoptione tantùm & gratiâ esset Filius Dei. Hanc Hæresim duo illi Antistites, ***Felix***, & ***Elipandus*** ejurârunt, cum hoc tamen discrimine, quòd certum sit, ***Elipandum***, Toletanum Episcopum, ad gremium Catholicæ Ecclesiæ reversum, piè mortuum fuisse; ***Felicem*** verò, Urgellitanum Antistitem, post istius hæresis palinodiam decantatam, denuò, instar canis, ad vomitum rediisse, & in eadem hæresi mortuum fuisse, testetur ***Ado*** in suo Chronico.

Denique, Sæculo octavo duo exorti sunt Hæretici, ***Adalbertus***, natione Gallus, & ***Clemens***, genere Scotus, qui populum diversis erroribus seducebant. Prior, seo ***Adalbertus***, se Apostolum esse jactitabat, capillos, atque ungulas suis populis, ceu Sacras Reliquias, exhibebat, & sub obtentu Angelorum, dæmones invocabat. Alter vero, seu ***Clemens***, Sanctorum Patrum Scripta respuebat, Conciliorum Acta ac Decreta parvi faciebat, & insuper docebat, Christum Dominum ad Inferos descendentem, pios & impios simul indè abstraxisse.

Hæreses, Controversiæ, & Schismata, quæ nono Ecclesiæ Sæculo eruperunt.

Prima Hæresis est ***Claudii***, Taurinensis Episcopi, qui extinctam ***Vigilantii*** Hæresim innovavit, negando videlicet Crucis Christi Domini, & Sacrarum Reliquiarum venerationem, Sanctorum cultum, & invocationem. Docuit etiam, sacras ad limina Apostolorum peregrinationes esse planè inutiles.

Altera Hæresis est ***Joannis Scoti Erigenæ***, qui circa necessitatem Gratiæ, & Electorum prædestinationem, quam juxta Pelagianorum Hæresim explicabat, varios profudit errores, & præludens Hæresi ***Berengarii***) qui Sæculo Ecclesiæ undecimo ***Sacramentariorum*** parens fuit) docuit, Sacro-Sanctam Eucharistiam non continere verè & realiter Corpus, & Sanguinem Christi, sed eam esse dumtaxat memoriam & figuram Corporis & Sanguinis Christi.

Eodem nono Ecclesiæ Sæculo quatuor obortæ sunt controversiæ, quas hic singillatim referam.

Prima Controversia fuit circà modum existendi Corporis Christi in augustissimo Eucharistiæ Sacramento. ***Paschasius Radbertus*** asserebat, Corpus Christi in Eucharistiæ Sacramento esse illud idem, quod ex ***Maria*** Virgine natum, & in cruce passum est,

est. Id autem ex adverso negabant *Ratramnus*, *Rabanus*, & alii. Verùm, hæc controversia in pugna tantùm verborum sita erat, & concors omnium in doctrina de reali præsentia Corporis & Sanguinis Christi in Eucharistiæ Sacramento sententia. At enim, *Paschasius Radbertus* hoc unum dumtaxat volebat, quod Corpus Christi in Eucharistiæ Sacramento esset illud idem, quod ex Maria Virgine natum, & in Cruce passum est, quantùm ad substantiam, & veræ naturæ proprietatem, idque ultrò fatebantur *Rabanus*, *Ratramnus*, & alii, qui solùm negabant, Corpus Christi in Eucharistia esse illud idem, quod ex *Maria* Virgine natum, & in Cruce passum est, quantùm ad aliquas affectiones merè accidentales, putà extensionem & motum localem, visibilitatem, tangibilitatem, divisibilitatem, mensurabilitatem, & impenetrabilitatem, quæ omnia non conveniunt Corpori Christi in Eucharistiæ Sacramento, & tamen conveniebant Corpori Christi, quatenùs ex Maria Virgine natum, & in Cruce passum est, indèque inferebant, Corpus Christi in Eucharistiæ Sacramento non esse illud idem, quod ex Maria Virgine natum, & in Cruce passum est. Hæc igitur Controversia non in aliqua Dogmatis de reali præsentia Corporis & Sanguinis Christi in Eucharistiæ Sacramento diversitate, sicut effutiunt moderni Hæretici, sita erat, sed tantùm in diverso loquendi modo, quem circa modum existendi Corporis Christi in Eucharistiæ Sacramento usurpàrunt Catholici noni Sæculi Scriptores.

Altera Controversia spectat *Gottescalchum*, Monachum, cujus doctrinam circà Gratiam, Prædestinationem, liberum hominis arbitrium, & mortem, quam Christus passus est pro salute hominum, tanquàm Hæreticam, perstrinxit *Hincmarus*, Remensis Archiepiscopus, & ut talem in quibusdam Conciliis damnandam curavit. Sed doctrinam *Gottescalchi* multi Scriptores Catholici non solùm noni Sæculi, sed etiam posteriorum temporum ad hanc usque ætatem ab hæresi vindicàrunt. Quò fit, ut in hac controversia de doctrina *Gottescalchi* nihil certi hinc indè pronuntiare audeam, sed Historici partes agens, causam intactam relinquam.

Tertia Controversia in hoc sita erat, *an dicenda esse trina Deitas?* Repugnabat *Hincmarus*, Remensis Archiepiscopus, qui hæc verba: *Te trina Deitas*, ex Hymno Martyrum expungi jussit. Sed *Trinam Deitatem* dici posse asserebant *Gottheschalcus*, & *Ratramnus*, quorum causam meliorem fuisse, quàm *Hincmari*, patet ex judicio Ecclesiæ, quæ in Hymno Festi Corporis Christi, qui incipit: *Sacris Solemniis*, ubique canit: *Te Trina Deitas, unaque poscimus &c.*

Quarta Controversia mota est circà modum, quo Corpus Christi prodiit ex Virgine *Maria*, communine viâ, an singulari? *Ratramnus*, Monachus, ajebat Christum nascendo vulvam *B. Mariæ* Virginis aperuisse, citra tamen illius virginitatis jacturam. At, *Paschasius Radbertus* hanc malè sibi cohærentem *Ratramni* doctrinam confutavit, & ostendit, Corpus Christi viâ quidem communi ex utero *B. Mariæ* Virginis prodiisse in lucem, sed non communi modo, i. e. aperiendo vulvam, cùm semper clausum in Maria manserit Virginale sigillum.

Præter has Hæreses & Controversias, quæ Sæculo nono Ecclesiam vexàrunt, funestum Schisma *Photius*, Patriarcha Constantinopolitanus, excitavit, eoque Ecclesiam Græcam, seu Orientalem, à communione Ecclesiæ Latinæ, seu Occidentalis, divulsit.

Sæculum Ecclesiæ decimum, quod sui asperitate ac boni sterilitate ferreum, mali ubique exundantis deformitate plumbeum, atque Scriptorum inopiâ obscurum appellat Baronius, Sæculum, inquam, decimum nullis (quod sanè Dei ergà suam Ecclesiam beneficium fuit) Hæresum, Schismatum & errorum monstris fuit fœdatum, atque in eo avita, puráque Ecclesiæ Catholicæ Fides, in maxima licèt morum Cleri ac populi corruptela, tanquam lilium inter spinas, illibata & intemerata permansit.

Hæreses & Schismata quæ Sæculo undecimo Ecclesiam exagitàrunt.

Prima Hæresis, quæ Sæculo Ecclesiæ undecimo graves tumultus excitavit, parentem habuit *Berengarium*, Archidiaconum Andegavensem, qui inter cæteros, quos profudit errores, palàm inficiatus est realem Corporis & Sanguinis Christi in Eucharistiæ Sacramento præsentiam, & conversionem substantiæ panis & vini in substantiam ejusdem Corporis & Sanguinis Christi Domini. Docuit insuper, parvulos non esse baptizandos, sed tantùm adultos, & licitam cum omnibus fœminis scortationem esse putavit. Ab his tamen erroribus *Berengarius*, post varios casus ac lapsus, tandem aliquandò resipuit, & ad meliorem frugem ac sinceram pœnitentiam conversus, Catholicam Fidem constanter usque ad mortem professus est, & in sinu Catholicæ, seu Romanæ Ecclesiæ, obiit.

Altera Hæresis est recentiorum quorumdam Manichæorum, quæ in Galliarum Regno detecta est, & cujus Sectarii docebant, Christum de Virgine Maria non esse natum, neque pro hominibus passum, neque à mortuis resurrexisse. Negabant insuper cultum Sanctorum, necessitatem bonorum operum, Baptismum delere peccata, & consecrationem Corporis & Sanguinis Christi fieri per Consecrationem Sacerdotis. Postremò, nocturna Conventicula agebant, in quibus promiscuam libidinem, extinctis luminaribus, exercebant, & occurrentem matrem aut sororem indiscriminatim constuprabant, & infantes ex illis spurcissimis concubitibus procreatos comburebant, eorumque cineribus ad nefanda suæ Sectæ peragenda Mysteria utebantur.

Tertia Hæresis est *Bogomilorum*, qui, Duce quodam

quodam *Basilio*, Medico, multos in Oriente disseminarunt errores. Vetus Testamentum, tanquam à malo principio conditum cum Manichæis rejiciebant, unam duntaxàt in Deo personam cum Sabellianis admittebant, DEO humanam formam tribuebant. Christum non verè, sed simulatè mortuum fuisse garriebant, Crucem despiciebant, Imaginum cultum Idololatriam appellabant, dæmones invocabant & colebant, Missæ Sacrificium execrabantur, & alia id genus errorum monstra proferebant, quæ *Alexius Comnenus*, Orientis Imperator, statim ac comperta habuisset, non solùm *Basilium*, hujus Sectæ Principem, sed etiam multos illius discipulos, in Hæresi pervicaces, vivos exuri jussit.

Quarta Hæresis authorem nacta est *Roscelinum*, natione Brittonem, seu Aremoricum, Canonicum Compendiensem, & præceptorem *Abælardi*. Præcipuus illius error fuit circa Mysterium Sanctissimæ Trinitatis. Asserebat quippè, tres personas esse tres res ab invicem separatas, sicut sunt tres Angeli, aut tres animæ, tresque Deos verè dici posse, si usus admitteret.

Præter illas Hæreses, quæ Sæculo undecimo enatæ sunt, *Michael Cerularius*, Patriarcha Constantinopolitanus, Photianum Schisma eodem Sæculo, seu anno millesimo quinquagesimo tertio, innovavit, in Ecclesiam Latinam graves calumnias congessit, plura accusationis Capita commentus est, & Ecclesiam Græcam, seu Orientalem, à Communione Ecclesiæ Latinæ separavit, Græcosque omnes induxit, ut illos errores, quibus etiamnum adhærent, videlicèt de Processione Spiritus Sancti à solo Patre, de Missæ Sacrificio non celebrando in pane azymo, sed fermentato, de dilatione Beatitudinis usque ad supremum judicii diem, contra Purgatorium, & Primatum Romani Pontificis, aliosque ejusmodi errores apertè, magnoque animorum æstu propugnarent.

Denique, Sæculo undecimo occasione motæ Controversiæ *De Investituris*, quas, per Annuli, & Baculi Pastoralis traditionem, sibi in electione Episcoporum & Abbatum, renuentibus Romanis Pontificibus, Imperatores, & Principes Laici arrogabant, *Henricus*, Rex Germaniæ, hujus nominis *IV.* inter Imperatores verò *III.* Schisma te divisit Ecclesiam, & *Geibertum*, Ravennatem Archiepiscopum, creavit Antipapam dictum *Clementem Tertium*, eumque contra *Gregorium VII.* verum ac legitimum Romanum Pontificem, in Sedem Pontificiam intrusit.

Hæreses, Controversiæ & Schismata, quæ Sæculo Ecclesiæ duodecimo emerserunt.

Prima Hæresis authores habuit *Petrum de Breis*, à quo ejus Sectarii dicti sunt *Petrobusiani*, & *Henricum*, à quo ejus discipuli *Henriciani* fuerunt cognominati. Ambo Hæresiarchæ suos in Gallo-Provincia errores disseminarunt, quorum præcipua Capita hæc erant: Parvulos esse baptizandos negabant. Templa solo æquanda esse asserebant, quoniam Deus æquè in tabernis ac in Templis, ante altare, vel ante stabulum invocari potest. Sacras Cruces confringebant, igneque succendebant. Realem præsentiam Corporis, & Sanguinis Christi in Eucharistiæ Sacramento non admittebant. Sacrificia, orationes, eleemosynas, & alia id genus bona opera pro fidelibus defunctis in Ecclesia fieri solita, sugillabant, nec his mortuos juvari posse pertendebant. Denique, Traditionem, & Sanctorum Patrum doctrinam explodebant. Horumce duorum Hæresiarcharum *Petri de Bruis*, & *Henrici*, discipuli itidèm fuerunt alii ejusdem Sæculi duodecimi hæretici, dicti *Petragoricenses*.

Altera Hæresis est *Petri Abælardi*, qui inter plures errores, quorum fuit accusatus, docuit, Deum Patrem plenam esse potentiam, Filium quandam potentiam, Spiritum Sanctum nullam potentiam. Processionem Spiritus Sancti è Patre, Filioque admittebat quidem, sed eum de Patris & Filii substantia procedere pernegabat. Filium Dei carnem induisse, ut homines à jugo Diaboli liberaret, tanquàm figmentum rejiciebat. Spiritum Sanctum esse animam mundi affirmabat, & homines per liberum arbitrium, sine adjuvante gratia, benè posse, & velle & agere censebat. Ab Adamo non trahi Originalis peccati culpam, sed pœnam dumtaxat, existimabat, & alios ejusmodi errores docuit, à quibus tamen resipuit, &, post sincerum eorum emendationem, piè in gremio Ecclesiæ Catholicæ obiit.

Tertia Hæresis est *Gilberti Porretani*, Episcopi Pictaviensis, qui realem distinctionem inter essentiam divinam & Attributa constituens dicebat, divinam Essentiam non esse Deum, proprietates personarum non esse ipsas personas, & divinam naturam non esse incarnatam. Verùm *Gilbertus Porretanus* istos & alios, quos docuerat, errores, sincero animo ejuravit, & Catholicam Fidem ad suum usque obitum constantèr retinuit.

Quarta Hæresis est cujusdam *Eudonis*, seu *Eonis*, dicti *De Stella*, Gallicè *Eon de l'étoile*, qui insulsè asserebat, se Filium Dei esse unigenitum, venturumque ad judicandum vivos & mortuos.

Quinta Hæresis est *Waldensium*, qui etiam dicti sunt *Pauperes de Lugduno*. Hi sub specioso summæ paupertatis, quam affectabant, obtentu, benè multos sparserunt errores. In primis, asserebant, veram Ecclesiam penès se solos existere, & Ecclesiam Romanam, errorum omnium Magistram & vitiorum sentinam appellabant. Prætereà, nec Romano Pontifici, nec aliis Episcopis parendum esse ajebant, & Excommunicationem, aliasque Censuras ab his latas deridebant. Statuta Ecclesiæ contemnebant; Templa, Altaria, eorumque consecrationes, Sacerdotalia indumenta, Indulgentias, Jejunia, Sacros ritus ac cæremonias,

Concilia, Synodos, Monachorum institutum, & Officia, quæcumque Ecclesiastica reprobabant. Mulierculis Verbum DEI prædicandi, & Scripturas Sacras in linguam vulgarem translatas legendi atque interpretandi facultatem tribuebant, & traditiones, atque Sanctorum Patrum Expositiones repudiabant. Omnem potestatem sive Ecclesiasticam, sive Laicalem, solo peccato mortali deperdi prædicabant, denique, ut cæteros illorum errores missos faciam, Sanctorum cultum & invocationem impugnabant, Reliquias, vigilias, Canonizationes, miracula, & Festivitates Sanctorum spernebant, eorum Imagines execrabantur, Purgatorium negabant, & alios nefandos evomebant errores. Ex hac VValdensium Secta aliæ promanarunt Sectæ, videlicet *Catharorum* in Italia, *Cotarellorum* in Gallia, & *Sabbatatorum*, vel *Insabbatatorum* in Hispania.

Sexta. Hæresis est *Tanquelini*, qui eò dementiæ prorupit, ut se Filium Dei esse diceret, & filias, in conspectu matrum, necnon Sponsas, coroentibus maritis, deflorari, ac corrumpi juberet, atque conjugia promiscua esse vellet.

Septima Hæresis est *Arnaldi Brixiensis*, qui, ut Laicis Principibus adularetur, docuit, nec Clericos propterea tem, nec Episcopos Regalia, nec Monachos possessiones habentes aliqua ratione posse salvari, cunctaque hæc Principis esse, ab ejusque beneficentia in usum Laicorum cedere oportere.

Octava Hæresis est Abbatis *Joachimi*, qui inter Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum admittebat in essentia divina unitatem non veram & propriam, sed quasi collectivam & similitudinariam, non secùs ac multi homines dicuntur unus Populus, & multi Fideles una Ecclesia. At, cùm Abbas *Joachimus* sua antè obitum Scripta Sedis Apostolicæ judicio subjecisset, districtè vetuit *Honorius III.* Pontifex Maximus, ne Abbas *Joachimus* hæreseos nomine infamaretur.

Nona Hæresis est *Albigensium*, qui, præter errores, quos cùm Hæreticis Waldensibus communes habebant, duo insuper cum Manichæis admittebant æterna principia, bonum unum & alterum malum.

Præter istas Hæreses, quæ Sæculo Ecclesiæ duodecimo pullularunt, duæ etiam Controversiæ fuerunt eodem Sæculo ventilatæ, quarum prima spectabat validitatem Baptismi, quem Laici in Galliis, absente Sacerdote, administrabant, hæc tantùm verba pronuntiantes: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, omissis illis, quæ præmitti solent: *Ego te baptizo*. Sed hanc Controversiam diremit eodem sæculo duodecimo *Alexander III*, definivitque, invalidum esse Baptismum, si Minister prætermiserit hæc verba: *Ego te baptizo*. Quam Summi Pontificis definitionem denuo publicavit *Alexander VIII*. Pontifex Maximus, anno millesimo sexcentesimo nonagesimo.

Altera Controversia Sæculo Ecclesiæ duodecimo mota est circà conversionem aquæ, quæ Calici ante Consecrationem infunditur, an nimirum aqua, non secùs ac vinum, immediatè per verba Consecrationis convertatur in Sanguinem Christi? vel potiùs aqua immediatè convertatur in Vinum? Verùm in hac Controversia Theologi tanquàm probabiliorem sectantur doctrinam *S. Thomæ*, asserentis, aquam, quæ ante Consecrationem infunditur Calici, immediatè converti in vinum, & mediante vino, quod est sola à Christo Domino præscripta consecrandi calicis materia, transire in Sanguinem Christi.

Denique, Sæculo Ecclesiæ duodecimo contra veros ac legitimos Pontifices Romanos, præsertim in *Paschalem II. Gelasium II. Innocentium II.* & *Alexandrum III.* multi insurrexerunt Antipapæ, qui in Sedem Pontificiam vi, vel authoritate Imperatorum Occidentis intrusi, variorum in Ecclesia Schismatum authores fuerunt.

Hæreses, quæ obortæ sunt decimo tertio Ecclesiæ Sæculo.

Prima Hæresis est *Almarici*, ejusque Discipulorum, qui, præter multos, quos disseminabant, errores, dictitabant, potestatem Patris durasse, quandiù, viguit lex Mosaica: Legem novam à Christo conditam ad sua usque tempora vim habuisse; sed eam deinceps cum omnibus suis Sacramentis abrogatam locum dedisse Spiritus Sancti Regno usque ad finem mundi duraturo, in quo Baptismus, Confessio, Eucharistia, aliaque Sacramenta jam non essent necessaria, sed solâ interiori Spiritus Sancti gratiâ, exclusis bonis operibus, quemlibet salvari posse docebant, indeque charitatis donum adeò extollebant, ut mulierculis, quibus cum carnali commercio commiscebantur, persuaderent, flagitia, stupra, adulteria, aliaque id genus turpissima peccata per virtutem charitatis licita & innoxia reddi, eisque hoc pacto promitterent omnium peccatorum impunitatem.

Altera Hæresis est *Flagellantium*, qui docebant, non posse salvari eos, qui illorum Sectæ nomen non dedissent, seque non baptizassent in proprio sanguine, nodosis funibus sese flagellantes. Sacramenta Ecclesiæ contemnebant, Romanum Pontificem, & Episcopos omni auctoritate, ac jurisdictione privabant. Purgatorium post hanc vitam negabant, Jejunia ab Ecclesia indicta de medio tollebant, aliisque perniciosis erroribus erant infecti.

Tertia Hæresis est *Stadinghorum* in Germania, qui in suis propudiosis Conventibus promiscuam libidinem exercebant, in Clericos ac Religiosos viros crudeliter grassabantur, & Corpus Christi Domini, quod singulis annis in Paschate de manu Sacerdotis recipiebant, in ore de industria servantes, illud posteà in latrinas expuebant.

Quarta Hæresis procusa itidem fuit in Germania à quibusdam, qui *Friderico II.* Imperatori & *Conrado*, ejus filio, Catho-licæ

ficæ Ecclesiæ perduellibus, favere volentes, prava Dogmata, in Hæreticis Donatistis ab Ecclesia jam proscripta, innovarunt, asserentes, Romanum Pontificem esse Hæreticum, omnesque Episcopos, & Prælatos, hæresi itidem & Simoniâ infectos, nec ligandi & solvendi, nec conficiendi Corpus Christi potestatem habere, quòd mortalibus peccatis essent irretiti.

Quinta Hæresis est *Guillelmi à S. Amore*, qui odio percitus in Religiosos, quos *Mendicantes* appellamus, libellum scripturivit, qui titulus est: *De periculis Novissimorum temporum*, multis contra Religiosam paupertatem erroribus scatentem, quem idcircò *Alexander IV.* Pontifex Maximus, tanquàm *perniciosum, & detestabilem* confixit.

Sexta Hæresis est *Davidis Dinantii*, seu *De Dinando*, discipuli Hæretici *Almarici*, qui eò desipuit, ut non dubitârit asserere, Deum esse Materiam primam.

Præter illas Hæreses, qui Sæculum decimum tertium conspurcarunt, non paucos errores invexerunt quidam ejusdem Sæculi in Galliis rerum novarum cupidi Theologi, qui in varios lapsi sunt errores, quos *Guillelmus* & *Stephanus le Templier*, Archiepiscopi Parisienses, jure meritò damnârunt. Nec prætermitti debet malè consarcinatus liber à nescio quo Authore ejusdem Sæculi decimi tertii editus, & *Evangelium æternum* inscriptus, qui, ob insulsa & blasphema dogmata, quibus refertus est, ab *Alexandro IV.* Pontifice Maximo fuit proscriptus.

Hæreses, & Schismata, quæ Seculum Ecclesiæ decimum quartum infestarunt.

Prima Hæresis, Sæculo Ecclesiæ decimo quarto in Oriente exorta, Authorem habet *Gregorium Palamam*, Monachum Græcum, & postea Thessalonicensem Episcopum, qui nomen suum huic *Palamitarum* Sectæ dedit. Pertendebant autem illi Hæretici *Palamitæ*, lumen in monte Thabor, Corpori Christi circumfusum, increatum ac æternum Dei lumen fuisse, illud tamen non Dei substantiam esse, sed ejus tantùm operationem. Præterea, affirmabant, essentiam Dei, ab ejus Attributis esse realitèr distinctam, Divinaque Attributa essentiâ DEI esse minora, ipsi tamen coæterna. Postremò negabant, naturam, seu essentiam Dei, qualis in se est, à quocumque intellectu creato, etiam Beatifico, videri posse, totamque Sanctorum Beatitudinem in sola visione cujusdam lucis increatæ, sed ab essentia Dei realiter distinctæ, sitam esse docebant. Non solum *Palamitæ* à suo Authore dicti sunt isti Hæretici, sed etiam fuerunt appellati *Hesychistæ, Euchita*, & *Messalini*, quòd inter orandum imitarentur infames Hæreticos Messalinos, caput ad umbilicum deprimentes, & in ea orationis quiete mirabilem se lucem intueri, & incredibili voluptate affici delirarent.

Altera *Hæresis* est *Fratricellorum*, seu quorumdam pseudo-Minoritarum, qui ab Ordine *S. Francisci* segreges, & paupertatis Evangelicæ speciem sibi arrogantes, veri hypocritæ erant, & inter multos, quos sparserunt, errores ejebant, penes se solos esse veram Christi Ecclesiam, Ecclesiam verò Romanam *Carnalem* nuncupabant, *Babylonem, & magnam meretricem*. Omnes Romanos Pontifices à tempore *S. Sylvestri Papa*, excepto solo *Cælestino V.* prævaricatores esse dicebant, eisque subindè, & aliis Prælatis obediendum non esse prædicabant. Interim, isti Hæretici *Fratricelli*, se orationi & contemplationi addictissimos, atque à terrestrium bonorum amore penitus alienos esse mentientes, perpetuo otio indulgebant, & mendicitate, quæ ipsis non indecora videbatur, vitam sustentabant.

Tertia Hæresis est *Beguardorum* & *Beguinarum*. *Beguardi* erant Apostatæ Ordinis *S. Francisci*, & *Beguinæ* erant puellæ, quæ sub finem Sæculi duodecimi à quodam S. Presbytero *Lamberto* in societatem ad castè vivendum, absque tamen votis, fuerant congregatæ. Hæ igitur puellæ, dictæ *Beguinæ*, pravis dogmatibus cujusdam fanaticæ mulieris *Margaretæ Porreta* penitùs infectæ, societatem inierunt cum Hæreticis Beguardis, & simul cum ipsis docere cœperunt, hominem in ista vita mortali ad tuoc adeò sublimem perfectionis statum assurgere posse, ut omnino impeccabilis evadat, & non teneatur ampliùs jejunare, virtutes exercere, leges Ecclesiasticas, vel civiles observare, de adoratione Christi in Eucharistiæ Sacramento, vel de ejus vita aut passione tantisper cogitare. Docebant insuper *Beguardi* & *Beguinæ*, hominem in præsenti vita eâ potiri felicitate, quâ nulla major in cœlo futura sit, & ad videndum Deum, ut in se est, nullo prorsùs opus esse lumine gloriæ infuso. Denique, quod horret calamus scribere, coitum cum muliere inculpabilem esse asserebant, quoniam ad illum naturæ libido propensione suâ fertur, mulieris verò oscula esse peccata mortalia, quia ad illa non pellicit natura.

Quarta Hæresis est *Marsilii de Menandrino*, Patavini, & *Joannis Janduini*, Perusini, qui stantes à partibus *Ludovici Bavari* Imperatoris contra *Joannem XXII.* Romanum Pontificem, pestiferum librum de jurisdictione Imperiali & Pontificia ediderunt, pluribus erroribus respersum, quorum Summa est, quòd Christus *S. Petrum* non instituerit Caput Ecclesiæ, quòd ad Imperatores spectet creare Romanos Pontifices, dejicere ac punire, atque, Sede vacante, Ecclesiam regere; Ecclesiastica Beneficia conferre, Ordines Religiosos approbare, & in contrahendis matrimoniis dispensare, &c.

Quinta Hæresis est *Lollardorum*, qui ità dicti sunt à *Lollardo Waltero*, eorum Coriphæo. Docebant illi Hæretici, Luciferum injustè à Deo fuisse Cœlo pulsum, & aliquando restitutum iri, *B. Maria* post partum Virginitatem, & Corporis Christi in Eucharistiæ

Sacramento Realem præſentiam, Sanctorum merita & invocationem negabant. Sacramenti Pœnitentiæ adminiſtrationem Laicis committebant. Matrimonium, tanquàm juratum meretricium, damnabant, & promiſcuos coitus in ſpeluncis & locis ſubterraneis exercebant, dicentes, Deum neſcire, aut certè non punire ea, quæ ſub terra fiunt.

Septima Hæreſis eſt *Wikleffiſtarum*, cujus author fuit *Joannes Wikleffus*, natione Anglus, qui Eccleſiam Romanam eſſe Satanæ Synagogam blaterabat. Converſionem ſubſtantiæ panis & vini in ſubſtantiam Corporis & Sanguinis Chriſti negabat, Indulgentias irridebat, Clericos poſſeſſiones habentes, velut hæreticos, infamabat, Religioſum Inſtitutum cane pejus & angue odio proſeqoebatur. Liberum arbitrium tollebat, & omnia neceſſitate abſolutâ evenire aſſerebat, Epiſcopum & Sacerdotem in peccato exiſtentem nec baptizare, nec ordinare, nec conſecrare affirmabat, & alios peſtiferos ore & calamo profudit errores, quos numero quadraginta quinque damnavit Concilium Generale Conſtantienſe.

Præter iſtas Hæreſes, quæ decimum quartum Eccleſiæ Sæculum fœdarunt, aliæ ſpurciſſimæ eodem Sæculo prodierunt Sectæ *Dulciniſtarum*, *Turlupinorum*, & aliorum, qui Epicureorum more viventes, nocturna agebant Cooventicula, & in eis promiſcuâ libidine utebantur, quin, quod dictu horrendum eſt, eos palam, canum inſtar, & jumentorum more, coire non pudebat. Non defuerunt etiam Sæculo decimo quarto Theologi, quos inter *Raymundus Lullus*, *Joannes de Monteſono*, *Ekardus*, *Joannes de Pariſiis*, *Joannes de Mercuria*, & alii, qui à regia Theologorum viâ deflectentes, in aliquot errores prolapſi ſunt, qui vel ab Epiſcopis, vel à Fidei Quæſitoribus, vel à Sacra Facultate Pariſienſi fuerunt damnati.

Denique, Sæculo decimo quarto duo Schiſmata pacem Eccleſiæ perturbarunt. Primi Schiſmatis Author fuit *Ludovicus Bavarus*, Imperator, qui contra *Joannem vigeſimum ſecundum*, verum ac legitimum Romanorum Pontificem, à quo fuerat anathemate perculſus, creavit Antipapam *Petrum de Corbaria*, Franciſcanum, dictum *Nicolaum V.* qui tamen poſteà Inſignia Pontificatus depoſuit, & Avenione in Palatio Pontificio incluſus obiit. Alteri Schiſmati occaſionem dederunt Cardinales, qui anno milleſimo treceneſimo ſeptuageſimo octavo, poſt obitum *Gregorii XI.* qui Sedem Pontificiam Avenione Romam reduxit, elegerunt in Romanorum Pontificem *Urbanum XI.* qui Romæ ſuam Sedem fixit. At, multi Cardinales ab obedientia *Urbani VI.* recedentes, alium elegerunt Pontificem, dictum *Clementem VII.* qui Avenione in Galliis ſuam ſedem tenuit. Hoc Schiſma omnium aliorum, quæ unquàm in Occidente contigerunt, fuit calamitoſiſſimum & funeſtiſſimum, illudque quinquaginta fermè annis inexplicabili Catholicæ Eccleſiæ, & Religionis Chriſtianæ damno prorogatum eſt.

Hæreſes, Controverſiæ, & Schiſmata, quibus Eccleſia Sæculo decimo quinto vexata fuit.

Prima Hæreſis eſt *Huſſitarum*, qui ità dicti ſunt à *Joanne Hus*, Presbytero, & Academiæ Pragenſis in Bohemia Rectore, qui Hæreſim ex peſtilentiſſimis *Joannis Wikleffi* libris hauſit, eique alios addidit errores, quos damnavit Synodus Generalis Conſtantienſis. *Joannes Hus* in ſuis erroribus pertinax, unà cum *Hieronymo Pragenſi*, ejus Socio, ad rogum damnatus, vivus exuſtus eſt. Huſſitarum Hæreſis diviſa eſt in varias Sectas; alii quippè dicuntur *Orebitæ*, alii *Orphani*, alii *Thaboritæ*, alii *Calliҳtini*, alii *Fratres Bohemi*.

Altera Hæreſis eſt *Adamitarum*, quam in ſecundo Eccleſiæ Sæculo exortam, renovavit Sæculo decimo quinto quidam *Pikardus* nomine, qui ſe Filium Dei dixit, ſeque *Adamum* appellavit. Suos Sectarios nudos incedere, & promiſcua habere connubia juſſit, eosque ad omnia libidinum monſtra provocabat his verbis: *creſcite, & multiplicamini, & replete terram.*

Tertia Hæreſis invecta eſt ab *Hermanno Ruſſvich*, natione Batavo, qui inter blaſphemos, quos diſſeminabat, errores, aſſerebat, Animam ſimul cum corpore interire; Chriſtum fuiſſe ſtultum & ſimplicem, phantaſticum, ac ſeductorem hominum; Fidem noſtram fabuloſam eſſe, fatuam Scripturam, ficta Biblia, delirum Evangelium.

Quarta Hæreſis eſt *Foſſariorum*, qui ita fuerunt nuncupati, quòd in foſſis & ſpeluncis nocte convenirent, & promiſcuâ libidine, more beſtiarum, ſeſe commiſcerent, Eccleſiam Dei, ejusque Miniſtros contemnebant. Sacramenta irridebant, & alios execrandos proferebant errores.

Præter illas Hæreſes, quæ decimo quinto Sæculo gravia Eccleſiæ damna intulerunt, in nonnullos errores quidam ejusdem Sæculi Theologi proruperunt, qui tamen ſtatim fuere proſcripti. Concilium Generale Conſtantienſe damnavit errores *Matthæi Grabbonis*, *Joannis Parvi*, & *Augustini de Roma*. *Sixtus IV.* Pontifex Maximus errores *Petri de Oſma*, Academiæ Salmanticenſis Profeſſoris, reprobavit, & Sacra Facultas Pariſienſis nova & prava Dogmata quorundam Theologorum, præſertim *Joannis Marchand*, & *Joannis Lallier*, cenſorio ſtigmate confixit.

His Hæreſibus, & erroribus, decimo quinto Eccleſiæ Sæculo enatis, addam tres Controverſias, quæ eodem Sæculo fuerunt magnâ animorum contentione agitatæ. Prima Controverſia extitit Parochos, ſeu Presbyteros Sæculares, inter & Religioſos Mendicantes. Parochi ſiquidem Religioſis Mendicantibus negotium facesſebant, omnemque movebant lapidem, ut hi non fruerentur privilegiis, quæ à Romanis Pontificibus

tificibus fuerunt ipsis concessa. Versâ vice, Religiosi Mendicantes pro defensione jurium ac privilegiorum suorum pro aris ac focis decertabant, & Parochorum jurisdictionem pro viribus elevare ac deprimere moliebantur. Hinc indè conscripti dentati libelli, qui ob erroneas, quas complectebantur, propositiones, à Romanis Pontificibus, Concilio Basileensi, & Sacra Facultate Parisiensi fuerunt damnati. Jura tamen ac Privilegia Religiosorum Mendicantium, præsertim excipiendi tempore Paschali Sæcularium Confessiones, sarta tecta semper conservârunt Romani Pontifices, moltisque promulgatis Diplomatibus comprobârunt.

Altera Controversia mota est Franciscanos inter & Dominicanos. Franciscani contendebant Sanguinem Christi in triduo mortis effusum non fuisse personæ Divinæ unitum, ac subindè cultu latriæ non fuisse adorandum. Contrariam sententiam strenuè propugnabant Dominicani. Fuit hæc Controversia coram *Piò II.* Pontifice Maximo ventilata, sed ejus definitio in aliud tempus procrastinata est. Nunc autem omnibus fermè Theologis probatur Dominicanorum sententia.

Tertia Controversia spectabat Sacra Stigmata, quibus à Deo *S. Catharinam* Senensem insignitam fuisse asserebant Dominicani, negabant verò Franciscani. Sed huic Controversiæ finem imposuerunt Summi Pontifices *Pius II.* & *Urbanus VIII.* qui in Officio, quod recitatur in Festo *S. Catharinæ Senensis*, disertè declarant, Christum Dominum sua Sacra Stigmata huic Sanctæ Virgini affixisse.

Denique, Seculo decimo quinto, præter illud Schisma, quod in superiori Sæculo, seu anno millesimo trecentesimo septuagesimo octavo, post obitum *Gregorii XI.* exortum est inter *Urbanum VI.* & *Clementem VII.* quodque dumtaxat anno millesimo quadringentesimo decimo septimo extinctum est in Concilio Generali Constantiensi, in quo, depositis pseudo-Pontificibus, *Martinus V.* electus est Pontifex Maximus; præter, inquam, illud Schisma, aliud excitarunt Patres jam dissoluti Concilii Basileensis, qui contra *Eugenium IV.* verum ac legitimum Romanum Pontificem, intruserunt Antipapam *Amadeum*, Sabaudiæ Ducem, sub nomine *Felicis V.* qui tamen suum umbratilem Pontificatum ad pedes *Nicolai V.* Pontificis Maximi ultrò abdicavit, & uni Deo vacans sanctè obiit, atque multis post obitum miraculis fulsit.

Hæreses & Controversiæ, quæ prodierunt Sæculo Ecclesiæ decimo sexto.

Prima Hæresis est *Lutheranorum*, cujus Author fuit *Martinus Lutherus*, natione Germanus, qui ineunte Sæculo decimo sexto inter plures, quos propalavit errores, præcipuè docuit, hominem solâ Fide & sinè bonis operibus justificari: liberum arbitrium per primigeniam Adami culpam omninò periisse: Pontificem Romanum esse Antichristum: in Eucharistia remanere substantiam panis cum Corpore Christi, & Corpus Christi non semper esse in Eucharistia, sed in solo usu, seu in actuali comestione: Confessionem auricularem esse purum putumque inventum humanum: Indulgentias nihil prodesse: Missam nec à Christo institutam, nec Sacrificium esse: Vota Monastica esse mera hominum commenta, & ad Cælibatum Sacerdotes non teneri: non esse post hanc vitam Purgatorium: Sacramenta novæ legis non conferre gratiam, & peccata, cùm remittuntur, non deleri, sed tantùm tegi, & non imputari, aliaque id genus ab Ecclesia sæpiùs damnata veterum Hæresiarcharum infesta recoxit dogmata.

Altera Hæresis *Sacramentariorum*, cui initium dederunt *Carlostadius*, *Uldricus Zuinglius*, & *Joannes Oecolampadius*, eamque per Helvetiam latè propagarunt. *Lutheri* errores propugnabant isti Hæretici, & in hoc tantùm ab eo discrepabant, quòd dicerent, Imagines Christi & Sanctorum esse confringendas, quod nolebat *Lutherus*, & negarent realem Corporis Christi in Eucharistiæ Sacramento præsentiam, quam admittebat *Lutherus*.

Tertia Hæresis est *Anabaptistarum*, qui ità dicti sunt, quod docerent, parvulos non esse baptizandos, & si baptizati fuerint, denuò esse baptizandos, quandò adulti erant. Negabant insuper Anabaptistæ realem Corporis Christi in Eucharistiæ Sacramento præsentiam, Imagines execrabantur, & alia virulenta dogmata propugnabant.

Quarta Hæresis est *Confessionistarum*, qui ita appellati sunt, quòd *Confessionem Augustanam*, editam *à Philippo Melanchtone* sectarentur, dicti sunt etiam *Lutherani molles*. Communionem sub utraque specie præcipiebant, Sacerdotum cælibatum improbabant, Traditiones explodebant, Monastica vota damnabant, & alios tuebantur errores.

Sexta Hæresis est *Matthæi Flacci Illyrici*, Magdeburgensis pseudo-Ministri, & *Rigidiorum Lutheranorum* Sectæ Primipili, qui ausus est asserere, peccatum Originale esse ipsam hominis substantiam.

Septima Hæresis authorem habuit *Brentium*, qui docuit, humanitatem Christi ab ipsa Incarnatione fuisse semper ubique, indeque ejus discipuli dicti sunt *Ubiquistæ*.

Octava Hæresis indocta est ab *Andrea Osiandro*, qui asseruit, hominem non Fide, aut Gratiâ justificari, sed eâdem essentiali justitiâ, quâ Deus justus est, & quæ est ipse Deus, adeò ut Christianus non Fide, aut Gratiâ, sed ipsâ naturâ justus sit.

Nona Hæresis est *Calvinistarum*, cujus parens fuit *Joannes Calvinus*, natione Gallus, qui perfrictâ fronte realem Corporis, & Sanguinis Christi in Eucharistiæ Sacramento præsentiam, necnon Transubstantiationis dogma negavit. Hominem solâ fide sine operibus justificari, eamque Fidem justificantem

nullo, quantumvis gravi delicto, excepto solo infidelitatis peccato, amitti posse docuit. Liberum arbitrium, Indulgentias, cultum & imagines Sanctorum, Clericorum cælibatum, vota Monastica, Traditiones, Conciliorum Decreta, Purgatorium, & Primatum Romani Pontificis penitùs de medio sustulit, & pestilentem Calvinistarum condidit Sectam, ex qua aliæ plures profloxerunt. Alia quippè est Secta *Reformatorum*, alia *Anglo-Calvinianorum*, alia *Piscatorianorum*, alia *Puritanorum*, alia *Presbyterianorum* & *Independentium*, alia *Arminianorum*, seu *Remonstratensium*, alia *Gomaristarum*, seu *Contra-Remonstratensium*, &c.

Decima Hæresis est *Antitrinitariorum*, qui *Pauli Samosateni*, *Arii*, & *Macedonii*, divinitatem Filii & Spiritus Sancti negantium, impietates & blasphemias Sæculo decimo sexto renovarunt. Hujus pestilentissimæ Antitrinitariorum Hæresis principes fuerunt *Michael Servetus*, *Valentinus Gentilis*, *Georgius Blandrata*, *Alciatus*, *Bernardus Ochinus*, *Gribaldus* & *Franciscus David*, sed præcipuè *Lælius Socinus*, & *Faustus Socinus*, qui præter alios errores, quos cum Lutheranis, Sacramentariis, & Calvinistis communes habuerunt, hanc Antitrinitariorum Sectam tam latè propagârunt, ut hæc detestabilis Secta non alitèr soleat nunc appellari, quàm Secta *Socinianorum*.

Undecima Hæresis est *Libertinorum*, quam Sæculo XVI. in Galliis suscitarunt *Quintinus*, & *Antonius Pocquius*, qui docebant, Diabolum & peccatum esse imagines inanes & frivolas: Deo esse imputanda peccata: libertatem Christianam in eo sitam esse, ut omnia homini sine exceptione licita sint, & propriam cujuscumque ad malum propensionem, esse vocationem, in qua, secundùm Apostoli mandatum, permanere debeat: Fas esse simulare Religionem, aliaque his non minùs flagitiosa tuebantur Dogmata.

Duodecima Hæresis Authorem habuit *Davidem Georgium*, Delphis in Batavia natum, qui impiè asserebat, se esse eximium Prophetam, & Christo Jesu majorem.

Decima tertia Hæresis est *Antinomorum*, cujus parens fuit *Joannes Agricola*, qui legem Mosaicam, tanquàm prorsùs inutilem, damnavit.

Mitto duos ejusdem Sæculi XVI. Hæreticos, videlicèt *Gasparem Scnvenfeldium*, qui asserebat, humanam Christi naturam, post Ascensionem in Cœlum, mutatam esse in Divinam; & *Franciscum Stancarum*, qui docebat, Christum non quà Deus, sed quà homo est, Mediatorem ac Redemptorem esse hominum, cùm tamen juxtà Fidem Catholicam teneamur credere, Christum quà Deus & homo est, totius generis humani esse Salvatorem, & Mediatorem DEI & hominum. Mitto etiam duos ejusdem Sæculi XVI. Theologos *Michaëlem Bajum*, & *Guillelmum Postellum*, quorum prior aliquot errores circa Gratiam & liberum arbitrium, concupiscentiam, &c. septuaginta novem propositionibus comprehensos, & à *S. Pio V.* damnatos, docuit, sed statim summâ animi demissione palinodiam decantavit *Michaël Bajus*, Facultatis Lovaniensis Doctor ac Cancellarius. Alter verò, seu *Guillelmus Postellus*, ex nimia Rabbinorum lectione, & Astrorum contemplatione in absurdos errores lapsus est, à quibus tamen resipuit, & post multa, quæ exhibuit, sinceræ pœnitentiæ signa, in Fide & pace Catholicæ Ecclesiæ migravit è vita.

Ad has Hæreses, quæ Sæculo XVI. summum Ecclesiæ crudelissimè dilacerarunt, accedunt duæ Controversiæ, quæ eodem Sæculo turbas excitarunt.

Prima Controversia enata est in Hispania anno MDLXXXVIII, quo *Ludovicus Molina* novam liberi Arbitrii cum Divina Gratia *Concordiam* vulgare cœpit. In hanc *Molinæ* Concordiam statim insurrexerunt Dominicani, acerrimi Sanctorum *Augustini* & *Thomæ* doctrinæ defensores, & in Congregationibus de Auxiliis Divinis, coram *Clemente VIII.* Pontifice Maximo habitis, avitam *SS. Augustini* & *Thomæ* de Gratia se ipsa efficaci, & de Prædestinatione gratuita doctrinam totis viribus, & maxima gloria propugnârunt, & novam Molinæ doctrinam omni argumentorum genere oppugnarunt, sed propter intempestivum *Clementis VIII.* obitum nihil definitum est.

Altera Controversia in Germania extitit inter *Joannem Reuchlinum*, vulgò dictum *Capnionem*, & Monachos, necnon Theologos Scholasticos. *Reuchlinus*, qui variarum linguarum peritissimus erat, edidit *Epistolas Obscurorum virorum*, in quibus Theologorum Scholasticorum ac Monachorum barbarè Latinâ linguâ scribentium, stylum expressit, ut eos traduceret. Eo Satyrico Epistolarum libro exasperati Monachi, & Theologi Scholastici accusarunt *Reuchlinum*, quòd Cabbalæ & Judaismo plus æquo faveret. Tandem Academia Coloniensis contra *Joannem Reuchlinum* Sententiam tulit, quam approbarunt Facultates Parisiensis, Lovaniensis, Erfordiensis, & Moguntina, Librum Satyricum *Epistolarum Obscuriorum Virorum* districtè prohibuit ac natalitiis suis tenebris damnavit *Leo Decimus* Pontifex Maximus.

Hæreses, Errores & Controversiæ, queis vel Ecclesiæ Catholicæ Fides impetita, vel ejus pax fuit Sæculis XVII. & XVIII. perturbata.

Prodierunt Sæculo Ecclesiæ decimo septimo multi Novatores, quorum alii errores, in quos impegerant, ejurarunt, alii verò suis erroribus usque ad obitum obstinatis animis adhæserunt. Incipiam porrò ab his Novatoribus, qui divinâ affulgente gratiâ, à suis tandem erroribus resilierunt.

Primùs novator Sæculi XVII. fuit *Isaacus Pereyrus*, qui commentus est *Præadamitarum* Systema, quò probare contendit, ante

ante Adamum extitisse homines à Deo creatos, quos ideò *Præadamitas* appellavit. Verùm, *Pereyrus*, qui erat natione Gallus, & Hæreticus Calvinista, coram *Alexandro VII.* Pontifice Maximo Sectam *Calvini* ejuravit, & suum de chimæricis Præadamitis Systema damnavit.

Alter Sæculi XVII. Novator fuit *Marcus Antonius de Dominis*, Archiepiscopus Spalatensis, qui in Apostasiam & Hæresim lapsus, virulentum librum *de Republica Christiana* contra Catholicam Fidem, & Primatum Romani Pontificis scripturivit, à suis tamen erroribus resipuit, ac propediem moriturus Sacramentis Ecclesiæ munitus, editis pœnitentiæ signis, è vita discessit.

Tertius Novator est *Edmundus Richerius*, Sacræ Facultatis Parisiensis Doctor, qui librum edidit de *Ecclesiastica, & Politica Potestate*, in quo auctoritatem Ecclesiæ & Romani Pontificis nimiùm deprimebat, & Politicam potestatem plus justo extollebat. Sed ad saniorem mentem, melioremque frugem sese postea recepit *Richerius*, librum, erroresque suos palàm detestatus est, & ultrò fassus est, Ecclesiam Romanam esse Matrem, & Magistram omnium Ecclesiarum, & infallibilem veritatis judicem, atque in ea Fidei professione constanter ad obitum usque perseveravit.

Quartus Novator fuit *Josephus Franciscus Borri*, qui impiè jactabat, se esse *Christum*, qui totum Orbem suis legibus subdere debebat, novam Fidem, novos ritus, ac novam instituere Ecclesiam. Captus autem, solemni execratione omnia sua deliria Romæ ejuravit, & in carcerem detrusus, plura veræ pœnitentiæ ac sinceræ conversionis præbuit argumenta. Inter Novatores, qui Sæculo XVII. suos errores nunquàm ejurare voluerunt, duo scelestissimi post homines natos viri recensentur *Lucilius Vanini*, patriâ Neapolitanus, & *Benedictus Spinosa*, patriâ Amstelodamensis, quorum prior aperte Atheismum professus, & in impietate sua pervicax, Tolosæ in Galliis vivus exustus est: Alter verò, seu *Benedictus Spinosa*, primùm Religione Judæus, dein, Judaismi desertor, tandem omnis Religionis jugum excussit, & purum putumque Atheismum in suo Tractatu *Theologico-Politico*, aliisque posthumis suis Operibus apertè docuit, & nunquàm è sacrilega illa impietate emersit.

Aliorum Sæculi XVII. & Sæculi XVIII. Novatorum Hæreses aut errores damnarunt Romani Pontifices. *Innocentius X.* & *Alexander VII*, tanquam hæreticas proscripserunt quinque famosas *Cornelii Jansenii* propositiones, quæ tot actantas in Ecclesia excitarunt tragœdias. Quadraginta quinque erroneas, & in doctrina Morali perniciosissimas quorumdam laxiorum Casuistarum propositiones confixit itidem *Alexander VII.* Pontifex Maximus, Spurcissimam *Michaelis Molinos* Hæresim profligavit *Innocentius XI.* Pontifex Sanctissimus, qui etiam moderoorum laxiorum Casuistarum propositiones sexaginta quinque, tendentes ad perniciem morum, & à quibus abhorruissent pagani non omninò flagitiosi, gravi censurâ inussit. *Alexander VIII.* duas propositiones laxiorum Casuistarum, quarum una Peccatum Philosophicum adstruebat, altera homines per totum vitæ spatium à necessitate amoris DEI liberabat, damnavit, & censurâ acriter perstrinxit XXXI. Propositiones quorumdam rigidiorum Casuistarum. *Clemens XI.* Pontifex Maximus, sub initium Sæculi XVII. Ritus, quibus Sinenses Cœlum, Philosophum *Confucium*, & parentes defunctos colunt, quosque nonnulli Missionarii Christianis licitos esse affirmabant, tanquàm superstitiosos & Idololatricos prohibuit, & ut tales solemni Constitutione datâ anno millesimo septingentesimo decimo quinto damnavit. Librum *Considerationum Christianarum* in Novum Testamentum, nec non centum & unam positiones ex eodem libro exceptas variis Censuris affecit idem Summus Pontifex in sua Constitutione, quæ incipit, *Unigenitus*, quæque promulgata est die VIII. mensis Septembris anni millesimi septingentesimi decimi tertii.

Denique, sæculo decimo septimo quatuor fuerunt agitatæ Controversiæ, quarum prima, quæ FF. Prædicatores inter & Patres Societatis Jesu, occasione doctrinæ *Molina* sub finem Sæculi XVI. in Congregationibus de Auxiliis coram *Clemente VIII.* habitis, jam ventilata fuerat, denuò ad incudem, novumque examen sub exordium sæculi decimi septimi vocata est, & in sexdecim Congregationibus, sub *Paulo V.* Pontifice Maximo celebratis, diligentissimè discussa. At, Pontifex ille Maximus, propter dissidium, quod ipsum inter & Rempublicam Venetam infausto rerum concursu id temporis contigit, fanctum judicium, seu jam delineatum Pontificium Diploma, non promulgare consultius duxit.

Altera Controversia exorta est Clerum Anglicanum Catholicum inter & quosdam Regulares. Clerus Anglicanus Catholicus jura & authoritatem *Richardi Smithei*, Episcopi Chalcedonensis, qui in Angliam, instructus Ordinarii potestate, ab *Urbano VIII.* Pontifice Maximo missus fuerat, acerrimè defendebat. Ex adverso nonnulli Regulares sub specioso obtentu sua tuendi ac sarta tecta conservandi privilegia, *Richardi Smithei* Episcopi jurisdictioni subesse, eique parere detrectabant. Hæc Controversia, quæ in Anglia Clerum Anglicanum inter & quosdam Regulares originem habuit, graves posteà in Galliis excitavit tumultus, ad quos compescendos Archiepiscopus Parisiensis, & Sacra Facultas Parisiensis damnarunt plures libellos, quos ad deprimendam Authoritatem Episcopalem scripturierant, & in vulgus temerè sparserant, nescio qui Authores.

Tertia Controversia exarsit Theologum Parisiensem, dictum *Petrum Aurelium*, inter & *Jacobum Sirmondum*, circa germanam lectionem & sensum Canonis secundi Concilii Arausicani primi. *Jacobus Sirmondus* hunc

hunc esnonem cum particula, *Non*, sic legendum esse contendebat. *Ut non necessaria habeatur repetita Chrismatio.* At verò, *Petrus Aurelius* prædictumCanonem absque particula, *Non*, hoc pacto legendum esse asserebat: *Ut necessaria habeatur repetita Chrismatio.* Hæc lectio & expositio, quam *Petrus Aurelius* dedit, Canonis secundi Concilii Arausicani primi, nunc magis probari videtur, quàm altera ejusdem Canonis lectio, vel interpretatio, quæ *Jacobi Sirmondi* nititur conjecturis.

Quarta Controversia in hoc potissimum sita erat, utromilli, qui, eo solo ducti motivo, quòd timeant, ne cibi Quadragesimales eorum saluti officiant, petunt & obtinent ab Episcopis facultatem comedendi carnes tempore Quadragesimæ, vel quibus Episcopi, gravi urgente necessitate, sivè quandò occurrit extrema eduliorum Quadragesimalium penuria, concedunt facultatem comedendi carnes tempore Quadragesimæ, utrùm, inquam, illi, obtentâ ab Episcopis hâc dispensatione, exempti censeantur à lege jejunii, binamque in die refectionem sumere possint? Quidam Theologi statim affirmârunt, ejusmodi homines, vi dispensationis comedendi carnes tempore Quadragesimæ ab Episcopis obtentæ, solutos esse lege jejunii. Alii verò Theologi, & numero plures, & in Disciplinæ Ecclesiasticæ studio magis versati, in oppositam descenderunt sententiam, eamque ex usu & antiqua Ecclesiæ praxi, & doctrina Sanctorum Patrum, & ex Decretis Romanorum Pontificum invictè probarunt.

OBSERVATIONES,

In Hæreses & Schismata, quæ Ecclesiam infestarunt.

OBserva primò, omnes fermè Hæreses, quæ in Ecclesia obortæ sunt, vel ex ambitione, vel ex effræni libidine suam originem traxisse. Stulta quippe ambitio genuit Simonem magum, Montanum, Sabellium, Arium, Nestorium, Eutychem, Pelagium, Donatistas, & innumeros alios. Jam verò, quis non inhorrescat, si vel legat turpitudines *Ophitarum*, qui Serpentem pro Christo venerabantur? *Cainitarum*, qui *Cainum* parricidam, & *Judam* proditorem inter præcipuos habebant Sanctos? *Gnosticorum*, qui in suis Conventiculis nocto, post decantatas DEI laudes, extinctis lucernis, promiscuâ Venere cum fœminis miscebantur? *Nicolaitarum*, quibus uxores erant communes? *Adamitarum*, qui nudi cum nudis ad sacra conveniebant? Quæ Dogmatum portenta, quæ monstra turpitudinum peragebantur in Conventiculis Basilidianorum, Valentinianorum, Carpocratianorum, Marcionitarum, Priscillianistarum? Manichæorum fœda Mysteria quis possit absque nausea, vel legere, vel recensere? Verbo dicam, si quis omnium Hæresum cùm veterum, tùm recentiorum, seu Beguardorum & Beguinarum, Waldensium, Albigensium, Lutheranorum, Calvinistarum, Socinianorum, Quietistarum, ac aliarum id genus pestium, exordia evolvere non gravetur, comperiet, eas ex ambitione, & effrænatissima libidine, velut è duobus virulentissimis fontibus promanasse.

Observa secundò, à Philosophis multas quidem profectas esse Hæreses, sicut testantur Sancti Patres, sed non ideò damnandam esse Philosophiæ sobriam cognitionem, cum per Philosophos etiam hujusmodi Hæreses fuerint itidem oppressæ. *Valentinus* siquidem Philosophus oppugnavit Ecclesiam, sed *Justinus* Philosophus & *S. Irenæus* Philosophus eam egregiè tutati sunt. *Marcion* Philosophus impetiit veritatem, sed *Tertullianus* Philosophus confecit & profligavit hostem. *Celsus* Philosophus blasphemias evomuit in Christum, sed *Origenes*, melior Philosophus, ex illis blasphemiis illustravit Christi gloriam. *Libanius* Sophista magno anioi æstu defendit Idololatriam, sed hoc facundior *Chrysostomus* assetuit verum DEI cultum. Denique, ne in singulis persequendis inutiliter sim prolixus, Orator *Symmachus* idem fecit, quod *Libanius*, sed hunc confodit potentior Orator *Prudentius*. Absit ergò, ut Philosophiæ, cæterarumque humanarum Disciplinarum, quæ, ceu Ancillæ, assurgunt, fascesque submittunt Reginæ Theologiæ, improbetur studium, quod potiùs haud parùm utilitatis atque præsidii Ecclesiæ ad frangendas irrumpentium hostium vires conferre ac suppeditare potest.

Observa tertiò, quòd, sicut Christus Dominus per summam ignominiam consequutus est æternam gloriam, patiendo devicit hostes, & morte promeruit immortalitatem, ità Ecclesiam Sponsam suam, variis jactatam procellis, & à multis hostibus impetitam, alienissimis à mundi ratione præsidiis conservavit, provexit, ac longè latèque propagavit. Per imperitos piscatores Apostolos confutavit mundi sapientiam, per paucos subegit omnes mundi nationes, per imbecilles prostravit omnem munitionem attollentem sese adversùs Deum, per ignotos & humiles obscuravit universam mundi gloriam, per oves domuit leones, per columbas abegit serpentes. Passus quidem est Christus Dominus, ut Satanas & mundus totis artibus ac viribus suis in Ecclesiam insurgerent, sed arcanis suis consiliis omnia mala vertit in gloriam suam & Ecclesiæ salutem. Infremuit adversùs paucos & humiles Christi Discipulos zelus Judæorum, supercilium Pharisæorum, auctoritas Sacerdotum, tùm Regum legibus & copiis armata potentia, magorum præstigiæ, Philosophorum eruditio, Hæreticorum, & Schismaticorum seditio. Tot machinis infernus oppugnavit Ecclesiam Christi. Verùm, Domino temperante conatus & actiones hominum, suppliciis, persecutionibus, ac mortibus crevit & invaluit Ecclesia, impiorum Philosophorum oblatrationibus confirmata est doctrina Evangelica, præstigiæ Magorum illustrarunt Christi divinam virtutem in discipulis operantem, Schismaticorum molimina piorum concordiam arctiùs junxêrunt, Hæreticorum execranda dogmata ad scrutandum arcanas litteras compulerunt, indeque factum est, ut, dum Judæi zelo Legis, sed non secundùm scientiam, pugnârunt adversùs Evangelium, certiùs cognoverimus antiquatas esse Legis

Legis umbras, & illustrata sit Evangelii gloria. Rursùs, dum Tyranni persecutores ignominiis, cruciatibus ac mortibus conati sunt fidem in Christum extinguere, Fidem auxerint, spem reddiderint firmiorem, charitatem accenderint, & piorum tolerantiam, dum exercuerunt, illustrarint. Demum, dum Hæretici, suos disseminando errores, doctrinæ Evangelicæ tenebras offundere tentarunt, confirmata est impugnata veritas, seque veram Christi Sponsam prodidit Ecclesia Romana, adversùs quam portæ inferi nunquam prævalebunt.

Observa denique, circa pœnas, quibus pervicaces hæretici mulctari debent, Sacram Facultatem Parisiensem in Censura, quam tulit contra benè multas *Desiderii Erasmi* Propositiones, ex variis ejus Operibus excerptas, tres potissimùm Propositiones, quæ Hæreticorum pœnam spectant, censorio stigmate confixisse. Prima *Erasmi* circà Hæreticorum pœnam Propositio, quæ in Censura Academiæ Parisiensis est ordine septuagesima quinta, his verbis concepta est: *Ego Principes ad trucidandos Hæreticos nec hortor nec dehortor. Quid Sacerdotalis sit officii demonstro.* Hanc *Erasmi* Propositionem sequentibus verbis proscripsit Sacra Parisiensis Facultas: *Si Ecclesiasticis licebat juxta juris dispositionem indicere bella, aut ad indicenda per temporales Magistratus inducere adversùs Turcas & Judæos, non minùs utique illis id licebit in notorios Hæreticos. In cujus rei comprobationem cum Præsulibus adfuit beatus* Dominicus *in bello, quod contra* Albigenses *Hæreticos gestum est. Et ubi Principes Seculares graviter delinquerent non exterminando Hæreticos in perniciem Reipublicæ Christianæ conspirantes, & in suam hæresim plurimos pertrahentes, tenentur omnibus modis illos inducere Orthodoxi Episcopi ad id faciendum, alioquin ipsi peccarent. Quare hæc Propositio, quatenus prætendit nusquam Sacerdotalis aut Episcopalis esse officii, Principes inducere ad exterpationem Hæreticorum, impiè nec utiliter profectibus consulit Christianorum, vera fortitudinis robur in adversarios fidei enervans.* Altera *Erasmi* Propositio, quæ in Censura Academiæ Parisiensis est ordine septuagesima sexta, ista est: *Quis unquam audivit orthodoxos Episcopos concitasse Reges ad trucidandos Hæreticos, qui nihil aliud essent quàm Hæretici.* Huic *Erasmi* Propositioni Censuram inussit Sacra Parisiensis Facultas his verbis expressam: *Hæc Propositio prætendens non licere orthodoxis Episcopis & Sacerdotibus consilio & exhortatione generali inducere ad exterpationem Hæreticorum, qui nihil aliud sunt quàm Hæretici, hoc est in fide pertinaciter & contumaciter errantes, nullas excitantes seditiones aut tumultus, contra dispositionem juris naturalis, divini, & humani proponitur. Nam si pro munere suo debent Episcopi & Sacerdotes alii admonere Principes, ut juxta Divinam ordinationem & suum officium justitiam exerceant de aliis malefactoribus, (non enim sine causa gladium portant) multo certè magis idem facere debent de Hæreticis, qui nihil aliud sunt quàm Hæretici; quanto hæresis gravius est peccatum & Reipublicæ Christianæ plus nocet. Proindè si ii, qui pecuniam corrumpunt & falsificant, per quam vita temporalis subvenitur, justè morti traduntur, valentiori ratione Hæretici vita privantur, qui fidem corrumpunt, quæ fundamentum est vitæ Spiritualis, quæ illibata pro temporum malitia servari non potest, nisi morte plectantur Hæretici. Nam videntes plerique nullo modo deterius agi cum iis, qui hæresim profitentur, quàm cum aliis, facilè profectò omni timore semoto Hæreticis adhærerent, atque indè miseranda sequeretur in Republica Christiana calamitas, dum populi, qui priùs erant Catholica Fide Christiani, postmodum brevi temporis decursu nihil aliud essent quàm Hæretici, id quod (proh dolor) hodie videmus. Multæ siquidem illustres civitates, quæ nuper verè Christianæ fuerant, & Christiana pietate insignes, modò à vero Christianismo desciverunt, nec aliud sunt quàm fœda colluvies, aut sentina putida impiorum Hæreticorum, quod utique minimè contigisset, si, ubi primùm ea pestis suborta est, salutari legum severitate in Hæreticos, licèt nihil aliud essent quàm Hæretici, animadversum fuisset. Hinc sanè patet, quàm prudenter Ecclesia hujusmodi Hæreticos, si legitimè fuerint convicti, justitiæ brachii secularis decernat relinquendos. Neque tamen par est interim viros Ecclesiasticos immemores esse sui officii, Entti enim debent exhortando, consulendo, docendo, corripiendo, obsecrando, & aliis viis debitis saluti consulere talium miserabilium hominum, ut ab impietate revocentur.* Tertia denique *Erasmi* Propositio, quæ in Censura Sacræ Facultatis Parisiensis est ordine octogesima, hæc habet: *Veteribus Episcopis* (in puniendis Hæreticis) *ultima pœna erat anathema.* Quam Propositionem hac Censura perculit Sacra Facultas Parisiensis: *Propter infestationem Tyrannorum in primitiva Ecclesia non poterant Hæretici severiori pœna mulctari quàm excommunicationis; posteà tamen quàm Principes Sæculi Ecclesiæ submisere colla, perspecta contumacia atque impietate Hæreticorum, necessarium fuit, imò convenient, in illos gladio temporali animadverti. Præcedentes autem Propositiones errori suffragantur Hæreticorum negantium licere, & expedire Hæreticos contumaces extremis suppliciis coërcere, etiam quando nulla indè sequatur perturbatio Reipublicæ, & hoc exposcat salus multorum.* Hæc Censura Sacræ Facultatis Parisiensis contra plures *Erasmi* Propositiones data 17. mensis Decemb. anni MDXXVII. extat Tomo nono ejusdem *Erasmi* Operum postremæ Editionis Lugduni Batavorum anno MDCCVI. à pag. 815. usque ad pag. 954.

TABULA DUODECIMA CHRONOLOGICA.

In qua juxta Sæculorum ordinem, referuntur omnia Concilia cum Oecumenica, tum Nationalia, seu Provincialia, quæ sive ad profligandas Hæreses, sive ad sanciendam, vel restaurandam Ecclesiæ Disciplinam variis in locis fuerunt celebrata.

NE promiscuè confundamus Concilia, quæ ab exordio Ecclesiæ ad hæc usque nostra tempora fuerunt convocata, ea, juxta seriem Sæculorum, in quibus habita sunt, indigitare, seu paucis verbis perstringere, in rem Historiæ Ecclesiasticæ studiosorum, necesse esse duxi;

Concilia, quæ primo Ecclesiæ Sæculo celebrata sunt.

Trium Conciliorum, quæ Hierosolymis in primo Ecclesiæ Sæculo ab Apostolis habita sunt, disertam mentionem facit Scriptura Sacra, quæ hic ordine referam.

Primum Concilium *Hierosolymitanum* indixerunt Apostoli, ut aliquem in locum Apostolatus, è quo exciderat proditor *Judas*, sufficerent. Duo autem, seu *Joseph*, qui vocabatur *Barsabas*, & *Matthias* propositi sunt, *& dederunt eis sortes, & cecidit sors super Matthiam, & annumeratus est cum undecim Apostolis*, sicut legitur cap. I. Actuum Apostolorum.

Alterum Concilium *Hierosolymitanum* convocarunt Apostoli, & in eo elegerunt septem Diaconos, plenos sapientia & Spiritu Sancto, qui Sacra Ordinatione muniti, mensæ non solùm prophanæ (quod erat antehac Viduarum officium) sed etiam Sacræ mensæ essent Ministri, sicut refert *S. Lucas* cap. VI. Actuum Apostolorum.

Tertium denique Concilium *Hierosolymitanum* indixerunt Apostoli, & in eo statuerunt, Fideles esse immunes à jugo Circumcisionis, & ab observantia Legis Mosaicæ, idque dumtaxat oneris illis imposuerunt, ut abstinerent ab immolatis Simulachrorum, à sanguine, à suffocatis animalibus, & à fornicatione, sicut fusè describitur cap. XV. lib. Actuum Apostolorum.

Concilia quæ Secundo Ecclesiæ Sæculo habita sunt.

Nonnulla Concilia exeunte secundo Ecclesiæ Sæculo fuerunt celebrata occasione controversiæ, quæ circa diei Paschalis observationem inter Ecclesiam Romanam & Ecclesias Asiæ enata est. Ecclesia Romana Pascha peragebat Dominica die, quæ post Æquinoctium Vernum proximè sequitur Lunam XIV. Mensis Martii. Ecclesiæ autem Asiæ more Judæorum Pascha celebrabant Lunâ XIV. Mensis Martii in quamcumque hebdomadæ diem incideret. Ad hanc dirimendam Controversiam quædam indicta sunt Concilia, quæ hic breviter recensebo.

Primum est Concilium *Romanum*, à S. *Victore* Papa hujus nominis I. convocatum, cujus mentionem facit *Eusebius* libr. V. *Historia Ecclesiastica* cap. XXII. & in hoc Concilio definitum est, Pascha non more Judæorum, seu Luna XIV. sed die Dominico, Lunam XIV, post vernale Æquinoctium immediatè sequente, celebrandum esse.

Alterum Concilium est *Palæstinum*, seu *Cæsariense*, cui præfuit *Theophilus*, cæsariensis Metropolitanus Episcopus, & in eo constitutum est, nequaquàm licere Christianis Pascha more Judæorum celebrare Luna XIV. mensis Martii.

Tertium Concilium est *Lugdunense* in Galliis, cui præfuit *S. Irenæus*, Lugdunensis Episcopus, & in eo, circa diei Paschatis observationem, idem sancitum est, quod in duobus præcedentibus Conciliis fuerat jam statutum. Hujus Concilii Lugdunensis Epistolæ Synodicæ fragmenta refert *Eusebius* lib. V. Historiæ Ecclesiasticæ cap. XXIV. ibidèmque meminit trium aliorum Conciliorum, seu *Pontici*, *Osroëni*, & *Corinthiaci*, quæ eâdem de causâ convocata Romanæ Ecclesiæ disciplinam circa diei Paschatis observationem approbarunt.

Denique, adversùs Ecclesiæ Romanæ disciplinam circà diei Paschatis observationem *Polycrates*, Episcopus Ephesinus, convocavit Concilium *Asiaticum*, ità dictum, quòd in Asia Proconsulari habitum sit. In hoc autem Concilio Episcopi Asiani contra *Victorem*, Pontificem Maximum, decreverunt, Pascha Lunâ XIV. in quamcumque hebdomadæ diem incurreret, esse celebrandum, non secùs ac Judæi factitare solent. *Victori* tamen Papæ Decreto acquieverunt tandem Episcopi Asiani, qui verò obtemperare renuerunt, dicti sunt Hæretici *Quadurdecimani*, eò quòd lunâ decimâ quartâ primi mensis Paschale Festum celebrandum esse mordicùs contenderent.

Concilia tertio Ecclesiæ Sæculo habita.

Carthaginense I. circà annum Christi ccxv. sub *Agrippino*, Episcopo Carthaginensi, ab Africæ Proconsularis & Numidiæ Episcopis habitum, in quo definitum est, Hæreticos esse rebaptizandos. Hinc istud Concilium ab Ecclesia reprobatur.

Alexandrinum, circa annum ccxxx. sub *Demetrio*, Alexandriæ Episcopo, in causa *Origenis* congregatum, & in eo *Origenes* Sacerdotii honore exutus est, eò quòd, dùm adolescens esset, se ipsum mutilasset, seu evirasset.

Lambesitanum, in Lambesitana Africæ Colonia, circa annum ccxl. coactum, in quo *Privatus* Hæreticus ob multa & gravia delicta damnatus est.

Bostrenum, Bostræ in Arabia circa annum ccxliii. indictum, in quo *Beryllus*, Bostrorum Episcopus, qui in hæresim lapsus erat, damnatus est, eumque *Origenes*, qui huic Concilio interfuit, ab errore revocavit.

Concilium *Carthaginense* II. seu *S. Cypriani* primum, in causa lapsorum tempore persecutionis Imperatoris *Decii*, & adversùs *Felicissimum*, Schismaticum, congregatum est ann. ducentesimo quinquagesimo primo.

Concilium Antiochenum primum anno ducentesimo quinquagesimo secundo à *Fabio* Episcopo convocatum, sed eo interea mortuo, sub *Demetriano*, ejus successore, celebratum est. In hoc Concilio damnatus est *Novatianus*, ut videre est apud *Eusebium* lib. 6. Hist. Eccl. cap. 46.

Concilium Romanum primum eodem anno ducentesimo quinquagesimo secundo sub *Cornelio* Papa habitum est, & in eo confirmatum est Concilii Carthaginensis Decretum, nimirùm, ut lapsi in persecutione Deciana ad pœnitentiam admitterentur, sed non

non ad communionem, nisi impleto satisfactionis tempore. Aliud Concilium convocavit *Cornelius* Papa contra *Novatianum*, Hæreticum, & Antipapam.

Concilium *Carthaginense III.* seu *S. Cypriani* secundum, eodem anno ducentesimo quinquagesimo secundo habitum est, & in eo decretum fuit pacem his, qui sæviente in Christianos persecutione in Idololatriam lapsi erant, & quorum alii *Sacrificati*, alii *Thurificati*, alii *Idololatræ*, alii *Libellatici*, alii *Traditores* dicebantur, mox dandam esse, si gravis urgeret necessitas.

Concilium *Carthaginense IV.* seu *S. Cypriani* tertium, anno ducentesimo quinquagesimo tertio indictum est, & in eo præcipuè de Baptismo parvulorum actum fuit, ut videre est in Epistola LXIV. *S. Cypriani* ad *Fidum*.

Concilium *Carthaginense V.* seu *S. Cypriani* quartum, anno ducentesimo quinquagesimo quarto habitum est, & in eo *S. Cyprianus*, aliique Africanæ Ecclesiæ Præsules declararont, ab Episcopis Hispaniæ justa de causa depositos fuisse *Basilidem*, Legionensem Episcopum, & *Martialem*, Asturicensem Episcopum, qui, grassante persecutione, sacrificatis libellos emerant, & privatim Fidem abnegaverant, atque jure merito in eorum locum ab Episcopis Hispaniæ suffectos fuisse & ritè ordinatos *Sabinum* & *Felicem*.

Concilium *Carthaginense* VI. seu *S. Cypriani* quintum, anno circiter ducentesimo quinquagesimo quinto convocatum est, & in eo *Cyprianus*, aliique Africanæ Ecclesiæ Præsules, fervente jam de Hæreticorum Baptismate Controversia, decreverunt, neminem extra Ecclesiam baptizari posse, ac proinde ab Hæreticis baptizatos, rebaptizandos esse. Hoc Concilium, in quo contra Apostolorum traditionem, erroris de rebaptizandis Hæreticis dogma stabilitum est, Catholica rejicit Ecclesia. Reprobat etiam Catholica Ecclesia, quatuor alia Concilia, in quibus idem dogma de iterando Hæreticorum Baptismo fuit confirmatum, videlicèt *Iconiense*, *Synadense*, *Carthaginense septimum*, seu *S. Cypriani* sextum, *Carthaginense octavum*, seu *S. Cypriani* septimum, quæ quatuor Concilia circa annum ducentesimum quinquagesimum octavum fuerunt celebrata, & à *S. Stephano I.* Pontifice Maximo in Concilio Romæ convocato, quod est Romanum secundum, reprobata sunt.

Concilium *Romanum III.* circa annum ducentesimum sexagesimum tertium à *Dionysio*, Romano Pontifice, habitum est, & in eo *Dionysius*, Patriarcha Alexandrinus, qui Sabellianæ hæresis insimulatus fuerat, purgatus & absolutus est.

Concilium *Antiochenum II.* quod anno CCLXIV. vel CCLXV. habitum est contra *Paulum Samosatenum*, Antiochenæ Ecclesiæ Episcopum Hæreticum, qui Christi divinitatem inficiabatur. Verùm vafer ille Hæreticus ita secretum animi sui virus in hoc Concilio dissimulavit, & in tot formas, instar Prothei, se vertit, ut Patribus fucum fecerit, ut videre est apud *Eusebium* lib. VII. Hist. Eccl. cap. 28.

Concil. *Antiochenum III.* anno CCLXV. vel ut alii volunt, CCLXX. congregatum est, & in eo *Paulus Samosatenus*, Episcopus Antiochenus, falsis coloribus nudatus, Hæreseos manifestissimè convictus, tanquam Hæreticus damnatus, è Sede Antiochena dejectus est, & in ejus locum *Domnus* fuit omnium Patrum consensu subrogatus.

Concilia celebrata quarto Ecclesiæ Sæculo.

Concilium *Cirtense* anno trecentesimo quinto Cirtæ in Numidia habitum est, ei præfuit *Secundus*, Episcopus Tigisitanus, & in illo omnes Episcopi, qui, sæviente persecutione Diocletianeâ, Sacrorum Codicum traditores fuerant, absoluti sunt, & eorum causæ judicium soli Deo relictum.

Concilium *Alexandrinum* anno trecentesimo quinto coëgit *Petrus*, Patriarcha Alexandrinus, & in eo *Meletius*, Episcopus Neapolitanus, Sede suâ depositus est, quòd grassante *Maximini* Imperatoris persecutione, Idolis sacrificasset.

Concilium *Illiberitanum*, seu *Eliberitanum*, eodem circiter anno trecentesimo quinto convocatum est in Hispania, seu in Regno Granatensi, & in eo conditi sunt octoginta canones, Disciplinam Ecclesiasticam spectantes, in quibus nihil est, quod sanctum & religiosum non sit.

Conciliabulum *Carthaginense* ab Episcopis Donatistis anno trecentesimo undecimo habitum est, & in eo, instigante *Lucilla*, potentissima fœmina, *Cæcilianus*, Carthaginensis Episcopus, absens licèt, damnatus tanquam Sacrorum Codicum traditor, Sede sua depositus est, & in ejus locum suffectus est *Majorinus*, qui à Donatistarum partibus stabat, indèque originem habuit Donatistarum Schisma.

Concilium *Romanum I.* anno trecentesimo decimo tertio à *Melchiade*, Pont. Max. indictum est, in quo *Donatus*, tanquàm Schismatis Donatistarum reus, damnatus est, & *Cæcilianus*, Episcopus Carthaginensis, à Donatistarum accusationibus judicio Synodali fuit absolutus.

Concilium *Arelatense I.* anno trecentesimo decimo quarto coactum est, & in eo *Cæciliani*, Episcopi Carthaginensis, causa iterùm examinata, ejusque innocentia vindicata fuit. Viginti duo etiam canones, ad Ecclesiæ mores & Disciplinam spectantes, in hoc Concilio Arelatensi conditi sunt.

Concilium *Ancyranum* eodem anno trecentesimo decimo quarto habitum est, & in eo, ut Ecclesiastica Disciplina resarciretur, & lapsi tempore persecutionis ad pœnitentiam rectiùs admitterentur, constituti sunt viginti quatuor canones. Huic Concilio præfuit *Vitalis*, Episcopus Antiochenus.

Concilium *Neocæsariense* eodem anno trecentesimo decimo quarto indictum est, & in eo ad sanciendam Ecclesiæ disciplinam quatuordecim conditi sunt canones. Huic

Concilio præfuit etiam *Vitalis*, Episcopus Antiochenus.

Concilium *Alexandrinum* II. enno trecentesimo vigesimo primo congregavit *Alexander*, Episcopus Alexandrinus, & in eo damnavit *Arium*, hæresim suam recens evomentem. Aliud Concilium *Alexandrinum* seu III. eodem anno centesimo vigesimo primo celebravit *Alexander*, Episcopus Alexandrinus, in quo pestilentem *Arii* Hæresim denuò profligavit.

Coocilium Oecumeoicum Nicænum primnm anno trecentesimo vigesimo quinto convocatum est. Ei interfuernnt trecenti & octodecim Patres, præfuit verò, nomine *Silvestri*, Romani Pontificis, *Osius*, Cordubensis Episcopus. Impia *Arii* Hæresis proscripta est. Consubstantialitas Verbi Divini cum Patre Æterno stabilita, controversie de die, qua Pascha celebrandum est, definita fuit, & viginti conditi sunt canones ad sartam tectam conservandam Ecclesiæ Disciplinam.

Concilium *Romanum* II. eodem anno trecentesimo vigesimo quinto habuit *Silvester*, Pontifex Maximus, & in eo Hæresim *Arii* damnavit, pluresque Sanctiones edidit ad restaurandam Ecclesiæ Disciplinam apprimè utiles.

Conciliabulum *Antiochenum* I. celebrarunt Ariani anno cccxxviii. vel, ut alii volunt anno cccxxx. in quo *Eustathium*, Episcopum Antiocheoum, & egregium Fidei Nicænæ defensorem, Sede sua deposuerunt.

Alterum Conciliabulum *Cæsariense* in Palæstina anno trecentesimo trigesimo tertio contra *S. Anathasium*, Patriarcham Alexandrinum, convocarunt Ariani. Tertium Conciliabulnm, seu *Tyrium*, enno trecentesimo trigesimo quinto contra eumdem S. *Athanasium* indixerunt, in quo eum Sede Alexandrina dejecernnt. Quartum Conciliabulum, seu *Constantinopolitanum* I. anno trecentesimo trigesimo sexto habuerunt Ariani, in quo *Marcellum*, Ancyranum Episcopum, damnarunt. Quiotum Coociliabulum, seu *Constantinopolitanum* II. anno trecentesimo trigesimo octavo coëgetnnt, in quo *Paulum*, orthodoxum Episcopum Constantinopolitanum, Sede abdicarunt, & in ejus locum *Eusebium*, Nicomediensem, Episcopum Arianum, intruserunt. Sextum Conciliabulnm, seu *Antiochenum* II. anno trecentesimo quadregesimo primo habuerunt Ariani, in quo *S. Athanasium*, Patriarcham Alexandrinum, iterum è Sede Patriarchali exturbarunt, & *Gregorium*, Arianum, in ejus locum subrogarunt. Hasce Arianorum Pseudo-Synodos, quas Catholica Ecclesia, tanquam Syoagogas Satanæ reprobat, juxta ordinem Chronologicum indicasse sufficiat.

Concilium Romanum III. anno trecentesimo quadragesimo secundo celebravit Julius Pontifex Maximus, & in eo *Athanasius*, Patriarcha Alexandrinus, qui in Concilio Alexandrino anno cccxxxx. habito à calumniis Hæreticorum fuerat plenissimè vindicatus, innocens & liber ab omni crimine agnitus est.

Conciliabulum Antiochenum III. anno trecentesimo quadragesimo quinto convocarunt Ariani, in quo prolixam Fidei Formulam Arianam promnigarunt.

Concilium *Mediolanense* I. habitum est anno cccxlvi. & in eo Nicæna Fides de consubstantialitate Verbi Divini cum Patre æterno fuit confirmata.

Concilium *Agrippinense* eodem anno trecentesimo quadragesimo sexto indictum est, & in eo *Euphrates*, Coloniæ Agrippinæ Episcopus, damnatus atque exauctoratus est, quòd Christi divinitatem negaret.

Concilium *Sardicense* anno trecentesimo quadragesimo septimo convocatum est, in quo Nicæna Fides fuit approbata. Sed eodem anno Episcopi Ariani Philopopolim convenerunt, ibique conventiculum habuerunt, quod, ut fucum facerent, falsò *Sardicensis Concilii* nomine nuncuparunt.

Concilium *Carthaginense* I. anno trecentesimo quadragesimo octavo indixit *Grates*, Episcopus Carthaginensis. In eo & pro reformatione morum, & Disciplinæ Ecclesiasticæ restauratione, quatuordecim conditi sunt canones.

Concilium *Sirmiense* I. habitum est anno trecentesimo quinquagesimo primo, & in eo damnatus est *Photinus*, Episcopus Sirmiensis, qui negabat divinitatem Christi.

Conciliabula nonnulla Ariani ad suam propagandam Hæresim celebrarunt, videlicet *Arelatense*, anno trecentesimo quinquagesimo tertio; *Mediolanense* II. anno trecentesimo quinquagesimo quinto; *Buerrense*, anno trecentesimo quinquagesimo sexto; *Antiochenum* IV. eodem anno; *Sirmiense* II. enno trecentesimo quinquagesimo septimo; *Sirmiense* III. enno trecentesimo quinquagesimo octavo. Quin, quod magis deplorandum est, Ariani, *Constantii* Imperatoris authoritate freti, Episcopos Occidentales, enno trecentesimo quinquagesimo nono in Concilio *Ariminensi* congregatos, compulerunt quà vi, quà dolis & malis artibus, ut Fidei Formulæ Arianæ subscriberent. Sed cùm iidem Ariani Episcopos Orientales, qui eodem anno trecentesimo quinquagesimo nono in Concilio Seleuciensi erant adunati, inducere haud potuissent ad recipiendam Fidei Formulam planè Arianam, obtinuerunt tandem illi Hæretici ab Imperatore *Constantio*, qui intùs & in cute Arianus erat, ut Conciliabulum Constantinopoli enno trecentesimo sexagesimo convocarent, in quo novam Fidei Formulam, sed omninò Arianam, condiderunt. Adversùs ista Hæreticorum Arianorum Conciliabula, Episcopi Catholici ad tuendam avitam Nicænæ Synodi Fidem aliquot Concilia celebrarunt. Synodus *Parisiensis*, an. ccclx. vel, ut alii volunt, ccclxii. convocata, damnavit Arianos. Synodus *Alexandrina* à S. *Athanasio*, imperante *Joviano*, anno trecentesimo sexagesimo tertio habita, & Synodus *Antiochena* eodem anno congregata, Arianos

nos anathemate perculerunt. *Damasus* Papa anno trecentesimo sexagesimo sexto Synodum Romæ indixit, in qua damnatos Episcopos Arianos diris devovit, & alteram Synodum Romæ anno trecentesimo septuagesimo secundo habuit, in qua *Auxentium*, Episcopum Mediolanensem, Arianum confixit. Denique, Episcopi, Semi-Ariani, qui tandem Fidem Nicænam amplexi sunt, plura Concilia ad jugulandam Arianam Hæresim celebrarunt, videlicet *Concilium Ancyranum*, cui *Basilius*, Ancyranus Episcopus, præfuit anno CCCLVIII. in quo secunda Sirmiensis formula, quæ ab Arianis edita fuerat, damnata est; *Concilium Lampsacenum* anno CCCLXIV. Concilium *Siculum*, & *Tyanense* anno CCCLXV. Concilium *Illyricanum* anno CCCLXVII. in his, inquam, Conciliis Episcopi *Semi-Ariani* Fidem Nicænam de Consubstantialitate Verbi Divini cum Patre æterno approbarunt, & Arianam perfidiam condemnarunt.

Consilium *Gangrense* habitum est anno CCCLVII. &, in eo *Eustathius*, Episcopus Sebastanus, qui jam, propter hæresim, sede sua fuerat depositus in Synodo Cæsariensi, ante Concilium Gangrense anno incerto habita, fuit tanquam Hæreticus damnatus. In eodem Concilio Gangrensi præscripti sunt viginti Canones, quos Catholica recipit Ecclesia.

Concilium *Laodicenum* indictum est annò trecentesimo sexagesimo tertio, & in eo conditi sunt sexaginta Canones, qui ad componendos Christianorum mores, & ad sanciendam Ecclesiæ Disciplinam perutiles sunt, & à Catholica Ecclesia approbati.

Concilium Secundum Oecumenicum, seu *Constantinopolitanum* I. habitum est anno trecentesimo octogesimo primo, contra *Macedonium*, Episcopum Constantinopolitanum, qui negabat Divinitatem Spiritus Sancti.

Concilium *Aquilejense* eodem anno trecentesimo octogesimo primo indictum est, & in eo duo Episcopi *Palladius*, & *Secundus*, Ariani, damnati sunt.

Concilium *Capuanum* anno trecentesimo octogesimo nono habitum est, & in eo errores *Bonosi*, Sardicensis Episcopi, fuerunt proscripti.

Concilium *Carthaginense secundum* anno trecentesimo nonagesimo convocavit *Genethlius*, Carthaginensis Episcopus, & in eo pro resarcienda Ecclesiæ Disciplina tredecim conditi sunt Canones.

Concilium *Carthaginense tertium* anno trecentesimo nonagesimo septimo congregavit *Aurelius*, Carthaginensis Episcopus, & in eo, quinquaginta editis Canonibus, sancita est Ecclesiæ Disciplina.

Concilium *Carthaginense quartum*, cui præfuit *Aurelius*, Carthaginensis Episcopus, celebratum est anno trecentesimo nonagesimo octavo, & in eo quatuor supra centum Canones, pro reformatione morum & Ecclesiasticæ Disciplinæ conditi sunt.

Concilium *Toletanum primum* anno quadringentesimo habitum est, & in eo *Symphosius*, & *Dictinius*, Episcopi, Priscillianam Hæresim ejurarunt, atque viginti Canones pro Disciplina Ecclesiastica fuerunt promulgati.

Missa facio tria pseudo-Concilia, quæ Hæretici Donatistæ quarto Ecclesiæ Sæculo celebrarunt, quorum duo prima, seu *Carthaginense*, & *Cabarsussitanum*, habita sunt anno cccxciii. & in his *Primianus*, Sectæ Donatistarum Episcopus Carthaginensis, damnatus, ac sede depositus est, & *Maximianus*, Donatista, in ejus locum substitutus est. Tertium verò Concilium Donatistæ anno cccxciv. indixerunt, in quo *Primianus*, qui sede sua dejectus fuerat, in eam restitutus est, *Maximianus* verò damnatus fuit, & è Sede Carthaginensi, quam occupaverat, expulsus.

Concilia, quæ quinto Ecclesiæ Sæculo habita sunt.

Concilium *Taurinense* celebratum fuit anno quadringentesimo primo, & in eo agitata est controversia de Primatu inter Episcopos Arelatensem & Viennensem.

Concilia *Cyprium* à *S. Epiphanio*, Salaminæ Episcopo, & *Alexandrinum* à *Theophilo*, Patriarcha Alexandrino, ad damnandos Origenistarum errores eodem anno quadringentesimo primo fuerunt convocata.

Concilium *Carthaginense* I. eodem anno quadringentesimo primo indictum est, & in eo Episcopi, exposita Ecclesiæ Africanæ necessitate, petierunt à Romano Pontifice, ut ad se Italici Presbyteri mitterentur.

Concilium *Carthaginense* II. eodem anno quadringentesimo primo habitum est, actumque de recipiendis Donatistis.

Concilium *Milevitanum* I. anno quadringentesimo secundo coactum fuit, & in eo variorum Africæ Episcoporum causæ discussæ ac judicatæ sunt.

Consilium ad *Quercum* in suburbio Chalcedoniæ à *Theophilo* Alexandrino anno quadringentesimo tertio celebratum est, & in eo injustè damnatus ac depositus est S. *Chrysostomus*, Episcopus Constantinopolitanus.

Concilium *Carthaginense* III. habitum est anno quadringentesimo tertio, actumque in eo de recipiendis, seu reconciliandis Donatistis.

Concilium *Carthaginense IV.* anno quadringentesimo quarto indictum est, decretumque, ut ad *Honorium* Imperatorem dirigerentur Epistolæ adversùs Donatistas, qui rejecta omni concordiæ spe, in Catholicos armis grassabantur.

Carthaginense V. anno quadringentesimo quinto habitum est, & in eo Episcopi Imperatorem de Donatistis ad Ecclesiam Catholicam reversis certiorem fecerunt.

Concilia Carthaginensia VI. & VII. habita sunt anno quadringentesimo septimo, & Concilium *Carthaginense* VIII. anno quadringentesimo octavo celebratum est, atque in his tribus Conciliis Carthaginensibus Le-

gatio ad Imperatorem decreta est adversùs *Donatistas* & Ethnicos, qui Ecclesiæ bona temporalia usurpabant.

Concilium *Carthaginense IX.* anno quadringentesimo nono coactum est, & in eo de variis Episcoporum causis actum.

Concilium *Carthaginense X.* anno quadringentesimo decimo Legatos ad Imperatorem misit adversùs Donatistes.

Concilium *Ptolomaidense* in Lybia anno quadringentesimo undecimo congregatum est, & in eo Præfectus *Andronicus*, ob nefanda crimina, Excommunicationis Sententie perculsus est.

Collatio Carthaginensis celeberrima Catholicos inter & Donatistas eodem anno quadringentesimo undecimo habita est, in qua vicerunt Catholici.

Concilium *Carthaginense XII.* anno quadringentesimo duodecimo convocatum est, & in eo damnatus fuit *Cælestinus*, discipulus *Pelagii*.

Concilium *Hierosolymitanum* in causa *Pelagii* habitum est an. quadringentesimo decimo quinto.

Concilium *Diospolitanum* in causa itidem Hæresiarchæ *Pelagii* eodem an. quadringentesimo decimo quinto coactum fuit.

Concilium *Carthaginense XIII.* indictum est anno quadringantesimo decimo sexto, & in eo *Pelagii*, & *Cælestii* Hæresis fuit damnata.

Concilium *Milevitanum II.* celebratum est eodam anno quadringentesimo decimo sexto, & in eo *Pelagii*, & *Cælestini* errores iterùm fuerunt damnati.

Concilium *Carthaginense XIV.* anno quadringentesimo decimo octavo habitum est, & in eo virulenta *Pelagii*, & *Cælestii* dogmata confussa sunt.

Concilium *Carthaginense XV.* coactum est eodem anno quadringentesimò decimo octavo, & in eo quæstio de Appellationibus ad Sedem Apostolicam fuit agitata.

Concilium *Romanum I. Cælestinus I.* Pontifex Maximus anno quadringentesimo trigesimo convocavit, & in eo *Nestorii* Hæresim damnavit.

Concilium *Alexandrinum* eodem anno quadringentesimo trigesimo in causa *Nestorii* celebravit *S. Cyrillus*, Patriarcha Alexandrinus, & *Cælestini I.* Romani Pontificis Legatus.

Concilium *Romanum II.* an. quadringentesimo trigesimo primo indixit *Cælestinus I.* Pontifex Maximus, & in eo impietas *Nestorii* iterùm damnata.

Concilium tertium Oecumenicum, seu *Ephesinum*, habitum est anno quadringentesimo trigesimo primo, & in eo denuo eta est *Nestorii* Hæresis, & iterùm proscripti errores *Pelagii*.

Conciliabulum eodem anno quadringentesimo trigesimo primo Ephesi coëgit *Joannes*, Patriarche Antiochenus, in quo *Nestorii* patrocinium suscepit. Sed hoc Concilium ab Ecclesia reprobatur.

Concilium *Armenum* ab Armenis Episcopis anno quadringentesimo trigesimo quinto fuit congregatum, & in eo *Nestorii* libri, utpotè erroribus scatentes, confixi fuerunt.

Concilium *Rejense*, seu *Regiense*, Gallicè *Riez*, anno quadringentesimo trigesimo nono habitum est, & in eo abrogata, seu nulla declarata fuit *Armentarii*, Ebredunensis Episcopi Ordinatio, & aliquot canones, Disciplinam Ecclesiasticam spectantes, conditi sunt.

Concilium *Arausicanum I.* in Gallia Narbonensi anno quadringentesimo quadragesimo primo celebratum est, in quo plurima ad jura & Disciplinam Ecclesiæ spectantia sancita sunt, et triginta conditi canones.

Concilium *Vasense* in Gallia Narbonensi anno quadringentesimo quadragesimo secundo habitum est, & in eo de Disciplina Ecclesiastica conditi sunt canones decem.

Concilium *Romanum III.* anno quadringentesimo quadragesimo quarto convocatum est contra Manichæos.

Concilium *Asturicense* in Gallæcia an. quadringentesimo quadragesimo sexto collectum est, & in eo Manichæi quidam latentes detecti ac damnati fuerunt.

Concilium *Hispanicum* anno quadringentesimo quadragesimo septimo, sed incerto loco, celebratum est contra Priscillianistarum Hæresim.

Concilium *Constantinopolitanum* habitum est à *Flaviano*, Patriarcha Constantinopolitano, anno quadringentesimo quadragesimo octavo, & in eo *Eutychetis* Hæresis damnata est.

Conciliabulum, dictum *Latrocinium Ephesinum*, Heretici Eutychiani celebrarunt anno quadringentesimo quadragesimo nono, & in eo Hæresiarcham *Eutychem* absolverunt, & *Flavianum*, orthodoxum Episcopum, damnarunt, Sede deposuerunt, multisque plagis immaniter affecerunt. Sed istud Conciliabulum fuit ab Ecclesia Catholica reprobatum, tum in Concilio quod Romæ anno quadringentesimo quadragesimo nono habuit *S. Leo Magnus*, Rom. Pont. quàm in Concilio, quod anno quadringentesimo quinquagesimo Constantinopoli convocavit *Anatolius*, hujus urbis Episcopus, & in Concilio Mediolanensi, quod *Eusebius*, Mediolanensis Episcopus, indixit an. quadringentesimo quinquagesimo primo. In his, inquam, tribus Conciliis, *Romano, Constantinopolitano, & Mediolanensi*, rejectum ac damnatum est istud Eutychianorum Conciliabulum, dictum *Latrocinium Ephesinum*, proscripta *Eutychetis* Hæresis, & Epistola *S. Leonis* Papæ, de Verbi Divini incarnatione ad *Flavianum* scripta, fuit approbata.

Concilium *Hibernicum* habitum est an. circiter quadringentesimo quinquagesimo. Ei præfuit *S. Patricius*, & triginta quatuor canones ad sanciendam Ecclesiæ Disciplinam in hoc Concilio conditi, extant apud *Spelmannum* Tomo I. *Conciliorum Britannica*.

Con-

Concilium IV. Oecumenicum, seu *Chalcedonense*, anno quadringentesimo quinquagesimo primo convocatum est, & in eo *Entychetis* Hæresis fuit profligata.

Concilium *Arelatense* II. habitum est anno quadringentesimo quinquagesimo secundo, extantque canones quinquaginta sex in eo editi de diversis legibus & consuetudinibus Ecclesiasticis, cum Notis *Sirmondi*, *Binii*, & *Albaspinæ*, Tomo IV. conc.

Concilium *Andegavense* in Galliis celebratum est anno quadringentesimo quinquagesimo tertio, & in eo ad restaurandam collapsam Ecclesiæ Disciplinam conditi sunt canones XII. qui extant Tomo IV. Conciliorum.

Concilium *Arelatense* III. in causa *Fausti* Abbatis Lerinensis, & Episcoporum, collectum est anno quadringentesimo quinquagesimo quinto.

Concilium *Turonicum I.* in Galliis habitum est anno quadringentesimo sexagesimo primo, & in eo, ad resarciendam Ecclesiæ Disciplinam, quam Barbarorum incursiones haud parum labefactarant, tredecim conditi sunt canones, qui extant Tomo IV. conciliorum.

Concilium *Veneticum* in Aremorica, seu Britannia Minori, circa annum quadringentesimum sexagesimum quintum, ad sanciendam itidem Ecclesiæ Disciplinam fuit convocatum.

Concilium *Cambricum* collectum est anno qudringentesimo sexagesimo quintu, magis fuit Politicum, quàm Ecclesiasticum.

Concilia *Arelatense* IV. & *Lugdunense*, ad proscribendos quorumdam circà Gratiam & Prædestinationem errores, Anno ccccLXXI. vel ccccLXXV. celebrata fuisse scribit *Faustus*, Rejensis, seu Rhegiensis Episcopus. Sed multi Viri periti hæc duo Concilia à *Fausto*, Semipelagiano, conficta ac supposita esse contendunt

Denique, Duo Concilia Romæ celebravit *Gelasius*, Pontifex Maximus, unum videlicèt anno quadringentesimo nonagesimo quartu, in quo libros Sacros, & Scripta Ecclesiastica authentica & genuina ab apocryphis, spuriis & suppositiis accuratissimo criterio discrevit. Extat istud *Gelasii* Papæ Decretum Tomo IV. Conciliorum, illudque sincerum esse, & non ex *Isidori Mercatoris* Officina prodiisse (sicut obstrepunt Hæretici, præsertim *Pearsonus* in *Vindiciis Ignat.* cap. 3. & *Guillelmus Cave* part. 1. Hist. Liter. Sæc. V. pag. 264) multis momentis avincit doctissimus Abbas *Justus Fontaninus* in Appendice Libri, quem edidit *De Antiquitate Hortæ Coloniæ Hetruscorum.* Alterum Concilium *Gelasius* Papa convocavit anno quadringentesimo nonagesimo quinto, in quo *Micenus*, Pontificis Legatus, qui à *Felice III.* Pontifice Maximo in Concilio Romæ celebrato anno quadringentesimo septuagesimo quinto damnatus fuerat, quòd cum *Acacio*, Constantinopolitano Episcopo, & *Petro Mongo*, communicasset, peracta pœnitentia absolutus est, & ad communionem admissus.

Concilia quæ fuerunt convocata Sæculo Ecclesiæ Sexto.

Concilium *Romanum* I. anno quingentesimo primo habitum est in causa *Symmachi* Papæ, qui apud *Theodoricum* Regem falsò accusatus in hoc Concilio purgatus est.

Concilium *Romanum* II. dictum *Palmare*, indictum est anno quingentesimo secundo, & in eo *Symmachi* Papæ electio, à Schismaticis sæpiùs impetita, confirmata fuit.

Concilium *Romanum* III. eadem de causa, seu ad confirmandam electionem *Symmachi* Papæ, anno quingentesimo tertio congregatum est.

Concilium *Romanum* IV. celebratum est anno quingentesimo quarto, & in eo bonorum Ecclesiasticorum invasores Anathemate perculsi sunt.

Concilium *Agathense* in Provincia Narbonensi ad Disciplinam Ecclesiasticam pristino vigori restituendam anno quingentesimo sexto habitum est.

Concilium *Byzacenum* I. in Provincia Africæ anno quingentesimo septimo contra Regem *Thrasamundum*, Catholicæ Religionis hostem, & Episcopos tollere conantem, fuit celebratum.

Concilium *Aurelianense* I. in Gallis anno quingentesimo undecimo habitum est, & in eo XXXI. conditi sunt canones ad Mores, Ritus, Consuetudines, & Disciplinam Ecclesiæ spectantes.

Concilium *Tarraconense* in Hispania anno quingentesimo decimo sexto indictum est, & in eo sancita sunt tredecim de Disciplina Ecclesiæ Capitula.

Concilium *Gerundense* in Catalaunia anno quingentesimo decimo septimo habitum est, & in eo decem statuta sunt Capitula, quæ Disciplinam Ecclesiasticam præcipuè spectant.

Concilium *Epaonense* in Gallia Narbonensi anno quingentesimo decimo septimo celebratum est, & in eo ad restituendam Disciplinam Ecclesiasticam præscripti sunt canones undecim.

Concilium *Lugdunense* I. anno quingentesimo decimo septimo convocatum est adversùs quemdam *Stephanum*, incestus crimine pollutum, & in eo sex conditi sunt canones.

Concilium *Constantinopolitanum* I. anno quingentesimo decimo octavo fuit congregatum, & in eo Concilii Chalcedonensis, *S. Leonis* Papæ, *Euphemii*, & *Macedonii*, Episcoporum Constantinopolitanorum, nomina Sacris Diptychis restituta sunt. Hæreticus *Severus*, & alii Concilii Chalcedonensis adversarii damnati. Idem statutum est in Conciliis *Hierosolymitano* & *Tyrio*, eodem anno celebratis.

Concilium *Romanum V.* anno quingentesimo decimo octavo convocavit *Hormisdas*, Pontifex Maximus, & in eo sancita est cum Ecclesia Constantinopolitana concordia, ea conditione, ut *Acacii*, Episcopi Constantinopolitani, & Schismatis Authoris, nomen è Sacris Diptychis expungeretur.

Con-

Concilium *Constantinopolitanum* II. ab *Epiphanio*, Patriarcha Constantinopolitano, collectum est an. quingentesimo vigesimo.

Concilium *Sardiniense* ab Episcopis Africanis in Sardinia exulibus, tempore persecutionis *Thrasamundi*, Vandalorum Regis, anno circiter quingentesimo vigesimo primo, ad dirimendam Controversiam de Gratia DEI, & Libero Arbitrio, celebratum est.

Concilium *Ilerdense* in Hispania Tarraconensi anno qoingentesimo vigesimo quarto habitum est, & in eo editi sunt de Disciplina Ecclesiastica canones sexdecim.

Concilium *Valentinum* in Hispania anno quingentesimo vigesimo quarto coactum est, & in eo sex circa Disciplinam Ecclesiasticam constituta sunt Capitula.

Concilium *Arelatense* anno quingentesimo vigesimo quatto habitum est, & in eo quatuor conditi sunt canones ad praescribendam disciplinam, quae in Ordinatione Clericorum praecipuè observari debet.

Concilium *Carpentoractense* anno quingentesimo vigesimo septimo celebratum est, & in eo damnatus & à suis Episcopalibus muneribus suspensus est *Agregius*, eò quòd illegitimas, seu contra canones Ecclesiae, ordinationes fecisset.

Concilium *Arausicanum* II. anno quingentesimo vigesimo nono habitum. est contra Semipelagianos, & in eo de Gratia & Libero Arbitrio condita sunt viginti quinque capitula.

Concilium *Vasense*, anno qoingentesimo vigesimo nono celebratum est, & in eo de Disciplina Ecclesiastica quinque conditi sunt canones.

Concilium *Toletanum* II. anno quingentesimo trigesimo primo indictum est, & in eo quinque de Disciplina Ecclesiastica condita sunt Capitula. Cardinalis *Josephus de Aguirre* Tomo 2. *Concil. Hispaniae*, hujus Concilii *Toletani* I celebrationem rejicit ad annum quingentesimum vigesimum septimum.

Concilium *Aurelianense* II. anno quingentesimo trigesimo tertio coactum est, & in eo canones XXI. conditi sunt, ad mores & Disciplinam Ecclesiae spectantes.

Concilium *Arvernense* I. in Aquitania habitum est anno quingentesimo trigesimo quinto, & in eo sexdecim constituti sunt canones de variis Ecclesiae rebus & consuetudinibus, attinentibus ad Disciplinam.

Concilium *Constantinopolitanum* anno quingentesimo trigesimo sexto convocavit *Mennas*, Patriarcha Constantinopolitanus, in quo *Severus*, *Anthimus*, aliique Acephalorum principales, novas quotidiè turbas excitantes, damnati sunt.

Concilium *Aurelianense* III. anno quingentesimo trigesimo octavo habitum est, & in eo ad reformandam Ecclesiae Disciplinam conditi sunt canones XXX.

Concilium *Barcinonense* I. anno qoingentesimo quadragesimo fuit convocatum, & in eo, decem editis canonibus, sancita est Ecclesiastica Disciplina.

Concilium *Byzacenum* II. anno quingentesimo quadragesimo primo habitum est, & in eo Legatio ad Imperatorem *Justinianum* missa fuit.

Concilium *Aurelianense* IV. anno quingentesimo quadragesimo primo habitum est, & in eo plurima de Ritibus, & negotiis Ecclesiasticis sancita sunt.

Concilium *Constantinopolitanum* anno qoingentesimo quadragesimo septimo congregavit *Vigilius* Papa, & in eo decretum est, ut Sententia de Trium Capitulorum damnatione usque ad Concilium Oecumenicum suspenderetur.

Concilium *Aurelianense* V. anno quingentesimo quadragesimo nono habitum est, & in eo sive ad reprobanda *Nestorii* & *Eutychetis* dogmata, sive ad restaurandam Ecclesiae Disciplinam conditi sunt viginti quatuor canones.

Concilium *Arvernense* II. eodem anno, seu qningentesimo quadragesimo nono, celebratum est, & in eo sancita fuit Ecclesiae Disciplina.

Concilium *Tullense* in Lotharingia habitum est anno circiter quingentesimo quinquagesimo ad sedandos quorundam seditiosorum motus, qui ob incestuosas nuptias, à *Nicetio*, Trevirensi Episcopo, fuerant excommunicati.

Concilium *Mopsvestenum* anno quingentesimo quinquagesimo ad damnandam memoriam *Theodori*, Mopsvesteni Episcopi, convocatum est.

Concilium *Parisiense* I. anno quingentesimo quinquagesimo primo habitum est, & in eo *Saffaracus*, Episcopus Parisiensis, gravissimi criminis convictus, depositus est.

Concilium V. *Oecumenicum*, seu *Constantinopolitanum* II. ad discutiendam *Trium Capitulorum* causam, anno quingentesimo quinquagesimo tertio indictum est, & in eo Episcopi damnarunt *Tria Capitula*, sive personam & Scripta *Theodori Mopsvesteni*, Scripta *Theodoreti* adversùs *S. Cyrillum*, & Epistolam *Ibae* ad *Marim* Persam. Quae Concilii definitio recepta & approbata fuit in Concilio Hierosolymitano, quod eodem anno habitum est.

Concilium *Aquilejense* anno quingentesimo quinquagesimo tertio à Trium Capitulorum defensoribus convocatum est, & in eo quintum Generale Concilium, seu *Constantinopolitanum* II. repudiarunt, eò quòd Concilio Generali Chalcedonensi contrarium ipsis videretur. Sed hoc Concilium Aquilejense, quod diuturno in Ecclesia Schismati occasionem praebuit, ab Ecclesia reprobatur.

Concilium *Arelatense* anno quingentesimo quinquagesimo quarto habitum est, & octo de Disciplina Ecclesiastica canones conditi sunt.

Concilium *Parisiense* II. anno qoingentesimo quinquagesimo septimo celebratum est, & in eo ad consulendum Ecclesiae, post Bellum civile, utilitatibus, canones decem conditi sunt.

Concilium *Bracarense I.* in Hispania Tarraconensi anno quingentesimo sexagesimo tertio habitum est, in quo adversùs Hæresim Priscillianistarum septemdecim condita sunt capitula, & de *Disciplina Ecclesiastica* viginti duo.

Concilium *Lugdunense II.* anno quingentesimo sexagesimo septimo congregatum est, edidítque de pace & libertate Ecclesiastica canones sex.

Concilium *Turonense II.* anno quingentesimo sexagesimo septimo in causa Disciplinæ Ecclesiasticæ reformandæ coactum edidit canones viginti septem.

Concilium *Bracarense II.* anno quingentesimo septuagesimo secundo habitum est, & in eo de Disciplina Ecclesiastica condita sunt capitula decem.

Concilium *Parisiense* anno quingentesimo septuagesimo secundo indictum est, & in eo *Pretextatus*, Rothomagensis Episcopus, à *Chilperico*, Galliarum Rege, accusatus, causam suam egit, sed tandem convictus, relegatus est.

Concilium *Antisiodorense* circà annum quingentesimum septuagesimum octavum habitum est, & in eo conditi sunt quadraginta quinque de Disciplina Ecclesiastica canones.

Concilium *Cabilonense* anno quingentesimo septuagesimo nono celebratum est, & in eo *Salonius* Ebredunensis, & *Sagittarius*, Vapicensis, Antistites, læsæ Majestatis criminis insimulati, in carcerem detrusi sunt.

Concilium *Matisconense I.* anno quingentesimo octuagesimo primo congregatum, ad mores Ecclesiæ reformandos, & refrænandos Judæos, duodeviginti edidit canones.

Concilium *Lugdunense III.* habitum est anno quingentesimo octogesimo tertio, & in eo editi sunt sex canones Disciplinam Ecclesiasticam spectantes.

Concilium *Matisconense II.* ad collapsos Christianorum mores reformandos anno quingentesimo octogesimo secundo celebratum est, & in eo conditi sunt hunc in finem canones viginti.

Concilium *Toletanum III.* indictum est anno quingentesimo octogesimo nono, & in eo Gothi in Hispania, ejurata Hæresi Ariana, Fidem Orthodoxam professi sunt, atque Disciplinæ Ecclesiasticæ viginti tria condita sunt capitula.

Concilium *Narbonense* anno quingentesimo octogesimo nono habitum est, & ad sanciendam Ecclesiasticam Disciplinam in eo conditi sunt canones quindecim.

Concilium *Hispalense* anno quingentesimo nonagesimo à *Leandro*, Hispalensi Archiepiscopo, convocatum est, & in eo de Disciplina Ecclesiastica condita sunt capitula tria.

Concilium *Cæsar-Augustanum* anno quingentesimo nonagesimo secundo habitum est, & in eo tres editi sunt canones de Sacerdotibus & Episcopis ab Ariana Hæresi redeuntibus.

Concilium *Toletanum* coactum est anno quingentesimo nonagesimo septimo, duosque edidit canones de castitate & moribus Episcoporum.

Concilium *Oscense* in Aragonia an. quingentesimo nonagesimo octavo habitum est, & in eo duo editi sunt canones de munere Episcopali, & de vita casta ac pudica Clericorum.

Concilium *Barcinonense II.* celebratum est anno quingentesimo nonagesimo nono, & in eo adversùs Simoniacas promotiones conditi sunt quatuor canones.

Concilia, quæ fuerunt celebrata Sæculo Ecclesiæ septimo.

Concilium *Romanum I.* anno sexcentesimo primo habitum est, & in eo de Monasteriorum privilegiis præcipuè actum est.

Concilium *Wigorniense* à *S. Augustino*, Anglorum Apostolo, convocatum est anno sexcentesimo primo.

Concilium *Bizacenum* in Africa anno sexcentesimo secundo indictum est ad causam *Clementii*, sive *Clementini*, Provinciæ Byzacenæ Primatis, multorum criminum accusati, pertractandam.

Concilium *Cabilonense I.* an. sexcentesimo tertio habitum est, & in eo *S. Desiderius*, Viennensis Archiepiscopus, instigante *Brunichilde* Reginâ, Sede suâ dejectus est.

Concilium *Cantuariense* an. sexcentesimo tertio celebravit *S. Augustinus*, Anglorum Apostolus, & in eo Monasterium *SS. Petri & Pauli*, recens ab eodem *Augustino*, Cantoariensi Archiepiscopo, fundatum, confirmatum est.

Concilium *Romanum II.* anno sexcentesimo sexto habitum est, & decretum fuit, quod de eligendo Pontificis Successore non priùs ageretur, quàm defunctus triduò sepultus fuisset.

Concilium *Romanum III.* in causa Ecclesiæ Anglicanæ anno sexcentesimo decimo celebratum est, in eo etiam de vita & quiete Monachorum actum est.

Concilium *Egarense*, in Provincia Tarraconensi convocatum est anno sexcentesimo decimo quarto, & in eo præcipuè de castimonia Clericorum actum est.

Concilium *Parisiense* anno sexcentesimo decimo quinto habitum est, & in eo XV. canones conditi sunt.

Concilium *Cantianum* de Disciplina Ecclesiastica celebratum est anno sexcentesimo decimo septimo.

Concilium *Hispalense* ad peragenda negotia Ecclesiastica, & adversùs *Acephalorum* Hæresim congregatum est anno sexcentesimo decimo septimo.

Concilium, vulgò dictum *Toletanum IV.* habitum est anno sexcentesimo vigesimo quarto, & in eo septuaginta quinque constituti sunt canones, pro Fide, & Ecclesiæ Disciplina utilissimi.

Concilium *Remense* anno circiter quingentesimo vigesimo quinto indictum est, & in eo de Disciplina Ecclesiastica canones XXV. editi sunt.

Concilium *Matiſconenſe*, an. ſexcenteſimo vigeſimo ſeptimo habitum eſt, & in eo Regula *S. Columbani* egregiè defenſa ac vindicata eſt à calumniis cujuſdam *Agreſtini*.

Concilium *Hieroſolymitanum* anno ſexcenteſimo trigeſimo tertio convocavit *Sophronius*, Patriarcha Hieroſolymitanus, eo contra Monothelitas definitum eſt, duas in Chriſto eſſe voluntates.

Concilium *Toletanum* V. an. ſexcenteſimo trigeſimo ſexto indixit *Eugenius*, Archiepiſcopus Toletanus, & in eo de rebus Eccleſiaſticis novem editi ſunt Canones.

Concilium *Toletanum* VI. habitum eſt an. ſexcenteſimo trigeſimo octavo, & in eo circa Eccleſiaſticam Diſciplinam novemdecim conſtituti ſunt canones.

Concilium *Romanum* IV. ad damnandam *Ecthesim* Imperatoris *Heraclii*, & Monothelitarum Hæreſim, celebratum eſt an. ſexcenteſimo quadrageſimo.

Concilium *Aurelianenſe* an. ſexcenteſimo quadrageſimo quinto coactum fuit, & in eo Hæreticus Monothelita à *Salvio* Epiſcopo ſuperatus fuit.

Concilium *Toletanum* VII. an. ſexcenteſimo quadrageſimo ſeptimo habitum eſt, & in eo ſex de Diſciplina Eccleſiaſtica Capitula promulgata ſunt.

Concilium *Romanum* V. an ſexcenteſimo quadrageſimo octavo congregavit *Theodorus* Papa, & in eo *Pyrrhus*, Hæreticus Monothelita, anathemate percuſſus eſt.

Concilium *Lateranenſe* Romæ anno ſexcenteſimo quadrageſimo nono ad damnandam Monothelitarum Hæreſim convocavit *Martinus I.* Pontifex Maximus.

Concilium *Cabilonenſe* II. anno ſexcenteſimo quinquageſimo habitum eſt, & in eo plurima ad mores & Diſciplinam Eccleſiæ ſartam tectam conſervandam utiliter ſancita ſunt.

Concilium *Toletanum* VIII. anno ſexcenteſimo quinquageſimo tertio peractum eſt, & in eo non pauca conſtituta ſunt ad Fidem & Diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectantia.

Concilium *Toletanum* IX. an. ſexcenteſimo quinquageſimo quinto fuit convocatum, & in eo, ſeptemdecim conditis canonibus, ſancita eſt Eccleſiæ Diſciplina.

Concilium *Toletanum* X, habitum eſt an. ſexcenteſimo quinquageſimo ſexto, & in eo ſeptem condita ſunt de Diſciplina Eccleſiaſtica Capitula.

Concilia *Senonenſe* an. DCLVII. *Nannetenſe* anno DCLVIII. *Auguſtodunenſe* ann. DCLXIII. in Galliis pro negotiis Diſciplinam tum Eccleſiaſticam, tum Monaſticam ſpectantibus, fuerunt celebrata.

Concilium *Emeritenſe* apud Luſitanos circà annum DCLXVI. habitum eſt, & in eo præſcriptæ ſunt XXIII. Regulæ Eccleſiaſticæ.

Concilium *Romanum* VI. an. DCLXVII. fuit celebratum in gratiam *Joannis Lappenſis*, in Creta Epiſcopi, qui ad Sedem Apoſtolicam appellaverat.

Concilium *Herefordienſe* in Anglia an. DCLXXIII. convocavit *Theodorus*, Cantuarienſis Archiepiſcopus, & in eo decem de Diſciplina Eccleſiæ condita ſunt Capitula.

Concilium *Toletanum. XI.* indictum eſt an. DCLXXV. & in eo conditi ſunt ſexdecim de re Eccleſiaſtica Canones,

Concilium *Bracarenſe I.* vulgò *IV.* in Luſitania, an. DCLXXV. habitum eſt, & in eo de Fide & Diſciplina novem editi ſunt Canones.

Concilia *Mediolanenſe* an. DCLXXIX. *Hedtfeldenſe* in Anglia anno DCLXXX. & *Romanum* an. DCLXXX. ad damnandam Monothelitarum Hæreſim fuerunt celebrata.

Concilium Oecumenicum ſextum, ſeu *Conſtantinopolitanum III.* an. DCLXXX. convocavit *Agatho*, Pontifex Maximus, & in eo proſcripta eſt Monothelitarum Hæreſis.

Concilium *Toletanum XII.* anno DCLXXXI. *Toletanum XIII.* anno DCLXXXIII. Concilium *Toletanum XIV.* anno DCLXXXIV. ad reſtaurandam Eccleſiæ Diſciplinam habita ſunt. Concilium verò *Toletanum XV.* celebratum eſt anno DCLXXXVIII.

Concilium *Cæſar-Auguſtanum* an. circiter DCXC. habitum eſt, & in eo quinque de Diſciplina Eccleſiaſtica editæ ſunt Sanctiones.

Concilium *Conſtantinopolitanum*, dictum *Quiniſextum*, à Græcis anno DCXCI. congregatum eſt, ſed ab Eccleſia Romana reprobatur.

Concilia denique *Rothomagenſe* anno DCXCII. *Toletanum XVI.* an. DCXCIII. *Toletanum XVII.* an. DCXCIV. *Antiſſiodorenſe* anno DCXCV. *Trajectenſe* anno DCXCVII. & *Berghamſtedenſe* in Anglia ad negotia, quæ Diſciplinam vel Immunitates Eccleſiæ, vel Fidei prædicationem ſpectant, peragenda, fuerunt convocata.

Concilia, quæ fuerunt celebrata octavo Eccleſiæ Sæculo.

Concilium *Toletanum XVIII.* habitum eſt anno ſeptingenteſimo primo, ſed ejus Acta deſiderantur, & ad nos uſque non pervenerunt.

Concilium *Romanum I.* anno ſeptingenteſimo quinto convocavit *Joannes* VII. Pontifex Maximus, & in eo Imperatori *Juſtiniano*, petenti ut Sexti Concilii Generalis Acta & Canones examinarentur, annuere noluit Pontifex.

Concilium *Niddenſe* in Anglia anno ſeptingenteſimo quinto habitum eſt, & in eo *Wilfridus* in Sedem Eboracenſem, quâ dejectus fuerat, reſtitutus eſt.

Concilium *Alnenſe* in Anglia anno ſeptingenteſimo nono coactum eſt, & in eo Donationes, Monaſterio Eveshamienſi collatæ, fuerunt confirmatæ.

Conciliabulum *Conſtantinopolitanum* anno ſeptin-

ſeptingenteſimo duodecimo habuerunt hæretici Monothelitæ, in quo damnârunt Concilium ſextum Generale, quod Monothelitatum Hæreſim proſcripſit.

Concilium *Romanum II.* anno ſeptingenteſimo vigeſimo primo adversùs illicita conjugia convocavit *Gregorius II.* Pontifex Maximus.

Concilium *Romanum III.* in cauſa *Corbiniani*, Friſingenſis Epiſcopi, habitum eſt anno ſeptingenteſimo vigeſimo quarto.

Concilia *Romanum IV.* an. DCCXXVI. *Romanum V.* an. DCCXXXI. *Romanum IV.* an. DCCXXXII. adversùs Iconoclaſtas habita ſunt, & in his actum eſt de cultu Sacrarum Imaginum.

Concilium *Cloveshoviense* in Anglia indictum eſt anno ſeptingenteſimo quadrageſimo ſecundo, & in eo actum eſt de libertate Eccleſiarum.

Concilium *Germanicum* celebravit *S. Benifacius*, Archiepiſcopus, & Germaniæ Apoſtolus, an. ſeptingenteſimo quadrageſimo ſecundo, & in eo, ad reſtituendam collapſam Religionis Chriſtianæ Diſciplinam, novemdecim conditi ſunt canones.

Concilium *Liptinense*, propè Cameracum, habuit idem *S. Benifacius*, Archiepiſcopus, & in eo duo Hæretici, *Aldebertus*, Gallus, & *Clemens*, Scotus, damnati ſunt an. ſeptingenteſimo quadrageſimo ſecundo.

Concilium *Romanum* VII. celebravit *Zacharias* Papa anno ſeptingenteſimo quadrageſimo tertio, & in eo de Eccleſiaſtica Diſciplina condita ſunt capitula quindecim.

Concilium *Sueſſionenſe* anno ſeptingenteſimo quadrageſimo quarto habitum eſt, & in eo decem de Diſciplina Eccleſiaſtica conſtituti ſunt canones.

Concilium *Germanicum* II. an. ſeptingenteſimo quadrageſimo quinto *S. Bonifacius* Archiepiſcopus celebravit, in quo *Aldebertus*, & *Clemens* Hæretici, fuerunt damnati. *Gervilie*, Epiſcopus Moguntinus, ob homicidium, depoſitus eſt, & *S. Benifacius* factus eſt primus Archiepiſcopus Moguntinus.

Concilium *Romanum VIII. Zacharias* Papa celebravit an. ſeptingenteſimo quadrageſimo quinto, & in eo ſententia à *S. Benifacie* in *Aldebertum*, & *Clementem*, Hæreticos, lata prolixè fuit confirmata.

Concilium *Cleveshoviense* II. in Anglia ad corrigendos Anglorum mores an. ſeptingenteſimo quadrageſimo ſeptimo habitum eſt, & in eo de Diſciplina Eccleſiaſtica condita ſunt triginta capitula.

Concilium *Vermeriense* in Diœceſi Sueſſionenſi an. ſeptingenteſimo quinquageſimo ſecundo coactum eſt, & in eo contra Inceſtum, Fornicationem, & Adulterium ſtatuti ſunt canones XXI.

Conciliabulum *Conſtantinopolitanum* ab Hæreticis Iconoclaſtis an. ſeptingenteſimo quinquageſimo quarto convocatum eſt.

Concilium *Vernenſe* an. DCCLV. habitum eſt, & in eo viginti quinque canones de Diſciplina Eccleſiaſtica conditi ſunt.

Concilium *Compendienſe* an. DCCLVI. celebratum eſt, & in eo de Gradibus Conſanguinitatis, Conjugio, Fornicatione &c. octodecim conſtituti ſunt canones.

Plura Concilia circà hæc tempora in Gallia & Germania, nullius ferè momenti, fuerunt convocata, nempè *Germanicum* in cauſa *Othmari*, Abbatis *S. Galli*, an. DCCLXI. *Nivernenſe* an. DCCLXIV. *Attiniacenſe* ann. DCCLXV. *Aurelianenſe* an. DCCLXVI.

Concilium *Gentiliacenſe* in agro Pariſienſi habitum eſt an. ſeptingenteſimo ſexageſimo ſeptimo, & in eo de proceſſione Spiritûs Sancti, & de Sanctarum Imaginum veneratione actum eſt.

Concilium *Romanum IX.* coactum fuit an. ſeptingenteſimo ſexageſimo nono, & in eo depoſitus eſt *Conſtantinus*, Antipapa, & ſtabilitus Sacrarum Imaginum cultus.

Nonnulla Concilia, ſed parvi momenti, circà hæc tempora fuerunt congregata, videlicèt *Wormatienſe* anno DCCLXXII. *Dinglovienſe* in Bavaria an. DCCLXXI. *Genevenſe* an. DCCLXXIII. *Paderbornenſe I.* an. DCCLXXVII. *Durienſe* an. DCCLXXIX. *Lippienſe* an. DCCLXXX. *Paderbornenſe II.* an. DCCLXXX & *Calchutenſe* in Anglia an. DCCLXXXVII.

Concilium ſeptimum Generale, ſeu *Nicænum II.* convocatum eſt an. ſeptingenteſimo octuageſimo ſeptimo, & in eo cultus Sacrarum Imaginum adversùs Hæreticos Iconoclaſtas fuit conſtitutus.

Concilium *Aquiſgranenſe I.* an. ſeptingenteſimo octuageſimo nono habitum eſt, & in eo de Diſciplina & regimine Eccleſiæ condita ſunt capitula LXXXII.

Concilium *Narbonenſe* ad conſtituendos Sedis Narbonenſis limites anno ſeptingenteſimo nonageſimo primo habitum eſt.

Concilia, *Forojulienſe* an. DCCXCI. & *Ratiſponenſe* an. DCCXCII. convocata ſunt, & in his *Felicis* & *Elipandi* Hæreſis de Chriſto, Filio Dei adoptivo, damnata eſt.

Concilia *Verolamienſe I.* an. DCCXCIII. & *Verolamienſe II.* an. DCCXCIV. in Anglia pro fundatione cujuſdam Monaſterii fuerunt celebrata.

Concilium *Francofordienſe* adversùs Hæreſim *Felicis* & *Elipandi* fuit convocatum an. ſeptingenteſimo nonageſimo quarto.

Concilium *Aquiſgranenſe II.* an. ſeptingenteſimo nonageſimo ſeptimo indictum condidit *Capitulare* de rebus Regni & Eccleſiæ, quod undecim capitula complectitur.

Concilia *Finchallenſe* an. ſeptingenteſimo nonageſimo octavo, & *Bacanceldenſe* eodem anno, in Anglia habita ſunt, in quorum primo de Paſchate; in altero de immunitatibus Eccleſiarum actum eſt.

Concilia *Romanum X.* an. ſeptingenteſimo nonageſimo nono, *Aquiſgranenſe III.* eodem anno, & *Urgellitanum* eodem anno, ad damnandam Hæreſim *Felicis*, Urgellitani Epiſcopi, habita ſunt.

Concilium *Romanum XI.* an. octingenteſimo indictum eſt, & in eo *Leo III.* Pontifex Maximus à criminibus ſibi objectis publicè & ſolenniter ſe purgavit.

Concilia, quæ nono Ecclesiæ Sæculo habita sunt.

Concilium *Altinense*, in Provincia Aquilejensi ad implorandum *Caroli M.* auxilium adversùs *Joannem*, Venetorum Ducem, & necis *Joannis* Patriarchæ Gradensis Auctorem, anno DCCCII. fuit convocatum.

Concilium *Aquisgranense I.* ad stabiliendam Disciplinam tam Clericorum, quàm Monachorum indictum est an. DCCCII.

Concilium *Closesboviense I.* pro libertate Ecclesiarum habitum est an. DCCCIII.

Concilium *Salisburgense* pro solvendis decimis celebratum est anno DCCCVII. & Concilium *Aquisgranense II.* de processione Spiritus Sancti an. DCCCIX.

Concilia *Arelatense* anno DCCCXIII. *Moguntinum I.* eodem anno, *Remense* eodem anno, *Turonense* eodem anno, *Cabilonense* eodem anno, ad restituendam collapsam Clericorum ac Monachorum Disciplinam celebrata fuerunt.

Conciliabulum *Constantinopolitanum* ab Hæreticis Iconomachis habitum est anno DCCCXIV.

Conciliabulum *Noviomense* ad constituendos limites Diœcesum Noviomensis & Suessionensis coactum est an. DCCCXIV.

Concilia *Aquisgranense III.* anno DCCCXVI. *Celichytense* in Anglia anno DCCCXVI. *Theodonis - Villare I.* anno DCCCXXII. *Clofreboviense II.* eodem anno, & *Attiniacense* eodem anno, ad consulendum negotiis, quæ Disciplinam Ecclesiasticam & Monasticam spectant, habita sunt.

Concilium *Parisiense I.* pro cultu Sacris Imaginibus exhibendo congregatum est an. DCCCXXIV.

Concilium *Ingelmense* contra usurpatores bonorum Ecclesiæ habitum est anno DCCCXXVI.

Concilia *Romanum I.* ann. DCCCXXVI. *Aquisgranense IV.* ann. DCCCXXVIII. *Parisiense II.* ann. DCCCXXIX. *Wormatiense I.* an. DCCCXXIX. & *Lingonense I.* anno DCCCXXX. habita sunt ad stabilienda nonnulla capita, quæ Ecclesiasticam & Monasticam attinent Disciplinam.

Concilium *Noviomagense* coactum est an. DCCCXXXI. & in eo *Jesse*, Ambianensis Episcopus, Læsæ Majestatis reus, depositus est.

Concilia *Parisiense* III. an. DCCCXXXII. *Wormatiense* II. an. DCCCXXXIII. *Londinense* an. DCCCXXXIII. fuerunt convocata, & in his de privilegiis quorumdam Cœnobiorum, & de Ordine Monastico actum est.

Concilium *Compendiense* habitum est an. DCCCXXXIII. & in eo *Ludovicus Pius* Imperio fuit abdicatus, qui tamen Imperii ornamenta postea recepit in Conciliis *Parisiensi* anno DCCCXXXIV. *Metensi* anno DCCCXXXV. & *Theodonis-Villari* II. anno DCCCXXXV. celebratis.

Concilium *Aquisgranense V.* ad sanciendam Ecclesiasticam, & Monasticam Disciplinam anno DCCCXXXVI. fuit congregatum.

Concilium *Constantinopolitanum* adversùs Iconoclastas, seu ad restituendum Sacrarum Imaginum cultum, habitum est anno DCCCXLII.

Concilium *Bellovacense* habitum est anno DCCCXLII. & in eo *Hincmarus* in locum *Ebbonis* depositi, electus est Archiepiscopus Remensis.

Concilia *Meldense* anno DCCCXLV. *Parisiense V.* an. DCCCXLVII. & *Moguntinum II.* eodem anno, pro Juribus & Immunitatibus Ecclesiæ & privilegiis Cœnobiorum fuerunt convocata.

Concilia *Moguntinum tertium* anno DCCCXLVIII. & *Carisiacense I.* anno DCCCXLIX. contra *Gotescalchum*, Monachum Corbejensem, indicta fuerunt.

Concilium *Ticinense I.* ad reformandos Ecclesiæ mores habitum est an. DCCCL.

Concilium *Suessionense* an. DCCCLIII. coactum est, & in eo Ordinationes ab *Ebbone*, antea Archiepiscopo Remensi, factæ, irritæ ac nullæ fuerunt declaratæ.

Concilium *Romanum* an. DCCCLIII. habitum est, & in eo *Anastasius*, Presbyter Cardinalis, damnatus & Sacerdotali honore depositus est.

Concilium *Constantinopolitanum* contra *Gregorium*, Episcopum Syracosanum, & infensum *S. Ignatii*, Patriarchæ Constantinopolitani, hostem, celebratum est anno DCCCLIV.

Concilium *Ticinense II.* pro negotiis ad Regni & Ecclesiæ utilitatem spectantibus habitum est an. DCCCLV.

Concilium *Valentinum I.* in causa *Gotescalchi* Monachi, & pro reformatione morum an. DCCCLV. fuit convocatum.

Concilia *Carisiacense II.* & *Moguntinum* an. DCCCLVII. ad reformandos corruptos Christianorum mores, & ad stabilienda Ecclesiastica jura fuerunt convocata.

Concilia *Tullense I.* apud Saponarias ano, DCCCLIX. in causa *Gotescalchi* Monachi, & *Tullense II.* ad puniendos Rerum Ecclesiasticarum pervasores anno DCCCLX. indicta sunt.

Concilium *Romanum* anno DCCCLXI. habitum est, & in eo *Joannes*, Ravennatensis Episcopus, depositus est, quod gravem in suos tyrannidem exerceret.

Concilium *Suessionense* anno DCCCLXI. convocavit *Hincmarus*, Remensis Archiepiscopus, & in eo depositus est *Rothadus*, Suessionensis Episcopus, quam depositionis Sententiam confirmavit Concilium *Silvanectense* an. DCCCLXIII. habitum. At *Nicolaus I.* Pontifex Maximus in Concilio Romæ celebrato an. DCCCLXIII. & in altero Romæ itidem anno DCCCLXV. *Rothadum* Sedi suæ Suessionensi restitui jussit.

Concilium *Metense* anno DCCCLXIII. habitum est, & in eo Legati Summi Pontificis unà cum Episcopis approbârunt Regis *Lotharii*, & *Theutberge* divortium, & ejusdem Regis *Lotharii* cum *Waldrada* concubina matrimonium confirmarunt. Sed *Nicolaus I.* Pontifex Maximus hanc Concilii Me-

Metenfis fententiam damnavit in Concilio, quod an. DCCCLXIII. Romæ convocavit, & in altero Concilio, quod Romæ pariter habuit anno DCCCLXIV. Legatos fuos, qui in Concilio Metenfi legatione fua malè functi fuerant, damnavit ac depofuit.

Concilia *Sueffionenfe* anno DCCCLXVI. & *Tricaffinum I.* anno DCCCLXVI. habita funt, & in his *Wlfadus*, ejufque Socii ab *Ebbone*, Remenfi Archiepifcopo, poft depofitionem ordinati, gradibus fuis reftituti funt.

Concilium *Romanum Hadrianus II.* Pontifex Maximus anno DCCCLXVIII. habuit, & in eo anathema *Photio* tet dictum eft.

Concilium *Wormatienfe* ad fanciendam Ecclefiæ Difciplinam anno DCCCLXVIII. habitum eft.

Concilium Octavum Oecumenicum, feu *Conftantinopolitanum IV.* anno DCCCLXIX. celebratum eft, & in eo *Photius* damnatus eft, S. verò *Ignatius* in fua Patriarchali Sede Conftantinopolitana fuit reftitutus.

Concilia *Vermerienfe* anno DCCCLXIX. *Attiniacenfe* anno octingentefimo feptuagefimo, & *Duziacenfe I.* anno octingentefimo feptuagefimo primo habita funt contra *Hincmarum*, Laudunenfem Epifcopum, qui Epifcopali gradu dejectus, & durifsimè habitus eft, fed cum *Hincmarus* ad Sedem Apoftolicam appellaffet, reftitutus eft à *Joanne VIII.* Pontifice Maximo in Concilio *Tricaffino*, feu *Trecenfi II.* quod celebratum eft anno DCCCLXXVIII.

Concilium *Colonienfe* in caufa Difciplinæ Ecclefiafticæ coactum eft an. DCCCLXXX.

Concilia, quæ potius Politici Conventus cenferi debent, circa hæc tempora fuerunt convocata, nimirum *Ticinenfe*, in quo *Carolus*, filius *Ludovici*, Imperator, inauguratus eft anno DCCCLXXVI. *Pontigonenfe*, in quo *Caroli* electio in Imperatorem fuit confirmata anno DCCCLXXVI. *Neuftriacum*, quod anno DCCCLXXVII. adverfus *Hugonem*, Regis *Lotharii* filium fpurium, fuit celebratum, & *Romanum*, quod anno DCCCLXXIX. indictum eft, & in eo de electione novi Imperatoris, poft obitum *Ludovici Balbi* Imperatoris actum eft.

Concilia octo, quæ fequuntur, pro reformatione Difciplinæ cum Ecclefiafticæ, tum Monafticæ fuerunt celebrata, videlicet *Ovetenfe* in Hifpania an. DCCCLXXIII. *Cabilonenfe* eodem anno, *Colonienfe* eodem anno, *Silvanectenfe II.* eodem anno, *Tolofanum* eodem anno, *Duziacenfe II.* anno DCCCLXXIV. *Cabilonenfe* alterum anno DCCCLXXV. & *Ravennatenfe* anno DCCCLXXVII.

Concilium *Conftantinopolitanum* anno DCCCLXXIX. habitum eft, in quo *Photius* Sedi Patriarchali Conftantinopolitanæ fuit reftitutus.

Concilium *Romanum* an. DCCCLXXXI. convocavit *Joannes VIII.* Pontifex Maximus, & in eo *Anaftafius*, feu *Athanafius*, Epifcopus Neapolitanus, ob fœdus cum Saracenis initum, excommunicatus eft.

Concilium *Colonienfe* contra ufurpatores bonorum Ecclefiæ anno DCCCLXXXVII. habitum eft.

Concilia *Moguntinum & Metenfe* ad fanciendam Ecclefiæ Difciplinam anno DCCCLXXXVIII. indicta funt.

Concilia *Viennenfe* anno DCCCXCII. & *Triburienfe* anno DCCCXCV. de Difciplina & moribus Ecclefiæ multa ftatuerunt.

Concilium *Campoftellanum* anno DCCCC. congregatum eft, & in eo *Cafarius* Abbas, electus ac confecratus fuit Archiepifcopus Tarraconenfis.

Concilia, quæ habita funt Sæculo Ecclefiæ decimo.

Concilium *Ovetenfe* in Hifpania de Rebus ad Difciplinam Ecclefiafticam fpectantibus habitum fuiffe anno DCCCCI. afferunt nonnulli, fed iftud Concilium fuppofitum eft.

Concilium *Anglicanum* fuit convocatum anno DCCCCIV. & in eo de Difciplina Ecclefiaftica actum eft.

Concilium *Romanum* anno DCCCCIV. congregatum Imperatoris *Lamberti* electionem & inaugurationem confirmavit.

Concilium *Ravennatenfe* an. DCCCCIV. indixit *Joannes IX.* Pontifex Maximus, & in eo *Formofi* Papæ Ordinatio confirmata eft, & Synodus, quam adverfus ipfum anno DCCCXCVII. habuerat *Stephanus* Papa, damnata & combufta eft.

Concilium *Troslejanum I.* in Diœcefi Sueffionenfi habitum eft anno DCCCCIX. & in eo de Difciplina Ecclefiaftica ftatuti funt *Canones*, feu prolixa Capitula quindecim fuerunt promulgata.

Concilium *Narbonenfe* anno DCCCCIX. congregatum eft, & in eo de limitibus quarumdam Diœcefum actum eft.

Conc. *Confluentinum* anno DCCCCXXII. celebratum eft, & in eo ftatuta funt quædam de Difciplina Ecclefiaftica capitula.

Concilium *Treslejanum* alterum in favorem Ecclefiæ Cameracenfis convocatum eft anno DCCCCXXIV.

Concil. *Duisburgenfe* an. DCCCCXXVII. collectum, damnavit & excommunicavit illos, qui *Bennonem* Epifcopum excæcarant.

Concilia *Erfordienfe* an. DCCCCXXXII. *Macrenfe* anno DCCCCXXXV. & *Remenfe* anno DCCCCXXXVI. habita, aliquot de Difciplina Ecclefiaftica canones condiderunt.

Concilium *Sueffionenfe* an. DCCCCXLI. habitum eft, & in eo, dejecto *Artaldo*, Hugo, *Hariberti* Comitis filius, Remenfis Archiepifcopus confecratus eft.

Conc. *Londinenfe*, anno DCCCCXLIV. coactum, haud paucas leges Ecclefiafticas, & Civiles condidit ac confulendum communi animarum faluti.

Concilium *Virdunenfe* celebratum eft anno DCCCCXLVII. in quo, contendentibus *Artaldo & Hugone* de Epifcopatu Remenfi, *Artaldo* Sedes Remenfis adjudicata fuit, Idemque in favorem *Artaldi*, legitimi Archiepifcopi Remenfis, pronunciatum ac definitum

finitum eſt in Conciliis *Ingelmenſi* anno DCCCCXLVIII. & *Trevirenſi* eodem anno, & *Romano* anno DCCCCXLIX. habitis, in quibus Comes *Hugo*, qui *Artaldum* è Sede Remenſi vi dejecerat, Anathemate perculſus eſt.

Conciliom *Auguſtanum*, an. DCCCCLII. habitom, condidit capitula XI. quæ Epiſcoporum, Clericorum, &c. munera moreſque ſpectant.

Concilium *Ravennatenſe II.* in cauſa Diſciplinæ Eccleſiaſticæ habitum eſt anno DCCCCLXVII.

Conc. *Anglicanum* anno DCCCCLXIX. convocavit *S. Dunſtanus*, Cantuarienſis Archiepiſcopus, & in eo damnati ſunt Clerici conjugati.

Conc. *Mutinenſe* anno DCCCCLXXIII. habitom eſt ad componendam pacem inter *Petrum & Lambertum* Germaniæ Proceres.

Concilium *Conſtantinopolitanum* anno DCCCCLXXV. fuit celebratum, & in eo *Baſilius*, Pſeudo-Patriarcha Conſtantinopolitanus, depoſitus eſt, & in ejus locum ſubrogatus *Antonius Studites*.

Concilia *Wintonienſe* an. DCCCCLXXV. *Kirtlingtonienſe*, anno DCCCCLXXVII. & *Calnitnſe* anno DCCCCLXXVIII. in Anglia convocavit *S. Dunſtanus*, Archiepiſcopus Cantuarienſis, & in his, facta acerrima Monachos inter & Clericos Uxoratos contentione, lis in Monachorum gratiam dirempta eſt.

Concil. *Romanum*, an. DCCCCLXXXIII. convocatum, Cauſam examinavit *Giſeleri*, Magdeburgenſis Epiſcopi.

Conc. *Landavenſe* a. DCCCCLXXXVIII. coactum eſt contra Regem *Arthmailum*, fratris ſui homicidam, qui idcirco anathemate percuſſus eſt.

Conc. *Romanum* an. DCCCCLXXXVIII. indictum eſt, & in eo *Adalbertus*, Pragenſis Epiſcopus, qui, ob pravos populi ſui mores, Epiſcopatum deſeruerat, ad Eccleſiam propriam remiſſus eſt.

Concil. *Remenſe* anno DCCCCLXXXIX. habitum eſt, & in eo *Arnulphus* electus fuit Archiepiſcopus Remenſis.

Concilium *Narbonenſe*, anno circiter DCCCCXC. contra bonorum Eccleſiaſticorum invaſores fuit celebratum.

Concilium *Silvanectenſe* an. DCCCCXC. congregatum eſt adverſus quoſdam proditores, qui Remenſem Civitatem inimicis tradiderant.

Concilium *Remenſe* anno DCCCCXCI. Indictum eſt, & in eo *Arnulphus*, Archiepiſcopus Remenſis, proditionis falſo accuſatus, depoſitus eſt, & *Gerbertus* Remorum Archipræſul fuit conſecratus.

Concilium *Romanum* an. DCCCCXCIII. habitum eſt, & in eo *S. Uldaricus*, Epiſcopus Auguſtanus, in Sanctorum numerum relatus eſt.

Concilia *Moſomenſe*, & *Remenſe*, anno DCCCCXCV. indicta ſunt, & in his, depoſito *Gerberto*, Eccleſiæ Remenſi *Arnulphus*, injuſtè depoſitus, reſtitui jubetur.

Conc. *Ravennatenſe*, an. DCCCCXCVII. habitum, multa, quæ Diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectant, decrevit.

Concil. *Ticinenſe* anno DCCCCXCVII. excommunicationis Sententiam tulit in *Creſcentium*, qui *Gregorium V.* Pontificem Maximum Roma expulerat.

Conc. *Sandionyſianum* an. DCCCCXCVII. & *Pictavienſe* anno milleſimo habita ſunt, & his de Diſciplina Eccleſiaſtica, & de reſtituendis Eccleſiæ decimis actum eſt.

Concilia celebrata Sæculo Eccleſiæ XI.

Concilium *Tremonium* in Weſtphalia anno milleſimo quinto in cauſa Diſciplinæ Eccleſiaſticæ habitom eſt.

Concilium *Francofordienſe* anno MVI. ad erigendum Bambergenſem Epiſcopatum.

Concilia *Ænhamenſe* in Anglia anno MVIII. *Bambergenſe* in Franconia anno MXI. *Legionenſe* in Hiſpania anno MXII. *Habamenſe* in Anglia anno MXII. *Ravennatenſe* anno MXIV. habita ſunt ad Chriſtianam Religionem & Eccleſiæ politiam promovendam, nec non ad componendas enatas inter Epiſcopos diſcordias.

Concilium *Aurelianenſe* anno MXVII. contra recentes Manichæos in Galliis fuit convocatum.

Concilia, *Ticinenſe* anno MXX. & *Salegunſtadienſe* anno MXXII. in cauſa Eccleſiaſticæ Diſciplinæ fuerunt celebrata.

Concilium *Aquiſgranenſe* habitum anno MXXII. diremit controverſiam inter *Piligrinum*, Colonienſem Epiſcopom, & *Durandum*, Leodienſem Epiſcopum, de ſubjectione Monaſterii Burcirani.

Concilia *Lemovicenſe I.* anno MXXIX. *Bituricenſe* anno MXXXI. *Lemovicenſe II.* anno MXXXI. celebrata ſunt, & in his *S. Martiali* titulus *Apoſtoli* delatus eſt.

Concilia *Tribnricenſe* anno MXXXI. *Pictavienſe* anno MXXXII. *Landavenſe* anno MXXXIX. *Caſenatenſe* an. MXLII. ad reſtaurandam Eccleſiæ Diſciplinam; & reformandos Clericorum mores fuerunt convocata.

Concilium *Sutrinum I.* anno MXLVI. indictum eſt, & in eo *Gregorius VI.* Pontificatum abdicavit.

Concilia *Romanum* anno MXLIX. contra Simoniacos, *Remenſe* eodem anno, *Moguntinum* eodem anno, & *Rothomagenſe* anno ML. habita, multa ſanxerunt contra Simoniam, & conjugia Clericorum, pluresque condiderunt Canones Eccleſiaſticam Diſciplinam ſpectantes.

Concilia *Romanum* ſub *Leone IX.* Pontifice Maximo anno ML. *Brionenſe* eodem anno, *Vercellenſe* eodem anno, & *Pariſienſe* eodem anno habita ſunt, & in his damnatus eſt Hæreſiarcha *Berengarius*.

Concilium *Coyacenſe* in Hiſpania in cauſa Diſciplinæ Eccleſiaſticæ anno ML. fuit convocatum, & anno ſequenti *Leo IX.* Pontifex Maximus Romæ Concilium habuit, in quo *Gregorius*, Epiſcopus Vercellenſis, adulterii accuſatus ac depoſitus fuit.

Concilium alterum *Romanum* an. MLIII. coactum eſt, in quo *Gerardus*, Leucorum Epiſcopus, Faſtis Sanctorum fuit adſcriptus.

Con-

Concilia *Narbonense* anno MLIV. ad sanciendam Ecclesiæ Disciplinam, *Florentinum* contra alienatores Rerum Ecclesiasticarum anno MLV. & Concilium *Lugdunense* contra Simoniacos eodem anno fuerunt congregata.

Concilium *Turonense* anno MLV. habitum est, & in eo *Berengarius* suam ejuravit Hæresim.

Concilium *Coloniense*, in quo *Balduinus*, & *Godefridus*, Flandriæ Comites, cum *Henrico*, Germaniæ Rege adhuc puero, amicitiæ fœdus inierunt, anno MLVI. indictum est.

Concilia *Narbonense II.* anno MLVI. & *Tolosanum* eodem anno, *Compostellanum* eodem anno ad reformandam Ecclesiasticam Disciplinam, & conservandam libertatem Ecclesiarum ac Monasteriorum habita sunt.

Concilium *Sutrinum* II. coactum est anno MLIX. & in eo *Benedictus*, Pseudo-Papa cognomento *Mincius*, depositus, omnique Sacerdotali officio privatus est.

Concilium *Romanum* anno MLIX. celebravit *Nicolaus* II. Pontifex Maximus, & in eo *Berengarius* Hæresim suam tertiâ vice ejuravit.

Concilia *Turonense* II. ad sanciendam Ecclesiæ Disciplinam, & *Jaccitanum* in Aragonia, ad abrogandum Gothicum precandi ritum, & Romanum introducendum, anno MLX. habita sunt.

Concilium *Osboriense* in Germania anno MLXII. habitum est, & in eo *Cadalous*, Pseudo-Papa, communi suffragio damnatus est, & electio *Alexandri* II. Pontificis Max. confirmata, idemque statutum est in Concilio *Mantuano* anno MLXIV. celebrato.

Concilia *Pinnatense* in Aragonia de Disciplina Ecclesiastica anno MLXII. *Romanum* adversus Simoniacos anno MLXIII. *Cabilonense* adversus *Drogonem*, Episcopum Matisconensem, anno MLXIV. *Barcinonense* ad Leges Gothicas abrogandas anno MLXIV. *Helenense* pro Ecclesiarum immunitatibus, privilegiis, & Clericorum libertatibus anno MLXV. fuerunt celebrata.

Concilium *Romanum* anno MLXV. *Alexander* II. Pontifex Maximus convocavit, & in eo nova *Incestuosorum* Hæresis fuit damnata.

Concilia *Wintoniense* anno MLXX. *Stigandum*, Archiepiscopum Ecclesiæ Cantuariensis, deposuit, *Moguntinum* an. MLXXI. *Henricum* IV. Regem Germaniæ, dissuasit à repudianda *Berta* uxore sua; *Moguntinum* alterum anno MLXXI. *Carolum*, Constantiensis Ecclesiæ Episcopum electum, sed Simoniæ & Sacrilegii accusatum, deposuit; *Anglicanum* anno MLXXII. Primatum Sedi Cantuariensi, præ Eboracensi, asseruit ac confirmavit; *Erfordiense* anno MLXXII. Causam judicavit de Decimis Monasteriorum Thoringiæ.

Concilium *Romanum* anno MLXXIV. pro reformando Ecclesiæ statu indixit *Gregorius* VII. Pontifex Maximus, & in eo damnati ac repressi sunt Sacerdotes concubinarii. Hujus Concilii Decretum in Clericos concubinarios latum, fuit confirmatum in Conciliis *Erfordiensi II.* anno MLXXIV. & *Moguntino* anno MLXXV.

Concilium *Anglicanum*, seu *Londinense* pro reformandis Ecclesiæ moribus coactum est anno MLXXV.

Concilium *Romanum* anno MLXXVI. *Henricum IV.* Imperatorem excommunicavit: *Pictaviense* anno MLXXVIII. multa ad Disciplinam Ecclesiasticam pertinentia statuit. Concilium *Londinense II.* eodem anno pro Disciplina itidem Ecclesiastica restauranda, & reformandis Clericorum moribus fuit convocatum.

Concilium *Romanum* anno MLXXVIII. celebravit *Gregorius VII.* Pontifex Maximus, in quo *Guibertus*, Episcopus Ravennas, & *Tedaldus*, Mediolanensis Antistes, aliique plures Episcopi, qui ab *Henrici IV.* Imperatoris partibus stabant, fuerunt excommunicati. Alterum Concilium *Romanum* contra Simoniacos, Clericos concubinarios, & bonorum Ecclesiasticorum prædones, anno MLXXVIII. habuit idem Summus Pontifex. Tertium Concilium *Romanum Gregorius VII.* anno MLXXIX. celebravit, in quo Hæresiarcha *Berengarius* suum virulentum dogma solemni formula abnegavit.

Concilia, *Armoricum* in Britannia minori anno MLXXIX. falsas proscripsit pœnitentias; *Romanum à Gregorio VII.* Pontifice Maximo congregatum anno MLXXX. Imperium ademit Henrico, illudque in *Rodulphum* transtulit; *Lugdunense* eodem anno habitum, *Manassem*, qui Sedem Remensem invaserat, damnavit ac deposuit.

Concilia, *Romanum*, sub *Gregorio VII.* Papa habitum anno MLXXXI. alterum Concilium *Romanum* sub eodem Pontifice anno MLXXXIV. *Quintiliniburgense* in Saxonia anno MLXXXV. *Beneventanum* anno MLXXXVII. & *Romanum* sub *Urbano II.* anno MLXXXIX. damnarunt & excommunicarunt *Guibertum* Antipapam, *Henricum* Imperatorem, & omnes illi adhærentes Episcopos, atque Hæresim *Henricianorum*, seu illorum, qui partes *Henrici* Imperatoris tutabantur, protriverunt.

Concilium *Melfitanum* in Apulia anno MLXXXIX. condidit sexdecim Disciplinæ Ecclesiasticæ canones.

Concilium *Tolosanum* ad pertractanda Rituum & Disciplinæ Ecclesiasticæ negotia celebratum est anno MXC.

Concilium *Suessionense* contra Hæreticum *Roscelinum*, Magistrum *Petri Abaëlardi*, habitum est anno MXCII.

Concilium *Trojanum* in Apulia indictum est anno MXCIII. & in eo de gradibus consanguinitatis, seu de nuptiis consanguineorum dissolvendis, actum est.

Concilia *Remense* anno MXCIV. *Augustodunense* eodem anno, *Placentinum* anno MXCV. *Claromontanum* eodem anno habita sunt, & in his dictum est anathema *Philippo*, Galliarum Regi, qui, repudiata *Berta*, legitima uxore sua, cum *Bertrada*, pellice, matrimonium inierat. Sed factus verè pœnitens *Phi-*

Philippus, Galliarum Rex, ab excommunicatione fuit absolutus in Concilio *Nemausensi* anno MXCVI.

Concilium *Barense* in Apulia ad Græcos cum Latinis, præsertim in Dogmate de Processione Spiritus Sancti, conciliandos, habitum est anno MXCVII.

Concilium *Hierosolymitanum* an. MXCIX. celebrarunt Latini, qui tum temporis Terram Sanctam occupabant, & in eo, è Patriarchatu Hierosolymitano pulso *Arnulpho*, in ejus locum suffecerunt *Daybertum*, seu *Daymbertum*, Pisanum, & in Expeditione Hierosolymitana Summi Pontif. Legatum.

Concilia habita Sæculo Ecclesiæ duodecimo.

Complura Sæculo Ecclesiæ duodecimo coacta sunt Concilia occasione *Investiturarum Ecclesiasticarum*, quas Laici Principes sibi arrogabant; quæ quidem Concilia, utpotè ad idem argumentum attinentia, hic simul collecta breviter indicabo.

Concilium *Lateranense I.* anno MCII. in *Henricum IV.* Imperatorem, non semel antehac excommunicatum, quod jus Ecclesiasticarum *Investiturarum* sibi vendicaret, Sententiam excommunicationis tulit. Concilium *Lateranense II.* anno MCIV. *Investiturarum* in Anglia fautores anathemate perculit. Concilium *Lateranense III.* anno MCX. contra *Investituras* Laicorum fuit convocatum. Concilium *Lateranense IV.* anno MCXII. in *Henricum V.* Imperatorem, jus in collatione Beneficiorum *Investiturarum* Ecclesiasticarum pervicaciter retinere volentem, anathematis Sententiam tulit. Concilium *Hierosolymitanum* anno superiori, seu MCXI. *Henricum V.* Imperatorem eadem de causa excommunicavit. Concilium *Viennense* in Galliis anno MCXII. omnem Beneficii Ecclesiastici *Investituram*, à Laica manu factam, declaravit hæresim esse, & *Henricum V.* Imperatorem Synodali Decreto excommunicavit. Concilium *Ansanum*, propè Lugdunum in Gallia eodem anno, seu MCXII. habitum, Laicorum *Investituras* damnavit. Concilium *Bellovacense* anno MCXIV. *Henricum V.* Imperatorem, ob *Investituras* Ecclesiasticas, iterum anathemati subjecit. Concilium *Coloniense* anno MCXVI. *Henricum V.* Imperatorem, propter usurpatas *Investituras Ecclesiasticas*, iterato excommunicationis fulmine percussit. Concilium *Lateranense V.* anno MCXVI. Ecclesiasticas *Investituras* damnavit. Concilium *Beneventanum* anno MCXVII. in *Mauricium Burdinum*, Episcopum Bracarensem, quem sub nomine *Gregorii VIII.* Antipapam creavit *Henricus V.* Imperator, excommunicationis Sententiam tulit. Concilia *Capuanum* anno MCXVIII. *Coloniense* eodem anno, & *Romense* anno MCXIX. *Burdinum* Antipapam, dictum *Gregorium VIII.* & *Henricum V.* Imperatorem communione Ecclesiæ privarunt. Denique, huic vexatissimæ illius Sæculi de Laicorum Investituris Controversiæ finem imposuit Concilium *Wormatiense* anno MCXXII. habitum, in quo exoptatissima pax & concordia inter *Henricum V.* Imperatorem, & Pontificem Romanum circa *Investituras* Laicorum sancita est, cujus pacis conditiones approbatæ & confirmatæ fuerunt in Concilio nono Generali, quod est *Lateranense I.* sub *Calisto II.* Pontifice Maximo, habito anno MCXXIII.

Hæc sunt Concilia, quæ Sæculo Ecclesiæ duodecimo, ob illam de *Investituris* Laicorum dirimendam Controversiam, fuerunt celebrata. Nunc cætera alia Concilia, quæ eodem Sæculo coacta sunt, juxta ordinem Chronologicum, annotabo.

Concilium *Londinense* anno MCII. ad reformandam Ecclesiasticam Disciplinam habitum est, & in eo quidam Clerici Simoniæ vel aliis vitiis dediti, damnati ac depositi sunt.

Concilium *Trecense* indictum est anno MCIV. & in eo *Hubertus*, Sylvanectensis Episcopus, à Simoniæ labe sese purgavit.

Concilium *Florentinum* anno MCV. contra *Fluentium*, hujus Urbis Episcopum, asserentem, jam tum natum esse Antichristum, fuit congregatum.

Concilium *Quintiliniburgense* pro reformandis moribus anno MCV. habitum est.

Concilium *Guastallense* ad quosdam Schismaticos ad Ecclesiæ unionem recipiendos anno MCVI. fuit convocatum.

Concilia, *Hierosolymitanum* anno MCVII. contra *Ebremarum*, Sedis Hierosolymitanæ invasorem, qui depositus est; *Trecense* eodem anno adversus *Simoniacos*; *Londinense* eodem anno contra *Investituras* à Laicis factas; *Remense* anno MCXIX. in Monachos, Episcopalem jurisdictionem detrectantes; Concilia *Compostellanum* anno MCXIV. & *Ovetense* ad restaurandam Ecclesiæ Disciplinam anno MCXV. fuerunt celebrata.

Concilium *Romanum* anno MCXVI. titulum *Abbatis Abbatum* concessit Abbati Monasterii Montis Cassini.

Concilium Generale IX. seu *Lateranense I.* anno MCXXIII. in quo, ut superius observavimus, composita tandem fuit celebris illa de Ecclesiasticis Investituris à Laicis factis diu agitata controversia.

Concilia, *Londinense* anno MCXXV. *Nannetense* anno MCXXVII. *Londinense* alterum eodem anno pro corrigendis Ecclesiæ moribus habita sunt.

Concilium *Trecense* anno MCXXVIII. dedit Ordini militum Templariorum Regulam & habitum album. Concilium *Ravennatense* eodem anno coactum est contra Patriarchas Aquilejensem & Venetiarum, qui in eo è Sede Patriarchali fuerunt dejecti.

Concilia, *Ilerdense*, & *Palentinum* in Hispania Tarraconensi in causa Disciplinæ Ecclesiasticæ fuerunt convocata an. MCXXIX.

Concilia, *Aniciense*, seu *Podiense*, anno MCXXX. *Remense* an. MCXXXI. *Leodiense* eodem an. *Placentinum*, anno MCXXXII & *Pisanum* anno MCXXXIV. habita sunt, & in his *Petrus Leonis*, sive *Anacletus II.* Antipapa, damnatus atque excommunicatus fuit.

Con-

Concilia, *Londinense* de Disciplina Ecclesiastica anno MCXXXVIII. & *Northamptoniense* de distributione Beneficiorum eodem anno in Anglia fuerunt celebrata.

Concilium Generale decimum, quod est *Lateranense II.* sub *Innocentio II.* Pontifice Maximo an. MCXXXIX. damnavit Hæreses *Arnaldi Brixiensis*, *Petri de Brunis*, & aliorum Hæreticorum, atque omnia *Petri Leonis*, seu *Anacleti II.* Antipapæ Acta rescidit.

Concilia *Wintoniense I.* pro asserenda ac vindicanda immunitate Ecclesiastica anno MCXXXIX. *Senonense* contra malesana *Petri Abelardi* dogmata an. MCXL. *Wintoniense II.* an. MCXLII. *Hierosolymitanum* in errores Armenorum an. MCXLIII. *Londinense* adversùs rerum & personarum Ecclesiasticarum violatores an. MCXLIII. *Vezeliacum* in Burgundia pro nova expeditione in Terram Sanctam adversùs Saracenos an. MCXLVI. habita sunt.

Concilia, *Parisiense* an. millesimo centesimo quadragesimo septimo, & *Remense* an. millesimo centesimo quadragesimo octavo ad proscribendos *Gilberti Porretani*, Episcopi Pictaviensis, errores coacta sunt.

Concilium *Treverense* an. MCXLVIII. convocavit *Eugenius III.* Pontifex Maximus, & in eo permisit *S. Hildegardæ* Abbatissæ, ut suas revelationes scriptis mandaret ac publici juris faceret.

Concilium *Balgentiacense* in Diœcesi Aurelianensi an. MCLI. irritum declaravit matrimonium *Ludovici*, Galliarum Regis, cum *Eleonora*, Ducis Aquitaniæ filiâ, propter utriusque consanguinitatem.

Concilium *Oxoniense* in Anglia anno millesimo centesimo sexagesimo Waldensium Hæreticorum dogmata proscripsit.

Concilium *Londinense* an. millesimo centesimo sexagesimo secundo congregatum est, & in eo *S. Thomas*, dictus *Becketus*, Cancellarius *Henrici II.* Angliæ Regis, conspirantibus omnium votis, in Archiepiscopum Cantuariensem electus est, qui tamen posteà (ob non servatas iniquas leges sancitas in Conciliabulo *Clarendonensi*, habito in Anglia an. MCLXIV.) injustè damnatus est in Concilio *Northamptoniensi*, eodem anno in Anglia celebrato.

Concilium *Lateranense* an. millesimo centesimo sexagesimo octavo coactum est, & in eo *Fridericus* Imperator, ob intrusum in Sedem Apostolicam *Octavianum*, Antipapam, dictum *Victorem IV.* damnatus & Imperio privatus est.

Concilium *Abrincense* in Normannia an. millesimo centesimo septuagesimo secundo *Henricum II.* Angliæ Regem, à cæde *S. Thomæ*, Cantuariens. Archiepiscopi, absolvit.

Concilia *Cassiliense* in Hibernia anno MCLXXII. & *Londinense* an. MCLXXV. in causa Disciplinæ Eccl. fuerunt celebrata.

Concilium *Lumbariense* in Gallia Narbonensi an. millesimo centesimo septuagesimo quinto Hæreticos Albigenses damnavit.

Concilium *Venetum* an. millesimo centesimo septuagesimo septimo celebratum est, & in eo *Alexander III.* Pont. Max. & *Fridericus*, Imperator, pacis fœdus inierunt.

Concilium undecimum Generale, quod est *Lateranense III.* an. millesimo centesimo septuagesimo nono convocavit *Alexander III.* Pont. Max. contra Hæreticos Waldenses & Albigenses, nec non Schismaticos ab Antipapa *Victore III.* ordinatos.

Concilia, *Parisiense* anno MCLXXXVI. *Anglicanum* an. MCLXXXVIII. & *Monspeliense* an. MCXCV. Bellum in Saracenos decreverunt.

Concilia, *Eboracense*, in Anglia an. millesimo centesimo nonagesimo quinto, & *Dalmaticum*, an. millesimo centesimo nonagesimo nono, ad reformandam Ecclesiæ Disciplinam habita sunt.

Concilium *Divionense* in Galliis anno millesimo centesimo nonagesimo nono coactum est in *Philippum Augustum*, Galliarum Regem, qui repudiata legitimâ conjuge suâ *Ingeburgi*, sorore *Canuti*, Danorum Regis, illicitas nuptias contraxerat cum *Maria*, Bohemiæ & Moraviæ Ducis filia.

Concilia habita Decimo tertio Ecclesiæ Sæculo.

Concilia quædam Provincialia ineunte Sæculo XIII. contra *Raymundum*, Comitem Tolosanum, Hæreticorum Albigensium fautorem ac protectorem, fuerunt celebrata, videlicèt *Narbonense I.* an. MCCVII. *Montiliense* in Provincia Narbonensi anno MCCIX. *Avenionense I.* eodem anno, *Avenionense II.* anno MCCX. *Tolosanum I.* eodem anno, *Arelatense I.* eodem anno, *Vaurense* in Provincia Occitaniæ an. MCCXIII. *Minretum* in Provincia Occitaniæ eodem anno, & Concilium *Monspeliense* an. MCCXIV. in quo ultimo *Raymundi*, Comitis Tolosani, & Hæreticorum Albigensium defensoris, ditio adjudicata est *Simoni Montis Fortis*, invicto Albigensium debellatori.

Concilia, *Parisiense* ad damnandos errores *Almarici*, anno MCCIX. *Romanum* anno MCCX. contra *Ottonem IV.* Imperatorem, quem *Innocentius III.* Pont. Max. Imperio privavit, & *Londinense* anno MCCXIV. ad *Joannem*, Regem Angliæ, absolvendum ab Interdicti, & depositionis Sententia, quam in ipsum *Innocentius III.* tulerat, habita sunt.

Concilium Generale duodecimum, quod est *Lateranense IV.* ab *Innocentio III.* Pont. Max. contra Hæresim Albigensium an. millesimo ducentesimo decimo quinto fuit convocatum.

Concilia, *Oxoniense*, an. MCCXXII. *Salisburiense* eodem anno, *Germanicum* anno MCCXXV. ad sanciendam Ecclesiæ Disciplinam, & contra Simoniacos atque concubinarios Clericos fuerunt celebrata.

Concilia in Galliis *Narbonense II.* anno MCCXXVII. *Tolosanum II.* anno MCCXXIX. *Genteriense I.* an. MCCXXXI. *Biterrense I.* an. MCCXXXIII. *Arelatense II.* anno MCCXXXIV. *Narbonense III.* anno MCCXXXV. *Turonense I.* an. MCCXXXVI. *Campiniacense I.* an MCCXXXVIII. *Turonense II.* an. MCCXXXIX. *Guidonense* anno

MCCXLII. *Biterrense II.* an. MCCXLVI. *Valentinum* an. MCCXLVIII. *Insulanum* an. MCCLI. *Salmuriense* an. MCCLIII. *Albiense* an. MCCLIV. *Burdegalense I.* anno MCCLV. *Roffiacense* in Diœc. Pictaviensi an. MCCLVII. *Monspeliense I.* an. MCCLVIII. *Arelatense III.* an. MCCLX. *Copriniacum*, seu *Campiniacense II.* an. MCCLX. *Campiniacense III.* an. MCCLXII. *Burdegalense II.* an. MCCLXIII. *Nannetense* an. MCCLXIV. *Gonteriense II.* anno MCCLXVIII. *Andegavense* & *Senonense* an. MCCLXIX. *Compendiense* & *Avenionense* an. MCCLXX. *Redonense* anno MCCLXXIII. *Arelatense IV.* *Salmuriense II.* & *Bituricense* anno MCCLXXVI. *Langesiense* eodem anno, *Rotomagense* anno MCCLXXIX. *Avenionense*. eodem anno, & alterum *Avenionense* anno MCCLXXXII. *Andegavense*, *Turonense* eodem anno, *Bituricense* anno MCCLXXXVI. *Arelatense* eodem anno, *Rotomagense* anno MCCXCIX. & *Anscitanum* an. MCCC. Hæc memorata Concilia Provincialia Sæculo Ecclesiæ XIII. ad resarciendam Ecclesiæ Disciplinam habita sunt in Galliis. At præter ista Concilia Provincialia, Disciplinam Ecclesiasticam spectantia, duo Concilia Generalia in Galliis eodem Sæculo fuerunt celebrata, videlicet Concil. *Lugdunense I.* quod est Generale XIII. a. MCCXLV. contra *Fridericum* Imperatorem, & ad suscipiendam, pro recuperatione Terræ Sanctæ, Expeditionem in Saracenos ab *Innocentio IV.* Pontifice Maximo convocatum est.

Alterum verò Concilium, seu *Lugdunense II.* quod est Generale decimum quartum, an. millesimo ducentesimo septuagesimo quatto celebratum est sub *Gregorio X.* Pontifice Maximo, & in eo facta est unio Ecclesiæ Græcæ cum Latina.

Cætera Concilia Provincialia, quæ ad reformandam Ecclesiæ Disciplinam variis in locis Sæc. III. fuerunt celebrata, suo quæque ordine percensebo.

Concilium *Germanicum* an. MCCXXX. habitum est, & in eo quatuordecim de Disciplina Ecclesiastica condita sunt capitula.

Concilium *Wigorniense* in Anglia anno millesimo ducentesimo quadragesimo constitutiones sive capitula LIX. de Disciplina & moribus Ecclesiæ promulgavit.

Concilium *Lambethense* in Anglia an. millesimo ducentesimo sexagesimo primo fuit convocatum, & in eo de jurisdictione, libertate & immunitate Ecclesiastica actum est.

Concilia *Viennense* in Austria an. millesimo ducentesimo sexagesimo septimo, *Londinense* an. millesimo ducentesimo sexagesimo octavo sanctissimas Sanctiones de Disciplina tam Ecclesiastica, quàm Monastica condiderunt.

Concilia *Saltsburgense* an. MCCLXXIV. *Budense* anno MCCLXXIX. *Coloniense* an. MCCLXXX. *Lambethense* in Anglia anno MCCLXXXI. *Saltsburgense* alterum anno MCCLXXXI. *Ravennatense* anno MCCLXXXVI. *Herbipolense* anno MCCLXXXVII. *Mediolanense* eodem anno, & *Mediolanense* alterum aa. MCCXCI. fuerunt celebrata, & in his multa sancita sunt capitula, quæ ad Disciplinæ cùm Ecclesiasticæ, tum Monasticæ reformationem attinent.

Præter ista à me laudata Concilia, quæ Sæculo decimo tertio coacta sint, plura Concilia Tarraconensia eodem Sæculo in Hispania habita sunt, quorum tamen memoria vix superest, & in quibus nihil, quod sit alicujus momenti, occurrit, ut videre est apud doctissimum Cardinalem *Josephum de Aguirre* Tumo 3. *Conciliorum Hispaniæ* pag. 495. 496. 498. 504. 505. & 523. His ergo prætermissis Conciliis, ad alia nunc progrediamur Concilia, quæ Sæculo Ecclesiæ decimo quarto variis in locis fuerunt convocata, & ut clariori methodo ea disponere possim, primò referam juxta ordinem Chronologicum illa Concila, quæ in Galliis Sæculo Ecclesiæ decimo quarto indicta sunt. Secundò, ea Concilia quasi digito monstrabo, quæ in Hispania; tertiò, quæ in Italia, quartò, quæ in Anglia, & postremò, quæ in Germania eodem Ecclesiæ Sæculo fuerunt celebrata.

Concilia, quæ Sæculo Ecclesiæ decimo quarto variis in locis habita sunt.

Concilia Nationalia, seu Provincialia quàmplurima Sæculo Ecclesiæ XIV. in Galliis habita sunt, quæ hic, juxta seriem Chronologicam, breviter indicare sat superque sufficiet.

Concilium *Compendiense I.* indictum est an. millesimo trecentesimo primo, & in eo septem edita sunt capitula, quæ spectant Disciplinam Ecclesiasticam, & Clericorum Immunitates.

Concilium *Nugaroliense I.* habitum est an. millesimo trecentesimo tertio, & in eo excommunicati fuerunt Clerici peregrini, absque Litteris commendatitiis suorum Episcoporum Sacra facientes, Judices, sese causis Ecclesiæ admiscentes, Perjuri, Decimarum detentores, Concubinarii, Usurarii, Adulteri manifesti &c.

Concilium *Compendiense II.* coactum est an. millesimo trecentesimo quarto, & in eo pro reformatione Ecclesiasticæ Disciplinæ condita sunt quinque capitula.

Concilium *Auscitanum*, an. millesimo trecentesimo octavo congregatum, sex edidit canones, morum reformationem spectantes.

Concil. *Parisiense*, an. MCCCXII. habitum, tria sanxit capitula ad vigorem Disciplinæ Ecclesiasticæ renovandum, & serpentes quosdam abusus extirpandos.

Concilium *Salmuriense*, an. MCCCXV. quatuor condidit canones contra jurisdictionis Ecclesiasticæ perturbatores.

Concilium *Nugaroliense II.* convocatum an. millesimo trecentesimo decimo quinto, quinque statuit Decreta, ad Ecclesiæ Disciplinam, Jura, & Immunitates spectantia.

Concilia, *Silvanectense I.* an. MCCCXV. habitum est, & in eo *Petrus*, Catalaunensis Episc. in suam Sedem restitutus est. *Silvanectense II.* an. MCCCXVII. coactum est, & in eo contra invadentes Ecclesiæ bona actum est.

Conci-

Concilia, *Senonense* anno MCCCXX. & *Parisiense* anno MCCCXXIII. quatuor promulgârunt Decreta, ad Ecclesiæ Disciplinam, præsertim ad vitam & honestatem Clericorum spectantia.

Concilium *Avenionense* an. MCCCXXVI. celebratum quinquaginta novem edidit capitula de morum & Disciplinæ reformatione, Clericorum privilegiis & Immunitatibus.

Concilia, *Marciacense I.* anno Christi MCCCXXVI. indictum, quinquaginta sex addidit capitula ad varia Ecclesiasticæ Disciplinæ capitula attinentia. *Marciacense II.* anno MCCCXXIX. convocatum est, & in eo sicarii, qui *Anesancium*, Episcopum Adurensem occiderant, ab Ecclesiæ communione fuerunt separati.

Concilia, *Silvanectense III.* anno Christi MCCCXXVI. septem edidit de Disciplina Ecclesiastica canones. *Compendiense anno* MCCCXXIX. septem itidem præscripsit canones pro juribus, Immunitatibus, privilegiis, & bonis Ecclesiæ tuendis. *Rotomagense* anno MCCCXXX. tredecim publicavit constitutiones, ad variæ Ecclesiasticæ Disciplinæ capita spectantes. *Gouterense*, anno MCCCXXXVI. duodecim constituit Decreta pro libertate & Immunitate Ecclesiastica. *Bituricense* eodem anno duodecim pariter canones ad restaurandam Ecclesiasticam Disciplinam condidit. Concilium *Avenionense II.* anno MCCCXXXVII. pro bono Ecclesiæ regimine, ac morum reformatione sexaginta novem promulgavit canones. Concilium *Noviomense* an. millesimo tracentesimo quadragesimo quarto septemdecim canones, mores, Disciplinam, Jurisdictionem, & Ecclesiæ Immunitates spectantes, condidit. Concil. *Senonense II.* an. millesimo trecentesimo quadragesimo sexto, tredecim præscripsit canones de Immunitatibus & habitu Clericorum, nec non de aliis capitibus ad Disciplinam Ecclesiasticam spectantibus. Concilium *Biterrense* anno millesimo trecentesimo quinquagesimo primo octo edidit Decreta circà quædam Ecclesiasticæ Disciplinæ capita. Concilium *Andegavense* anno millesimo trecentesimo sexagesimo quinto, triginta quatuor condidit canones de collatione Beneficiorum, de vita, honestate, & habitu Clericorum ac Monachorum &c. Concilium *Vaurense* an. millesimo treceotesimo sexagesimo octavo, centum & triginta tria sanxit Decreta ad Disciplinam Ecclesiasticam pertinentia. Concilium *Narbonense* an. MCCCLXXIV. viginti octo de Disciplina Ecclesiastica condidit capitula.

Præter hæc Concilia Nationalia, seu Provincialia, quæ in Galliis Sæc. Ecclesiæ XIV. pro restauranda tum Ecclesiastica, tum Monastica Disciplina fuerunt celebrata, Concilium insuper Generale decimum quintum, quod est *Viennense*, an. MCCCXI. sub *Clemente V.* Pontifice Maximo habitum est, & in eo Templariorum Ordo abolitus fuit, damnata Fratricellorum, Dulcinistarum, Beguardorum & Beguinarum Hæresis, actumque de recuperanda Terra Sancta.

Concilia, quæ Sæculo XIV. pro reformatione Ecclesiasticæ, val Monasticæ Disciplinæ in Hispania habita sunt, nunc breviter subnectam.

Concilium *Pennafidelense*, an. MCCCII. ad corrigendos Clericorum mores edidit quindecim constitutiones Ecclesiasticas, quas refert Cardinalis *de Aguirre* Tomo 3. *Concil. Hisp.* pag. 518.

Concilia *Tarraconense* & *Salmanticense* an. MCCCXII. fuêre celebrata, eorumque Acta idem Card. *Aguirre* inseruit Tomo mox laudato pag. 546 & 547.

Concil. *Vallisoletanum*, anno MCCCXII. habitum, viginti quinque de Disciplina Ecclesiastica condidit canones, quos in lucem profert Cardinalis *de Aguirre* Tomo. III. *Concil. Hisp.* pag. 556.

Concilia duo *Toletana*, unum videlicet an. MCCCXXIII. & alterum MCCCXXIV. aliquot constitutiones Ecclesiasticas sanxerunt ad Disciplinam Ecclesiasticam, & Clericorum mores spectantes, quæ legi possunt apud Card. *de Aguirre* Tomo 3. *Concil. Hisp.* pag. 576.

Concilia *Complutense* anno MCCCXXV. *Toletanum* anno MCCCXXIX. & aliud *Complutense* anno MCCCXLVII. canones ediderunt de vita & honestate Clericorum, de extirpatione abusuum, & de aliis capitibus ad Ecclesiæ disciplinam attinentibus.

Quatuor Concilia Nationalia, seu Provincialia in Italia Sæculo Ecclesiæ decimo quarto à *Raynaldo* Ravennate Archiepiscopo, ad sanciendam Ecclesiasticam Disciplinam fuerunt convocata, quorum primum habitum est anno MCCCVII. Alterum anno MCCCXI. Tertium, an. MCCCXIV. Ultimum an. MCCCXVII.

Aliquot Concilia Nationalia, seu Provincialia pro Disciplinæ Ecclesiasticæ ac morum reformatione Sæculo decimo quarto in Anglia habita sunt, quæ hic, juxta ordinem Chronologicum, breviter annotabo.

Concilium *Westmonasteriense* anno Christi MCCCXVI. convocavit *Walterus*, Archiepiscopus Cantuariensis. Concilium *Londinense I* an. MCCCIX. habuit *Robertus de Winchelsei*, Archiepiscopus Cantuariensis. Concilium *Londinense II.* anno MCCCXXI. indixit *Walterus* Archiepiscopus Cantuariensis. Concilium *Londinense III.* anno MCCCXXVIII. congregavit *Simon Mepham*, Archiepiscopus Cantuariensis. Concilium *Lambethense I.* anno MCCCXXX. habuit idem *Simon Mepham*, Cantuariensis Archiepiscopus, qui etiam Concilium *Maghfeldense I.* a. MCCCXXXII. calebravit. Concilia *Londinense IV.* an. MCCCXLI. *Londinense V.* an. MCCCXLII. & *Londinense VI.* an. MCCCXLIII. congragavit *Joannes Straford*, Archiepiscopus Cantuariensis. Concilia *Lambethense II.* anno MCCCLI. *Maghfeldense II.* anno MCCCLXII. & *Lambethense III.* anno MCCCLXII. convocavit *Simon Islip*, Archiepiscopus Cantuariensis.

Præter hæc Concilia, quæ Sæculo decimo quarto circà Disciplinam Ecclesiasticam in

N 2 Anglia

Anglia babita sunt, dno alia ad damnandam Wickleffianam Hæresim indicta fuerunt, unum videlicèt Londini an. millesimo trecentesimo octogesimo secundo, cui præfuit *Guillelmes de Courtenay*, Archiepiscopus Cantuariensis, & alterum Londini itidem habitum an. MCCCXCVI. cui præfuit *Thomas Arundel*, Archiepiscopus Cantuariensis.

Denique in Germania Sæc. Ecclesiæ XIV. ad restaurandam tam Ecclesiastiam, quàm Monasticam Disciplinam, duo fuerunt celebrata Concilia, *Coloniense* videlicèt an. millesimo trecentesimo decimo sub *Henrico*, Archiepiscopo Coloniensi; & *Salszburgense* an. millesimo trecentesimo octogesimo sexto sub *Pilgrino*, Archiepiscopo Saltzburgensi, & Sedis Apostolicæ Legato.

Concilia, quæ Sæculo Ecclesiæ decimo quinto habita sunt.

Concilia quinque Generalia Sæc. Ecclesiæ XV. fuerunt celebrata, quorum primum est *Pisanum*, an. millesimo quadriogentesimo nono habitum, & in eo depositus duobus dubiis Pontificibus, qui simul Sedem Romanam ambiebant, in eorum locum suffectus est *Alexander V.* Istud Concilium *Pisanum* inter Concilia Generalia est XVI.

Concilium *Constaetiense*, quod inter Oecumenica Concilia est XVII. coactum est an. millesimo quadringentesimo decimo quatto, & in eo extincto Schismate, depositisque tribus dubiis Pontificibus, *Martines V.* electus est Pontifex Maximus, & Hæreses *Wikleffi* & *Joannis Hes* proscriptæ sunt.

Concilium *Seeese*, quod inter Concilia Generalia est XVIII. congregatum est anno millesimo quadriogentesimo vigesimo tertio, & in eo damnatio Hæresum Wikleffistrum, & Hussitarum, jam facta in Concilio Constantiensi, fuit approbata, actumque de concilianda Ecclesia Græca cum Latina.

Concilium *Basileense*, quod fuit Oecumenicum, donec à Summo Pontifice *Eugenio IV.* fuerit dissolutum, quodque inter Concilia Generalia est XIX. convocatum est anno millesimo quadringantesimo trigesimo primo, & in eo damnati iterum fuerunt Wicleffistæ & Hussitæ; Bohemi verò, qui Hussitarum Hæresi infecti erant, ad sinum Ecclesiæ Catholicæ redierunt.

Concilium *Florentinum*, quod inter Concilia Oecumenica est XX. Ferrariæ ab *Eugenio IV.* an. millesimo quadringentesimo trigesimo octavo inceptum est, Florentiæ verò continuatum an. millesimo quadringentesimo trigesimo nono, & in eo facta est unio Ecclesiæ Græcæ cum Latina.

Præter hæc quinque Concilia Generalia, quæ Sæcolo Ecclesiæ XV. fuerunt celebrata, varia Concilia Nationalia, seu Provincialia sive ad damnandas Hæreses, sive ad abolitionem Schismatis, sive tandem ad collapsam Ecclesiæ restaurandam Disciplinam eodem Sæculo habita sunt, quæ hìc, juxta ordinem Chronologicum exhibebo.

Concilium *Oxomeese* anno millesimo quadringentesimo octavo coëgit *Thomas Arundel*, Archiepiscopus Cantuariensis, in quo Hæresiatchæ *Joannis Wikleffi* Sectarii fuerunt proscripti.

Concilia, *Remeese* anno millesimo quadringentesimo octavo habitum est, & in eo de reformatione Disciplinæ tam Ecclesiasticæ, quàm Monasticæ, nec non de abolitione Schismatis, quod *Gregorius XII.* & *Benedictus XIII.* Summo Pontificatui inhiantes pertinacissimè fovebant, actum est. *Loadineese* an. millesimo quadringentesimo decimo tertio *Joannem Oldcastel*, Wicleffianæ Hæreseos convictum, nec tamen palinodiam canere volentem, Sæculari judicio reliquit. *Romanum*, à *Joanne XXII.* convocatum, *Joaenis Wickleffi* virulenta dogmata confixit anno millesimo quadringentesimo decimo tertio.

Concilum *Saltzburgense* an. millesimo quadriogentesimo vigesimo statuit viginti quatuor Decreta instaurandæ Ecclesiasticæ Disciplinæ apptimè utilia.

Concilium *Coloeieese I.* an. millesimo quadringentesimo vigesimo tertio ad sanciendam Ecclesiasticam Disciplinam fuit celebratum.

Concilium *Senoecase I.* anno millesimo quadringentesimo vigesimo nono constituit quadraginta Decreta, quorum alia ad reformationem Divini Officii, alia ad mores Prælatorum, alia ad Clericorum vitæ honestatem, & Sæcularium correctionem ordinantur.

Concilium *Dertesanum* apud urbem, quæ nunc *Tortosa dicitur*, an. millesimo quadringentesimo vigesimo nono habitum est, & in ea funesti in Hispania Schismatis reliquiæ extinctæ sunt, & Ecclesiastica Disciplina, quæ tempore Schismatis fœdè erat prolapsa, viginti Decretis fuit restaurata.

Concilium *Bituriceese* an. millesimo quadringentesimo trigesimo octavo publicavit *Pragmaticam Sanctioeem* in collatione Beneficiorum observandam in Galliarum Regno.

Concilium *Frisingense* an. MCCCCXL. congregatum sanxit viginti sex canones ad Disciplinam Ecclesiasticam spectantes.

Concilia *Rothomagense* an. millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto, & *Turonense* an. MCCCCXLVIII. varia ad corrigendos Clericorum mores, & ad Disciplinæ instaurationem ordinârunt Decreta.

Concilia, *Coloeieese II.* an MCCCCLII. *Seessionense* an. MCCCCLV. *Seeonense II.* an. MCCCCLXII. *Cantearieese* an. millesimo quadriogentesimo sexagesimo tertio, & *Eboracense* an. millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, pro Ecclesiasticæ Disciplinæ reformatione habita sunt.

Concilium *Matritense* in Hispania anno millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio coactum est, & in eo contra ignorantiam, avaritiam & luxuriam Clericorum actum est, hisque gliscentibus vitiis tempestivâ adhibita sunt remedia.

Concilium *Arandense* in Diœcesi Toletana an. millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio pro resarcienda Ecclesistica Disciplina viginti novem promulgavit Decreta.

Conci-

Concilium *Senonense Tertium* anno MCCCCLXXXV. pro reformatione itidem morum & Ecclesiasticæ Disciplinæ fuit convocatum.

Consultò prætermisi tria Conciliabula, quorum duo, videlicèt *Perpinianum* anno MCCCCVIII. & *Salmanticense* anno MCCCCX. habuit *Petrus de Luna*, dictus *Benedictus XIII.* qui Schisma fovebat, & Pontificatui cedere nolebat. Tertium Conciliabulum, seu *Utinum*, in Diœcesi Aquilejensi congregavit anno MCCCCX. *Angelus Corarius* dictus *Gregorius XII.* qui Schisma itidem nutriebat, & Pontificatum abdicare detrectebat.

Concilia, quæ Sæculo Ecclesiæ decimo sexto fuerunt convocata.

Concilia duo Generalia Sæculo Ecclesiæ decimo sexto habita sunt, quorum primum est *Lateranense V.* Inter Concilia Generalia vigesimum primum, quod à *Julio II.* Pontifice Maximo, an. MDXII. inceptum, à *Leone X.* successore *Julii II.* fuit posteà continuatum. In hoc Concilio Lateranensi V. rejectum ac reprobatum est Conciliabulum Pisanum, quod contra *Julium II.* Romanum Pontificem, aliqui Cardinales ei infensi anno MDXI. congregaverant; Ecclesiastica insuper Disciplina variis Canonibus sancita est, & publicata abolitio *Pragmaticæ Sanctionis*, cujus in locum pacta Bononiæ concordata inter *Leonem X.* Pontificem Maximum, & *Franciscum I.* Galliarum Regem substituta sunt, quæ modo in collatione Beneficiorum vim obtinent in Galliarum Regno.

Concilium alterum Generale est *Tridentinum*, quod inter Concilia Oecumenica ultimum est, & anno MDXLV. fuit indictum. In eo proscriptæ sunt Hæreses *Lutheri*, *Zwinglii*, *Calvini*, & aliorum hujus furfuris Novatorum, multisque conditis Canonibus, & saluberrimis Decretis, restaurata est collepsa Ecclesiæ Disciplina.

Ante & post Concilium Generale Tridentinum complura Concilia Nationalia, seu Provincialia, Sæculo Ecclesiæ decimo sexto, sive ad profligandas grassentes Hæreses, sive ad Ecclesiasticam Disciplinam, jam in Concilio Tridentino sancitam, recipiendam & approbandam, variis in locis fuerunt convocata, quæ, juxta seriem Chronologicam, hic paucis verbis indicabo.

Concilium *Bituricense* anno MDXXVIII. habitum est, & in eo edita sunt Decreta triginta duo, quorum primo *Lutheri*, aorumque sequacium dogmata ac libri damnantur. Alia verò, quæ sequuntur, Decreta pertinent ad Disciplinam & jurisdictionem Ecclesiasticam.

Concil. *Senonense* an. itidem MDXXVIII. Parisiis celebratum est, & in eo *Lutheri* Hæresis, sexdecim Decretis de Fide editis, jugulata est, aliaque quadraginta Decreta ad resarciendam Ecclesiæ Disciplinam fuerunt promulgata.

Concilia *Coloniense I.* anno MDXXVI. & *Coloniense II.* anno MDXLIX. habita, condiderunt ad reformandos mores & restituendam maximè tum temporis depravatam Ecclesiæ Disciplinam præclare & utilissime Decreta.

Concilium *Moguntinum* anno MDXLIX. ad restaurandam Ecclesiæ Disciplinam, & profligandam Lutheranam Hæresim, plures edidit Canones.

Concilium *Treverense* eodem anno, seu MDXLIX. contra Hæreticos Lutheranos, & pro reformatione Ecclesiasticæ Disciplinæ multa salubertime atque laudatissima publicavit Decreta.

Concilium *Narbonense*, an. MDLI. coactum, Catholicam Fidem contra novas serpentes Hæreses explicuit, ac damnavit, tanquàm Hæreticos, eos, qui aliud docent, quàm Romana credit ac profitetur Ecclesia, & Canones sexaginta quatuor de morum emendatione, & sanciendâ Ecclesiæ Disciplinæ promulgavit.

Concilium *Remense* anno MDLXIV. approbavit omnia, quæ in Concilio Generali Tridentino fuerant statuta, & viginti Capitula pro Ecclesiasticæ Disciplinæ reformatione vulgevit.

Concilium *Cameracense* anno MDLXV. omnia, quæ in Generali Concilio Tridentino sancita fuerant, palàm recepit, & viginti duo edidit Decreta ad Ecclesiasticæ Disciplinæ emendationem spectantia.

Concilia *Mediolanensia*, à *S. Carolo Barromæo*, Cardinali, & Archiepiscopo Mediolanensi, *primum* videlicèt an. MDLXV. *Alterum* anno MDLXIX. *Tertium* anno MDLXXIII. *Quartum* anno MDLXXVI. *Quintum* anno MDLXXIX. *Sextum* anno MDLXXXII. habita sunt, & in his restaurata est sanctissimis Decretis Ecclesiastica Disciplina. Præter sex illa Concilia Provincialia, *S. Carolus Borromæus* undecim Synodos Diœcesanas coëgit, quibus, juxta normam Concilii Tridentini, perfectissimi regiminis Ecclesiastici formam tradidit, & corruptos Cleri populique mores emendavit.

Concil. *Rathomagense* anno MDLXXXI. indictum est, & in eo Episcopi, adhærentes Decretis Concilii Tridentini, aliquot de Disciplina Ecclesiastica Decreta constituerunt, & Hæreticos illos declarârunt, qui aliter quàm Catholica, Apostolica & Romana credit ac prædicat Ecclesia, credere ac pertinaciter asserere attentant.

Concilium *Remense II.* celebratum est anno MDLXXXIII. & in eo de Catholicæ Fidei professione, juxta definitionas Concilii Tridentini actum est, & de Vita, moribus, habitu, tonsurâ, & Officiis Clericorum edita sunt viginti septem Decreta.

Concil. *Burdigalense* anno MDLXXXIII. triginta sex, quæ condidit, Decretis, quæque ferme omnia ex Sanctionibus Concilii Tridentini deprompsit, Disciplinæ Ecclesiasticæ reformationi optimè consuluit.

Concilium *Turonense* anno MDLXXXIII. Disci-

Disciplinam Ecclesiasticam circa Episcopos, Clericos, Monachos, & Laicos ex Concilii Tridentini Decretis emendavit.

Concil. *Bituricense II.* an. MDLXXXIV. variis Decretis, à Synodo Tridentina maximam partem desumptis, Disciplinam Ecclesiasticam restauravit.

Concilium *Aquense* anno MDLXXXV. Disciplinam Ecclesiasticam quadraginta Constitutionum Capitibus, juxta Concilii Tridentini Decreta, reparavit.

Concilia *Tolosanum* anno MDXC. *Avenionense* anno MDXCVI. *Aquilejense* anno MDXCVI. multa Decreta de emendatione morum, de vita & honestate Episcoporum, & Clericorum condiderunt, Statutis Concilii Tridentini omninò consentanea.

Præter hæc Concilia Provincialia, quæ Sæculo XVI. habita sunt, *B. Toribius, Mogrovexus*, Archiepiscopus Limeosis in Peruvia, quæ *Novus Orbis* appellatur, aliquot Concilia Provincialia & Diœcesana eodem Sæculo decimo sexto ad cultum DEI, propagationem Fidei, & Disciplinæ Ecclesiasticæ, morumque reformationem convocavit. Quæ Concilia, dicta *Limensia*, inseruit Doctissimus Cardinalis *Josephus de Aguirre* Tomo IV. *Collectionis omnium Conciliorum Hispaniæ & novi Orbis.* Concilium etiam *Mexicanum* in America Septemtrionali anno MDLXXXV. celebravit *Petrus Moya de Contreras*, Mexicanæ Ecclesiæ Archiepiscopus, & in eo Synodi Tridentinæ Decreta, tam Fidem, quàm Ecclesiæ Disciplinam, morumque emendationem spectantia, suscepit atque executioni mandari jussit. Postremò, ad imperandam in Hispania, & in Belgio Decretorum Concilii Tridentini tam circà Fidem, quàm circà Ecclesiæ Disciplinam, observationem, aliquot habita sunt Concilia Provincialia, videlicèt *Toletanum* anno MDLXV. *Valentinum*, *Compostellanum*, *Granatense*, *Bracarense*, *Cæsar-Augustanum* & *Eborense*, quæ eodem anno indicta sunt, quibus addi debent Concilium Provinciale *Mechliniense* anno MDLXX. in Belgio, & alterum *Toletanum* in Hispania anno MDLXXXII. celebrata.

Prætermitto plures Conventus, seu Comitia Generalia, quæ, instar Conciliorum Nationalium, Clerus Gallicanus decimo sexto Ecclesiæ Sæculo singulis quinquenniis (quem morem etiamnùm observat Doctissimus ille Clerus) celebravit, in quibus de recipiendis Concilii Tridentini Decretis, ac restauranda Ecclesiæ Disciplina, de tollendis abusibus, de tuenda ac conservanda contra molliores, seu laxiores Casuistas, puritate morali Christianæ, & de aliis id genus tàm Fidei, quàm Disciplinæ Ecclesiasticæ capitibus actum est, inter illos *Conventus*, quos nunc vocant *Comitia Generalia*, Cleri Gallicani, unus est, qui præ cæteris aliis, Sæculo Ecclesiæ decimo sexto habitis, potissimùm commendatur, videlicèt Conventus Cleri Gallicani, qui anno MDLXXIX. in urbe Melodunensi coactus est, idenque dictus *Conventus Melodunensis*, quique complectitur totam Disciplinam Ecclesiæ Gallicanæ, & quadraginta constitutiones ad Disciplinæ Ecclesiasticæ, morumque reformationem apprimè necessarias, & extat Tomo I. Collectionis *Actorum, Titulorum, & Documentorum Clerum Gallicanum spectantium*, à pag. 336. usque ad p. 475.

Concilia, quæ habita sunt decimo septimo Ecclesiæ Sæculo.

Cùm nullum Concilium Generale Sæculo Ecclesiæ XVII. fuerit congregatum, ac hic primò referam Concilia Nationalia aut Diœcasana, quæ in Galliis, deinque in Italia, tertiò, quæ in Hispania habita sunt, ac denique aliquot inseram Concilia quæ eodem Sæculo decimo septimo in Ecclesia Græca, à communione Ecclesiæ Romanæ diro licèt Schismate separatâ, contra Hæreticos Lutheranos & Calvinistas fuerunt celebrata.

Concilium *Narbonense* anno MDCIX. indixit *Ludovicus de Vervins*, Ord. Præd. & Archiepiscopus ac Primas Narbonensis, in quo multa statuta ac decreta sunt, quæ si nunc executioni mandarentur, propediem vigor Disciplinæ Ecclesiasticæ, quæ injuriâ temporum collapsa est, facili negotio resteurari posset.

Concilium dictum *Senonense*, quamvis fuerit Parisiis anno MDCXII. à *Jacobo Davio Perronio*, Cardinali & Archiepiscopo Senonensi, congregatum, damnavit libellum de *Ecclesiastica & Politica Potestate* ab *Edmundo Richerio*, Sacræ Facultatis Parisiensis Doctore Theologo, lucubratum.

Concilium *Aquense*, an. itidem MDCXII. celebratum, eumdem *Edmundi Richerii* libellum proscripsit.

Concilium *Burdigalense* an. MDCXXIV. convocavit *Franciscus Surdisus*, & in eo de Disciplina ac jurisdictione Ecclesiastica, morumque reformatione actum.

Præter ista Concilia Provincialia, quæ in Galliis Sæculo Ecclesiæ decimo septimo fuerunt celebrata, Episcopi Gallicani, sive ad configendos emergentes errores, sive ad Disciplinam, authoritatem ac jurisdictionem Ecclesiasticam vindicandam, sive ad Moralis Christianæ doctrinæ puritatem contra molliores, seu laxiores Casuistas asserendam, sive denique ad instituendam rerum temporalium Cleri Gallicani rectam administrationem, Comitia Generalia, quæ vulgò *Conventus Cleri Gallicani* dicuntur, singulis quinquenniis coëgerunt, inter quos Generales Cleri Gallicani Conventus, ille præsertim celebratur, qui anno millesimo septingentesimo in Palatio Regio S. Germani propè Parisios habitus est, & in quo centum viginti septem Propositiones, quarum benè multæ à laxioribus Casuistis, ad excusandas excusationes in peccatis, excogitatæ, aliæ à Jansenistis procusæ fuerant, censorio stigmate confixæ sunt, atque ad conservandum salutarem Ecclesiasticæ Disciplinæ vigorem, præcipuè in administratione Sacramentorum Eucharistiæ & Pœnitentiæ, Leges Sanctissimæ præscriptæ fuerunt.

Con-

Concilia, sive Provincialia, sive Diœcesana in Italia Sæculo Ecclesiæ decimo septimo quàm plurima habita sunt, quorum præcipua hìc indicare abundè sufficiet. In primis triginta quatuor Concilia, sive Provincialia, sive Diœcesana Beneventana jam celebravit Eminentissimus *Vincentius Maria Ursinus*, Ord. Prædicatorum, S. R. E. Cardinalis, & Archiepiscopus Beneventanus, qui etiamnum vivit, & verè Pastorali zelo succensus, amplissimam Diœcesim suam singulis annis perlustrat, & Synodum ad sanciendam Ecclesiasticam Disciplinam, cujus studiosissimus est, cogit. Præter hæc triginta quatuor Beneventana Concilia, alia in Italia pro Disciplinæ Ecclesiasticæ, morumque reformatione fuerunt convocata, inter quæ potissimum numerantur *Mediolanense septimum*, à *Federico Borromæo* Cardinali, & *S. Caroli Borromæi* nepote, congregatum: *Senense* à *Francisco Maria Taurusio* Cardinali habitum: duo *Neapolitana*: tria *Sanctæ Severinæ*: *Ravennatense*: *Florentinum*: *Urbinatense*: *Turritanum* in Sardinia: duo *Æsina* sub *Matthæo Patricio*, Episcopo Æsino: *Albiganense*; *Amerinum* sub *Antonio Maria Gratiano* Episcopo: *Assisiense* sub Cardinali *Nerlio*: *Aversanum*; *Bononiense* sub Cardinali *Jacobo Boncompagno*: *Cesenatense* sub Cardinali *Denoff*: *Lunense* & *Sarzanense* sub Cardinali *Benedicto Lomellino*: *Auximanum* sub Cardinali *Antonio Maria Gallo*: *Montis Falisci* sub Cardinali *Marco Antonio Barbadico*: *Nolanulanum* sub Cardinali *de Angelis*; *Sabinense* sub Cardinali *Ptolomæo Gallo*: *Sutrinum* sub Cardinali *Julio Spinola*: quibus addi possunt Concilia *Eugubinum*, *Genuense*, *Asculanum*, *Rossanense*, *Venusinum*, *Farfense* & alia ejusmodi Concilia cùm Provincialia, tum Diœcesana, quæ in variis Italiæ locis Sæculo Ecclesiæ decimo septimo celebrata, maximum Disciplinæ Ecclesiasticæ splendorem conciliârunt, & Sanctioris morum Disciplinæ regulas tradiderunt.

Concilium unum dumtaxat, *Oriolanum* videlicèt, in Hispania, seu in Regno Valentiæ anno MDC. celebratum est, & in eo condita sunt septuaginta capita, Disciplinam Ecclesiasticam spectantia. Tria verò Concilia in novo Orbe, seu in civitate *Lima*, *B. Toribius Mogrovexus*, ineunte Sæculo XVII. seu annis MDCI. MDCII. & MDCIV. habuit, & in his peculiaria quædam Decreta & Documenta constituit, quibus Peruvianos, adhùc in Christianismo neophytos, ad religionem & pietatem informavit.

Concilia quæ in Ecclesia Græca, à communione Ecclesiæ Romanæ funesto licèt Schismate separatâ, fuerunt Sæculo decimo septimo contra Hæreticos Calvinistas, & *Cyrillum Lucarem*, Patriarcham Constantinopolitanum, convocata, sunt ista: Primum, seu *Constantinopolitanum*, anno MDCXXXVIII. coëgit *Cyrillus Berrohensis*, Patriarcha Constantinopolitanus, & in eo *Cyrillo Lucari*, è Sede Constantinopolitana dejecto, dictum est anathema, eò quòd contra Orientalis Ecclesiæ Fidem publicâsset Confessionem Fidei, Calvinianæ Hæreticæ doctrinæ omninò consentaneam, quæ in eodem Concilio omnium Græcorum consensu proscripta ac profligata fuit. Alterum Concilium anno MDCXLII. *Jasii* apud Moldaviam celebravit *Parthenius*, Patriarcha Constantinopolitanus, & in eo Calviniana Fidei Confessio, à *Cyrillo Lucare* edita, damnata fuit, tanquam Orthodoxæ Græcorum Fidei penitùs contraria. Tertium Concilium, seu *Constantinopolitanum*, anno MDCLXXII. habuit *Dionysius*, Patriarcha Constantinopolitanus, & in eo Hæretica Calviniana doctrina in omnibus suis capitibus rejecta ac damnata est. Quartum denique Concilium, dictum *Bethleemiticum*, vel *Hierosolymitanum*, eodem anno MDCLXXII. congregavit *Dositheus*, Patriarcha Hierosolymitanus, & in eo, explosis Hæreticorum Calvinistarum erroribus, editum est *Enchiridion Fidei necessarium ad confutandas calumnias Calvinistarum, qui Ecclesiam Orientalem de Deo, rebusque divinis eum ipsis idem sentire mentiuntur.*

Missas lubens facio varias Pseudo-Synodos, quas Hæretici, præsertim Calviniani, Sæculo XVII. coëgerunt, in quibus, nunquam sibi in Fide constantes, variarunt linguis, & sententiis, mutantes quadrata rotundis, & rotunda quadratis, ac tandem in famosa Synodo *Dordracena* anno MDCXIX. in Belgio habitâ, tanquam dogma Fidei definierunt, solam Fidem in Christum Mediatorem absque bonis operibus justificare, eamque Fidem justificantem nullo quantumvis gravissimo delicto, excepto solo infidelitatis, seu Apostasiæ à Fide peccato, amitti posse, ita ut hi, qui per Fidem in Christum sunt justificati, credere Fide divinâ teneantur, se plenam & omnimodam habere de sua salute certitudinem. Ex quo impio Calvinistarum dogmate sequitur planè totius Christianæ Moralis doctrinæ exterminium.

* * *

OBSERVATIONES

In Concilia, quæ in Ecclesia fuerunt celebrata.

Observa primò, triplicis generis esse Concilia, videlicèt *Oecumenica*, seu Generalia, *Nationalia*, seu Provincialia, & *Diœcesana*. Convocare Concilia Generalia ex officio incumbit Romano Pontifici, qui per se, vel per suos Legatos, eis, ratione sui Primatus, præesse debet, ut constat ex perenni & antiqua Ecclesiæ consuetudine, quâ semper Romani Pontifices, sicut ostendimus in nostris Colloquiis in Historiam Ecclesiasticam, omnibus Conciliis Generalibus, quæ sive in Oriente, sive in Occidente indicta sunt, vel per se, vel per Legatos præfuerunt, adeò ut Concilia, quæ præter Romanorum Pontificum Sententiam habita sunt, nulla & irrita, juxta Regulam Ecclesiasticam, fuerint declarata. Ad profligandas emergentes Hære-

ses

ſes, ſeu ad dirimendas Fidei Controverſias, condenda Dogmata Fidei, & ſanciendos Eccleſiaſticæ Diſciplinæ Canones, congregantur Concilia Generalia, eaque ſemel à Romano Pontifice approbata irrefragabili pollent auctoritate. Ut autem ea, quæ in ejusmodi Synodis Generalibus acta ac ſtatuta ſunt, promptius ab omnibus executioni mandentur, ſeu facilius ad exitum perducantur, cum poteſtate Eccleſiæ concurrere, & amicè conjurare debet Civilis poteſtas. Quò fit, ut Canonum de rebus ad publicam pertinentibus Eccleſiæ Diſciplinam promulgatorum receptorumque tuitio Principibus Chriſtianis incumbat, quorum in manu corporalis, pecuniariæque pœnæ irrogatio eſt, quâ inobedientes ac pervicaces compeſcere, cohibere & in ordinem redigere poſſunt. In definiendis tamen his, quæ ad Fidem, Doctrinam & Eccleſiæ Diſciplinam ſpectant, Principes Chriſtiani partes ſuas interponere nec debent, nec poſſunt; idque ultrò ipſi Principes Chriſtiani profeſſi ſunt, *Conſtantinus Magnus*, in Nicæna Synodo Libellos ſibi oblatos contra Epiſcopos comburens; *Theodoſius* ad Synodum Epheſinam ſcribens; *Marcianus*, Patres Concilii Chalcedonenſis alloquens; & *Valentinianus* in Epiſtola ad Orientales Epiſcopos, quam refert *Sozomenus* lib. 6. Hiſtoriæ Eccleſ. cap. 7. De modo & ratione celebrandi Concilia Generalia, de ordine ſedendi & ſubſcribendi; de his, qui vel neceſſariò, vel ex conſuetudine, vel ex privilegio ad Concilium Generale vocandi ſunt; de loco & tempore, quo congregari debent Concilia Generalia, & de aliis id genus quæſtionibus, authoritatem ac juriſdictionem Conciliorum Generalium ſpectantibus, Auctores complures datâ operâ ſcripſerunt. Conſulendus in primis, *Guillelmus Durandus*, Epiſcopus Munatenſis, qui peculiarem ea de re Tractatum, jubente *Clemente V.* Pontifice Maximo lucubravit. Legendi ſunt etiam varii Tractatus, quos de eodem argumento ediderunt *Dominicus Jacobatius*, Cardinalis, *Joannes Antonius Delphinus* & *Marcus Bonavitus*, qui in unum Volumen collecti habentur, ſub *Apparatus ad Sacra Concilia* nomine, in Pariſienſi Conciliorum Editione, quam anno MDCLXXII. adornârunt *Philippus Labbeus* & *Gabriel Coſſartius*, Scriptores Societatis Jeſu.

Obſerva ſecundò, plures tam in Eccleſia Græca, quàm Latina, Sacrorum Canonum, qui in variis Conciliis conditi ſunt, Collectiones, vel Summas, ſeu Epitomes, fuiſſe concinnatas. In Eccleſia Græca *Theodoretus*, Epiſcopus Cyri, edidit Collectionem Canonum. *Joannes*, cognomento *Scholaſticus*, Presbyter primùm Antiochenus, & poſteà Patriarcha Conſtantinopolitanus, contexuit pariter Collectionem Canonum. *Photius*, Schiſmaticus Patriarcha Conſtantinopolitanus, conſarcinavit *Nomo-Canonem*, ſeu novam collectionem Canonum, quam *Theodorus Balſamon*, titulo tenùs Patriarcha Antiochenus, & *Joannes Zonaras*, Monachus *S. Baſilii*, ſuis Commentariis illuſtrârunt. *Simeon Magiſter* & *Logotheta* conſcripſit Epitomen Canonum. *Michaël Pſellus* edidit Synopſim Canonum. *Conſtantinus Harmenopulus* compoſuit Epitomen Divinorum, Sacrorumque Canonum. *Arſenius*, primùm Monachus, poſteà Patriarcha Conſtantinopolitanus, auctor eſt Synopſis Canonum. Denique, *Matthæus Blaſtares* Canonum Volumen ſatis amplum compoſuit. In Eccleſia verò Latinâ Collectiones, vel Breviaria Canonum ediderunt, *Dionyſius*, cognomento *Exiguus*, Monachus, ac deinde Abbas, natione quidem Scytha, ſed moribus & domicilio Romanus; *Fulgentius Ferrandus*, Eccleſiæ Carthaginenſis in Africa Diaconus; *Martinus*, ex Pannonia oriundus, & Epiſcopus Bracarenſis; *Creſconius*, Africanus Epiſcopus; *Iſidorus*, Epiſcopus Hiſpalenſis; *Iſidorus Mercator*; *Burchardus*, Wormatienſis Epiſcopus; *Anſelmus*, Lucenſis Epiſcopus; *Hildebertus*, Cenomanenſis Epiſcopus; *Deus-dedit*, Presbyter Cardinalis tituli SS. Apoſtolorum in Eudoxia; *Ivo*, Carnotenſis in Gallia Epiſcopus; & *Gratianus*, Monachus Benedictinus. Præter iſtas in Eccleſia Latina à variis Authoribus conſcriptas Collectiones, vel Epitomes Sacrorum Canonum, duæ adhuc ſuperſunt in Eccleſia Latina vetuſtiſſimæ Canonum Collectiones, quarum prior ex Bibliotheca Vaticana, & præcipuè ex *Chriſtophori Juſtelli* Bibliotheca paucis abhinc annis ab *Henrico*, ejus filio, in lucem edita eſt, & conſtat Canonibus Conciliorum Nicæni, Ancyrani, Neocæſarienſis, Sardicenſis, Gangrenſis, Antiocheni, Laodiceni, Conſtantinopolitani, & Chalcedonenſis. Alteram verò Collectionem, ſeu *Codicem Canonum Eccleſiaſticorum, & Conſtitutionum Sedis Apoſtolicæ*, ex Manuſcriptis Codicibus Thuaneo & Oxonienſi Pariſiis anno MDCLXXV. edidit Paſchaſius Queſnellus ſub titulo *Appendicis ad Opera S. Leonis Magni*, quem vetuſtiſſimum & ampliſſimum omnium ejusmodi Codicum, qui hùc uſque prodierunt, atque in uſu fuiſſe putat in Eccleſia Romana *Innocentio I. Zoſimo*, &c. ac *Leone I.* Pontificibus. De his Collectoribus tam Græcis, quàm Latinis, & de Collectionibus Canonum, præter *Antonium Auguſtinum*, Tarraconenſem Epiſcopum, in libris *de emendatione Gratiani*, & in Præfatione *ad antiquas Collationes Decretalium*, præter etiam *Antonium Auguſtinum* Jeſuitam, in peculiari Tractatu præfixo ſecundæ Parti *Epitomes Juris Canonici antiqui*; legendi ſunt *Boetius Epo de Jure Sacro*; Franciſcus Florens in Præfationibus ſuis; *Petrus de Marca*, cùm lib. 3. *de Concordia Sacerdotii & Imperii*, tùm in ſpeciali de his Opuſculo; Stephanus Baluzius in *Præfatione ad Reginonem*, & Joannes Doujatius lib. 3. *Prænotionum Canonicarum*, Editionis Venetæ anno MDCCXVII. à pag. 283. uſque ad pag. 363.

Obſerva tertiò, Canones Pœnitentiales, qui in Conciliis ad normam agendæ pœnitentiæ præſcripti ſunt, à plurimis tam in Eccleſia Græca, quàm in Eccleſia Latina fuiſſe collectos, easque Collectiones vulgò vocari *Libros Pœnitentiales*, vel *Pœnitentialia*, eò quòd quantitatem modumque pœnitentiæ unicuique criminum ac peccatorum generi imponant. Inter Græcos eminet in hoc genere *S. Baſilius*, Cæſareæ Cappadocum Epiſcopus, qui de variorum delictorum pœnitentiâ tres Epiſtolas Canonicas ſcripſit ad *Amphilochium*, Iconienſem Epiſcopum. *S. Baſilio* addi debent hi, qui in Eccleſia Græca ante & poſt ipſum in eodem argumento verſati ſunt, ſeu qui, ad inducendam pro variis delictis pœnitentiam, Epiſtolas Canonicas, vel Reſponſa Canonica ſcripſerunt: *Dionyſius* nimirùm, *Petrus*, *Athanaſius*, *Timotheus*, & *Cyrillus*, Patriarchæ Alexandrini; *Gregorius* etiam *Thaumaturgus*, & *Gregorius Nyſſenus*. Hùc

Hùc etiam pertinent *Responsa Canonica* posteriorum Patriarcharum, quæ referuntur à *Joanne Leunclavio* libris quinto & sexto *Juris Græco-Romani*. Prætermitti haud debet Libellus *Pœnitentialis*, editus à *Joanne*, Patriarcha Constantinopolitano, qui ob miram abstinentiam dictus est *Jejunator*. In Ecclesia verò Latina Collectiones Canonum Pœnitentialium, seu libros Pœnitentiales ediderunt *S. Cyprianus*, Episcopus Carthaginensis, *Theodorus* Archiepiscopus Cantuariensis, Venerabilis *Beda*, *Rabanus Maurus*, Archiepiscopus Moguntinus, & *Halitgarius*, Archiepiscopus Cameracensis. Extat etiam *Pœnitentiale Romanum*, quod ab *Antonio Augustino* ad calcem *Juris Pontificii* ante alia excriptum est, in titulos novem divisum, in quibus varia criminum genera, & indicendæ cuique peccato salutares pœnitentiæ, ex Conciliis, Pontificum Decretis, Patrumque Sententiis percensentur. Plures ejusmodi libros Pœnitentiales undecumque collegit, & illos sub finem Voluminis sui de *Pœnitentia* edidit *Joannes Morinus*, congregationis Oratorii Presbyter, atque totam illorum rationem & utilitatem accuratè pertractat lib. 4. ejusdem voluminis *De Pœnitentia* cap. 17. & lib. 6. cap. 5. de *administratione Sacramenti Pœnitentiæ*, ac præsertim in *Præfatione de Libellorum Pœnitentialium antiquitate, & varietate*, ubi causas indicat, cur necessarii fuerint hujusmodi Libri Pœnitentiales.

Observa denique, Plures Conciliorum à variis Authoribus Editiones fuisse adornatas. *Jacobus Merlinus*, natione Gallus, patria Lemovicensis, Theologus Parisiensis, & insignis Ecclesiæ Parisiensis Pœnitentiarius, Conciliorum Collectionem, in duo Volumina distributam, anno MDXXIV. in lucem dedit, quam posteà recognitam, ac pluribus auctam & locupletatam, atque in tria Volumina partitam, anno MDXXXV. Parisiis iterùm edidit. *Petrus Crabbe*, Ordinis *S. Francisci*, novam Conciliorum Collectionem, in duo Volumina digestam, anno MDXXXVIII. Coloniæ publicavit, eamque deindè secundis curis exornatam, multò auctionem, & tribus magnæ molis Voluminibus comprehensam, Parisiis excudit anno MDLI. *Franciscus Joverius*, Valentinus, an. MDLV. *Sanctiones Ecclesiasticas*, in tres classes majoris claritatis ergo distinctas, edidit; quarum prima Universales Synodos, altera Particulares Synodos, Tertia Summorum Pontificum Decreta complectitur. *Laurentius Surius*, Carthusianus, natione Germanus, ampliorem Conciliorum Collectionem, in quinque Volumina divisam, publicæ luce donavit Coloniæ anno MDLXVII. *Garsias Loaysa*, Hispanus, Toletanæ Ecclesiæ Archiepiscopus, omnia Hispaniarum Ecclesiæ Concilia in unum collecta corpus, variisque illustrata Notis, vulgavit anno MDXC. At maximam, amplissimamque omnium Hispaniæ & novi Orbis Conciliorum Collectionem, quatuor in Tomos distributam, paucis abhinc annis publicam in lucem emisit doctissimus Cardinalis *Josephus de Aguirre*, Benedictinus, natione Hispanus. *Severinus Binius*, Ecclesiæ Coloniensis Canonicus, novam publicavit Conciliorum Collectionem, quæ in Parisina editione an. MDCXXXVIII. novem complectitur Volumina, quorum septimum duas in partes est divisum. Prodiit etiam Romæ, authoritate atque auspiciis *Pauli V.* Pontificis Maximi, ex typographia Vaticana anno MDCVIII. Conciliorum Generalium Collectio Græco-Latina. His omnibus Conciliorum Collectionibus longè uberiorem cum Notis anno MDCLXXII. Parisiis dederunt duo eruditi Societatis JEsu Presbyteri, *Philippus Labbeus*, & *Gabriel Cossartius*. Novissimè verò, seu anno MDCCXV. prodiit Parisiis è Typographia Regia omnium Conciliorum Editio adornata à *Joanne Harduino*, ejusdem Societatis Jesu Presbytero. Præter istas ampliores Conciliorum Collectiones, extant aliæ minores, quarum prima est *Bartholomæi Caranza*, Ord. Præd. natione Navarri, patriâ Mirandensis, & Archiepiscopi Toletani. Altera est *Francisci Longi à Corialano*, Ordinis Fratrum Minorum Capucinorum. Tertia est *Jacobi Sirmondi*, Societatis JEsu, qui edidit Concilia Gallicana. Quarta est *Henrici Spelmanni*, qui omnia Concilia Provincialia, & Diœcesana Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ duobus Tomis comprehensa, Londini anno MDCLXIV. typis excudi curavit. Quinta est *Stephani Baluzii*, qui anno MDCLXVIII. Concilia Ecclesiæ Narbonensis publici juris fecit, & anno MDCLXXXIV. dedit novam Conciliorum Collectionem. Sexta est *Ludovici Bail*, Doctoris Theologi, ac Propœnitentiarii Ecclesiæ Parisiensis, qui Concilia cùm Generalia, tum Provincialia, duobus Tomis in Folio complexus est. Denique, ne quid desit eorum, quæ à studioso Conciliorum Lectore desiderari possint, duos hic proferam viros eruditos, qui in Canones plurimorum Conciliorum sive Synodorum Dissertationes, Scholia, & Notas scripserunt. Primus est *Christianus Lupus*, Ordinis Eremitarum Sancti *Augustini*, qui, pluribus Tomis anno MDCLXV. Lovanii editis, Sacros Conciliorum Canones illustravit. Alter est *Joannes Cabassutius*, Aquisextiensis in Gallo-Provincia, Presbyter Congregationis Oratorii Domini JESU, qui edidit *notitiam Ecclesiasticam*. Historiarum Conciliorum, & Canonum, cujus altera Editio Lugduni anno MDCLXXX. prodiit.

TABULA DECIMA TERTIA CHRONOLOGICA.

Quæ Seriem exhibet Virorum Illustrium, seu Scriptorum Ecclesiasticorum, qui à primo Ecclesiæ Sæculo ad hæc usque nostra tempora doctrinâ & pietate floruerunt.

UT Scriptores Ecclesiasticos, eo, quo floruerunt, Sæculo ordinatè disponere possim, incipiam ab his, qui primum Ecclesiæ Sæculum illustrârunt, quique in magno numero essent, si omnia illius aurei Sæculi illustrium hominum pretiosa Monumenta ad nos pervenissent. At, proh dolor! paucissimis Patrum primi Sæculi nunc residua sunt Opera, cæterâ

verò elie, temporis rerum omnium edacis injuriâ, perierunt, si tamen excipias ea, quæ à Sacris Scriptoribus fuerunt exarata, videlicèt quatuor Evangelia, à *Matthæo*, *Joanne*, *Marco*, & *Luca* conscripta, quatuordecim *S. Pauli* Epistolas, tres *S. Joannis*, duas *S. Petri*, unam *S. Judæ* Apostoli, unam *S. Jacobi* Apostoli, librum Actuum Apostolorum, & librum Apocalypsis B. *Joannis* Apost. quæ quidem omnia singulari Divinæ Providentiæ beneficio etiamnùm integre, illæse, ac illibate conservemus.

Scriptores Ecclesiastici primi Sæculi.

S. Dionysius Areopagita, patriâ Atheniensis, *Paulo* Apostolo Athenis prædicante, Christianam Fidem amplexus est, & floruit circà annum Christi quinquagesimum.

S. Clemens Papa hujus nominis *I.* floruit circà annum Christi sexagesimum quintum.

Hermas, dictus *Pastor*, floruit circà annum Christi sexagesimum quintum.

S. Martialis, Lemovicum in Gallia Episcopus & Apostolus, floruit circà annum Christi septuagesimum.

S. Polycarpus, Smyrnensis Episcopus & Martyr, sub finem primi Ecclesiæ Sæculi floruit.

S. Ignatius, Episcopus Antiochenus, & Martyr, floruit quidem exeunte primo Ecclesiæ Sæculo, sed Martyrium passus est ineunte secundo Ecclesiæ Sæculo.

Papias, Hierapolitanus Episcopus, floruit in primo Ecclesiæ Sæculo, sed obiit in secundo Ecclesiæ Sæculo.

Scriptores Ecclesiastici secundi Ecclesiæ Sæculi.

Quadratus, patriâ Atheniensis, & Senator Romanus, floruit circa annum CHRISTI CXXIII.

Aristides, patriâ itidem Atheniensis, & Philosophus eloquentissimus, floruit circà eundem CXXIII.

S. Justinus Martyr, Neapoli Palæstinæ natus, floruit circà annum CXL.

S. Irenæus, gente Asianus, & Episcopus Lugdunensis in Galliis, floruit circà annum CLXVII.

S. Theophilus, Antiochenus, floruit circà annum CLXVIII.

Melito, Asianus, floruit circà an. CLXX.

Hegesippus, floruit circà annum CLXX.

Philippus, Gortinensis Episcopus, floruit circà annum CLXXII.

Tatianus, genere Syrus, floruit circà annum CLXXIII.

Musanus, floruit circe eundem CLXXVI.

Modestus, floruit circà annum centesimum septuagesimum sextum.

Athenagoras, non minùs Christianâ, quàm Gentilium scientiâ celebris Philosophus Græcus, claruit circa annum centesimum septuagesimum secundum.

Miltiades, Rhetor, floruit circà annum CLXXX.

Rhodon, ex Asia oriundus, floruit circà annum CLXXXIX.

Serapion, Episcopus Antiochenus, floruit circa annum CXC.

Apollonius, cujus neque genus, neque patriam prodiderunt veteres, floruit circà annum CXCII.

Theophilus, Cæsareæ in Palæstine Episcopus, floruit circà eundem CXCII.

S. Clemens Alexandrinus, celebris *Panteni*, Stoici Philosophi, Discipulus, & Origenis Præceptor, floruit circa annum centesimum nonagesimum secundum.

Tertullianus, natione Afer, patriâ Carthaginensis, floruit circà annum centesimum nonagesimum secundum.

Polycrates, Ecclesiæ Ephesinæ Episcopus, floruit circe annum CXCVI.

Scriptores Ecclesiastici Sæculi tertii.

Cajus, vel *Gajus*, vir disertissimus, & Romanæ Ecclesiæ Presbyter, floruit circà annum CCX.

Minutius Falix, doctrinê & pietate Christianâ nobilis Scriptor, floruit circà annum CCX.

S. Hippolytus, Portuensis Episcopus, floruit circà annum CCXX.

Ammonius, Christianus Philosophus Alexandrinus, floruit circà an. CCXX.

Julius Africanus, floruit circà an. CCXX.

Origenes, dictus *Adamantius*, Alexandriæ natus, floruit circa annum CCXXX.

S. Cyprianus, Episcopus Carthaginensis, floruit circà an. CCXLIV.

Pontius, *S. Cypriani* individuus Comes, floruit circà an. ducentesimum quinquagesimum primum.

S. Gregorius, Neo-Cæsariensis Episcopus, à miraculorum dono, quo pollebat, *Thaumaturgus* eppellatus, floruit circe annum ducentesimum quinquagesimum quartum.

Pierius, Alexandrinus, floruit circa annum ducentesimum octogesimum tertium.

S. Victorinus, Petavionensis, in Pannonia superiore, non verò Pictaviensis, ut vulgò creditur, in Aquitanie Episcopus, floruit circa an. ducentesimum nonagesimum.

S. Methodius, primùm Olimpi Lyciæ, posteà Tyri Episcopus, floruit circa an. CCXC.

Denique, tertio Ecclesiæ Sæculo doctrinâ & pietate claruerunt *Firmilianus*, Cæsareæ Cappadocum Episcopus, circà annum CCXXXIII. *Dionysius*, Episcopus Alexandrinus, circà annum CCLIV. & *Anatolius*, Laodicenus Episcopus, circa annum CCLXX.

Scriptores Ecclesiastici quarti Ecclesiæ Sæculi.

Petrus, Patriarcha Alexandrinus, floruit circà annum CCCI.

Arnobius, gente Afer, & Rhetor disertissimus, floruit circà annum CCCIII.

Lactantius Firmianus, Christianorum omnium Scriptorum sine controversia facundissimus, floruit circà annum CCCIII.

Rheticius, Augustodunensis in Gallia Episcopus, claruit circà annum CCCXIII.

Eusebius,

Eusebius, Cæsariensis Episcopus, Historiæ Ecclesiasticæ Scriptor, floruit circa annum trecentesimum decimum quintum.

Hosius, gente Hispanus, & Cordubensis Episcopus, floruit circa annum trecentesimum decimum sextum.

Eustathius, Antiochenus Episcopus, floruit circa an. CCCXXV.

Jacobus, Urbis *Nisibis* in Perside Episcopus, pietate & doctrinâ conspicuus, floruit circa an. CCCXXV.

S. Athanasius, Episcopus Alexendrinus, & Fidei Catholicæ contra Hæresiarcham *Arium* acerrimus propugnator, claruit circa an. trecentesimum vigesimum sextum.

Juvencus, natione Hispanus, & Poëta nobilis, floruit circa annum trecentesimum trigesimum.

Julius Firmicus Maternus, vir clarissimus, floruit circa an. trecentesimum trigesimum septimum.

Eusebius, Emisenus in Phœnicia Episcopus, claruit circa an. trecentesimum quadregesimum.

S. Cyrillus, Hierosolymorum Episcopus, floruit circa an. CCCL.

S. Hilarius, natione Gallus, patriâ & Episcopus Pictaviensis, floruit circa annum CCCLIV.

Eusebius, Episcopus Vercellensis, floruit circa an. CCCLIV.

Lucifer, Episcopus Caleritanus in Sardinia, claruit circa an. trecentesimum quinquagesimum quartum.

Titus, Bostrorum civitatis in Phœnicia Episcopus, floruit circa an. trecentesimum sexagesimum primum.

Fabius Marius Victorinus, natione Afer, professione Rhetor, claruit circà annum CCCLXII.

S. Optatus, natione Afer, Urbis Milevitanæ in Numidia Episcopus, & invictus Donatistarum oppugnator, claruit circa an. CCCLXVIII.

S. Epiphanius, natione Palæstinus, & Constantiæ, seu Salaminæ, Urbis in Cypro Insule, Episcopus, magnâ nominis celebritate claruit circa an. trecentesimum sexegesimum octavum.

S. Pacianus, origine Hispanus, & Barcinonensis Episcopus, claruit circa annum trecentesimum septuagesimum.

S. Ephrem, natione Syrus, floruit circa annum CCCLXX.

S. Basilius, jure optimo dictus *Magnus*, Cæsareæ in Cappadocia Episcopus, floruit circa an. CCCLXX.

S. Gregorius Nazianzenus, cognomento *Theologus*, floruit circa annum trecentesimum septuagesimum.

Amphilochius, natione Cappadox, & *Iconii*, Lycaoniæ Metropolis, Episcopus, claruit circa annum trecentesimum septuagesimum.

S. Didymus, genere Alexandrinus, & à prima ætate oculis orbatus, claruit præcipoè circa annum CCCLXX.

S. Ambrosius, Mediolanensis Episcopus, claruit circa an. CCCLXXIV.

R. P. Hiacynthi Tab. Chronol. P. II.

Diodorus, Tarsensis Episcopus, floruit circà an. CCCLXXVIII.

S. Hieronymus, natione Dalmata, floruit circà an. CCCLXXVIII.

Evagrius, Ponticus, floruit circa an. trecentesimum octogesimum.

S. Philastrius, Brixiensis Episcopus, floruit circa annum trecentesimum octogesimum.

Theophilus, Episcopus Alexendrinus, floruit circa annum trecentesimum octogesimum quintum.

S. Gaudentius, Episcopus Brixiensis, floruit circa annum trecentesimum octogesimum septimum.

Vigilius, Episcopus Tridentinus, claruit circà annum CCCXC.

Rufinus Turanius, Presbyter Aquilejensis, contra quem scripsit *S. Hieronymus*, claruit circa an. CCCXC.

S. Augustinus, natione Afer, Tagastæ in Numidia natus, claruit circa annum CCCXCVI. Fuit Episcopus Hipponensis.

S. Joannes, ob insignem, quâ pollebat, facundiam, dictus *Chrysostomus*, Episcopus Constantinopolitanus, claruit circa annum CCCXCVIII.

Denique, quarto Ecclesiæ Seculo circa annum CCCXCIII. floruit *Pontius Paulinus*, Episcopus Nolæ in Campania, origine Romanus, sed in Galliis Burdigalæ natus, qui Præceptorem habuit *Decium Ausonium*, natione Gallum, & patriâ Burdigalensem, insignem Poëtam, qui elegantissimas Poëses scripsit, & Fastos Consulares à principio Urbis conditæ ad suum usque Consulatum, hoc est, usque ad annum Christi trecentesimum septuagesimum nonum, perduxit.

Scriptores Ecclesiastici quinti Ecclesiæ Seculi.

Asterius, Amasæ (quæ Ponti est civitas) Episcopus, floruit circa an. CCCCI.

Severus Sulpitius, natione Gallus, patriâ Aquitanus, & *Phebadii*, Aginnensis Episcopi, discipulus, floruit circa annum CCCCI.

Palladius, Episcopus Heliopolitanus, natione Galata, floruit circa annum quadringentesimum primum.

Severianus, natione Syrus, Gabalorum in Syria Episcopus, claruit circa an. CCCCI.

Chromatius, Episcopus Aquilejensis, floruit circa annum CCCCI.

Antiochus, natione Syrus, & Ptolomaidis in Phœnicia Episcopus, claruit anno quadringentesimo secundo.

Aurelius Prudentius, natione Hispanus, Poëta clarissimus, floruit circa an. quadringentesimum quintum.

Synesius, natione Ægyptius, patriâ Cyrenæus, & Ptolomaidis Episcopus, floruit circa an. CCCCX.

Isidorus, natione Ægyptius, dictus *Pelusiota*, Monasticæ vitæ cultor, floruit circa annum CCCCX.

Cyrillus, Patriarcha Alaxandrinus, qui *Nestorio*, Hæresis suæ virus avomenti, strenuè

strenuè sese opposuit, floruit circa annum CCCCXII.

Paulus Orosius, natione Hispanus, Presbyter Tarraconensis, claruit circà annum CCCCXVI.

Marius Mercator, quem Campenum, vel Apulum fuisse conjicit *Garnerius* Soc. Jesu, qui ejus Opere doctissimis Notis illustrata edidit in lucem, claruit circà annum CCCCXVIII.

Theodoretus, Cyri, Provinciæ Euphratesiæ urbis in Syria, Episcopus, floruit circà annum quadringentesimum vigesimum tertium.

Joannes Cassianus, natione non Romanus, non Scytha, sicut nonnulli asserunt, sed Gallo-Provincialis, ac Monachus, claruit circà ennum quadringentesimum vigesimum quartum.

Philostorgius, Historiæ Ecclesiasticæ Scriptor, natione Cappadox, floruit circa annum quadringentesimum vigesimum quintum.

Joannes, Antiochenus Episcopus, qui Hæresiarchæ Nestorii personæ plus æquo favit, nunquam tamen ejus errori adstipulatus est, claruit circà annum CCCCXXVII.

Possidius, sive *Possidonius*, natione Afer, & *S. Augustini* discipulus familiaris, claruit circà annum CCCCXXX.

Hilarius, Arelatensis Episcopus, natione Gallus, floruit circà annum quadringentesimum trigesimum. Confundi non debet hic *Hilarius* cum altero *Hilario* Laico, qui duas ad *S. Augustinum* scripsit Epistolas, ut illum de Massiliensium, seu Semipelagianorum Hæresi certiorem faceret.

S. Petrus Chrysologus, natione Italus, Ravennæ Episcopus, claruit circà annum quadringentesimum trigesimum tertium.

Eucherius, Episcopus Lugdunensis, natione Gallus, floruit circa an. CCCCXXXIV. Floruerunt etiam in Galliis circa eumdem annum *Honoratus*, Abbas Monasterii Lerinensis, *Vincentius Lerinensis*, elegantissimus Scriptor, ejusque frater *Lupus*, Episcopus Trecensis.

Valerianus, natione Gallus, Cimeliensis, trans Varum apud Alpes Maritimas, Episcopus, floruit circà an. quadringentesimum trigesimum nonum.

Socrates, patriâ Constantinopolitanus, & *Sozomenus*, ortu Palæstinus, ambo Historiæ Ecclesiasticæ Scriptores, claruerunt circà ennum quadringentesimum quadragesimum.

S. Nilus, patriâ Constantinopolitanus, & Monachus, floruit circà annum quadringentesimum quadragesimum.

S. Leo I. Papa, cognomento *Magnus*, patriâ Romanus, claruit circà an. quadringentesimum quadragesimum.

Salvianus, natione Gallus, & Presbyter Massiliensis, floruit circà an. quadringentesimum quadragesimum.

Tiro Prosper, laicus, gente Aquitanus, & doctrinæ *S. Augustini* eximius defensor, claruit circà an. quadringentesimum quadragesimum quartum.

Victorius, sive *Victorinus*, natione Aquitanus, & in calculis Mathematicis exercitatus, claruit circa an. quadringentesimum quinquagesimum septimum.

Claudianus Mamertus, natione Gallus, & Presbyter Viennensis, floruit circa an. CCCCLXII.

S. Remigius, natione Gallus, & Remensis Episcopus, claruit circà an. quadringentesimum septuagesimum primum.

Faustus, natione Gallus, & Rejensis Episcopus, floruit circà an. quadringentesimum septuagesimum secundum.

Gelasius, à patria dictus *Cyzicenus*, & Cæsareæ in Palæstina Episcopus, claruit circà annum CCCCLXXVI. Circà idem tempus floruit *Sidonius Apollinaris*, natione Gallus, & Arvernorum Episcopus.

Vigilius, natione Afer, & Tapsensis in Provincia Bizacena Episcopus, claruit circà annum quadringentesimum octogesimum quartum.

Victor Vitensis, natione Afer, in Provincia Bizacena Episcopus, floruit circà annum CCCCLXXXIV.

Alcimus Avitus, natione Gallus, & Archiepiscopus Viennensis, floruit circà ennum CCCCXC.

Gennadius, natione Gallus, Presbyter Massiliensis, floruit circà annum quadringentesimum nonagesimum quintum.

Julianus Pomerius, natione Maurus, claruit in Galliis, circà ennum quadringentesimum nonagesimum octavum.

Scriptores Ecclesiastici sexti Sæculi.

Basilius, natione Cilix, Presbyter Ecclesiæ Antiochenæ, Scriptor Historicus, floruit circà initium sexti Ecclesiæ Sæculi.

S. Cæsarius, natione Gallus, & Archiepiscopus Arelatensis, floruit circà annum DII. Doctrinæ *S. Augustini* defensor.

S. Fulgentius, natione Afer, Episcopus Ruspensis, Doctrinæ Sancti Augustini addictissimus, claruit circà annum DVIII.

Epiphanius Scholasticus, natione Italus, qui Ecclesiasticas Historias *Socratis*, *Sozomeni*, & *Theodoreti*, è Græco Latinè reddidit, floruit circà annum DX.

Boëtius, gente Romanus, & ex illustrissima familia ortus, claruit circà annum DX.

Ennodius, natione Italus, & Episcopus Ticinensis, floruit circà annum DXI.

Marcus Aurelius Cassiodorus, natione Italus, floruit circà ennum DXIV.

Orentius, natione Hispanus, Episcopus Eliberitanus, claruit circà annum DXVI.

Theodorus, Ecclesiæ Constantinopolitanæ Lector, & Historiæ tripartitæ, ex *Socrate*, *Sozomeno*, & *Theodoreto* collectæ, Auctor floruit circà annum DXVIII.

Procopius Gazæus, Scriptor Græcus, floruit circà annum DXX.

Ephræmius, genere Syrus, & Episcopus Antiochenus, floruit circà annum quingentesimum vigesimum sextum.

Procopius, natione Palæstinus, & Senator Constantinopolitanus, claruit circà annum DXXVII.

Dacius,

Datius, Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus, claruit circa annum DXXVII.

Justinianus, natione Hispanus, & Ecclesiæ Valentinæ Episcopus, floruit circa annum DXXIX.

Justus, frater *Justiniani*, & Urgellitanus in Catalaunia Episcopus, circa annum DXXIX. floruit.

Fabius, Monachus Græcus, claruit circa annum DXXX.

Dionysius Exiguus, natione Scytha, professione Monachus, & Abbas Romanus, claruit circa annum DXXXIII.

Fulgentius Ferrandus, natione Afer, & Ecclesiæ Carthaginensis Diaconus, floruit circa annum DXXXIII.

Aretas, Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopus, claruit circa annum DXL.

Facundus, natione Afer, & Hermianensis in Africa Episcopus, fuit trium Capitulorum defensor strenuus, & floruit circa annum DXL.

Aprigius, Ecclesiæ Pacensis in Hispania Episcopus, floruit circa annum DXL.

Victor, Episcopus Capuanus, claruit circa annum DXLV.

Cyprianus, natione Gallus, & *S. Cæsarii*, Arelatensis Archiepiscopi, Discipulus, & Episcopus Tolonensis, floruit circa annum DXLVI.

Rusticus, patriâ Romanus, *Arator*, natione Ligur, & *Primasius*, gente Afer, & Adrumeti, Urbis in Byzacena Provincia, Episcopus, claruerunt circa annum DXLVIII.

Junilius, Episcopus Africanus, *Jornandes*, sive *Jordanus*, Gothorum Episcopus, & *Eugyppius*, Presbyter, & Abbas Africanus, floruerunt circa annum DLII.

Liberatus, Ecclesiæ Carthaginensis Archidiaconus, & Trium Capitulorum acerrimus defensor, claruit circa annum DLIII.

Victor, natione Afer, Tununensis in Africa Episcopus, claruit circa annum DLV.

Agnellus, natione Italus, Ravennæ Archiepiscopus, floruit circa annum DLV.

Anastasius, dictus *Sinaita* à vita Monasticâ, quam in monte Sinai egit, ad Patriarchatum Antiochenum promotus, floruit circa annum DLXI.

S. Joannes, Monachus, à libro, quem *de Scala Paradisi* scripsit, dictus *Climacus*, claruit circa annum DLXIV.

Joannes Biclariensis, natione Hispanus, & Monachus, floruit circa annum DLXVI.

Gregorius, natione Gallus, patriâ Arvernus, Archiepiscopus Turonensis, claruit circa annum DLXXIII.

Theophanes, patriâ Byzantinus, Historiæ Byzantinæ Scriptor, & *Eulogius*, Ecclesiæ Antiochenæ Episcopus, floruerunt circa annum DLXXXI.

Joannes, natione Cappadox, dictus *Jejunator*, Episcopus Constantinopolitanus, flor. circa annum DLXXXV.

Leander, natione Hispanus, Archiepiscopus Hispalensis, *Licinianus*, Carthaginia Spartariæ in Hispania Episcopus, & *Severus*, Malacitanus in Hispania Episcopus, claruerunt circa annum DLXXXVI.

Leontius, Byzantinus, Eremi Palæstinæ incola, qui *de Sectis* scripsit, floruit circa annum DXC.

S. Gregorius hujus nominis *I*, Pontifex Maximus, patriâ Romanus, claruit circa annum DXC.

Isidorus, dictus *Junior*, Episcopus Hispalensis, natione Hispanus, floruit circa annum DXCV.

S. Augustinus, Monachus, patriâ Romanus, & Anglorum Apostolus, floruit circa annum DXCVI.

Anastasius Sinaita, dictus *Junior*, Episcopus Antiochenus, claruit circa annum DXCIX.

His Sæculi Sexti Scriptoribus addi debent, *Petrus* Diaconus, gente Græcus, qui circa annum DXX. floruit, *Joannes Maxentius*, natione Scytha, Monachus, qui eodem anno celebris fuit, *Joannes* Scythopolitanus, & *Cyrillus* Scythopolitanus, qui sexto Sæculo floruerunt, nec non *Evagrius Scholasticus*, qui circa annum DXCIV. claruit & libros sex de Historia Ecclesiastica scripsit, ac tandem *S. Columbanus*, Abbas, qui floruit circa annum DLXXXIX.

Scriptores Ecclesiastici Septimi Sæculi.

Joannes Malela, patriâ Antiochenus, claruit ineunte Sæculo septimo circa annum DCI.

Hesychius, sive *Isychius*, Patriarcha Hierosolymitanus, floruit circa annum DCI.

Dorotheus, Archimandrita Palæstinus, *Paterius*, Summi Pontificis *Gregorii Magni* Discipulus, & *Eusebius*, Episcopus Thessalonicensis, claruerunt circa annum DCI.

Conon, *Theodosius*, Monachus, *Themistius*, *Theodorus* Monachus, & *Nicias* Monachus, qui contra *Joannem Philiponum*, Hæresis Tritheitarum Authorem, scripserunt, eodem circiter tempore, videlicet DCI. claruerunt.

Theophylactus, *Simocatta* dictus, genere Ægyptius, qui *Mauricii* Imperatoris res gestas scripsit, floruit circa annum DCXI.

Antiochus, Monachus Palæstinus, in celeberrimo S. Sabæ Monasterio, *Laurâ* dicto, vitam egit, claruitque circa annum DCXIV.

Modestus, Patriarcha Hierosolymitanus, floruit circa annum DCXX.

Georgius, qui *S. Joanni Eleemosynario* in Sede Alexandrina successit, claruit circa annum DCXX.

Braulius, natione Hispanus, & Episcopus Cæsaraugustanus, floruit circa annum DCXXVII.

Sophronius, Patriarcha Hierosolymitanus, & indefessus contra Hæreticos Monothelitas Orthodoxæ veritatis assertor ac Vindex, floruit circa annum DCXXIX.

Joannes Moschus, Monachus, cognomento *Eucrates*, non verò, ut alii dicunt, *Eviratus*, claruit circa annum DCXXX.

Andreas, Damasco oriundus, & Archiepiscopus Cretensis, floruit circa ann. DCXXXV.

Georgius Pisides, Ecclesiæ Constantinopolitanæ Diaconus, & Chartophylax, claruit circa annum DCXL.

S. Eligius, natione Gallus, Episcopus Noviomensis, claruit circa annum DCXL.

S. Maximus, Abbas patriâ Constantinopolitanus, & egregius contra Hæreticos Monothelitas Fidei Catholicæ propugnator, floruit circa annum DCXLV.

Theodorus, S. Maximi Synchronus & familiaris, claruit circa annum DCXLVI.

Eugenius, natione Hispanus, Episcopus Toletanus, & *Tajo*, sive *Tago*, natione itidem Hispanus, Episcopus Cæsaraugustanus, claruerunt circa annum DCXLVI.

Anastasius, S. Maximi Abbatis Discipulus & individuus Comes, floruit circa annum DCLV.

S. Ildephonsus, natione Hispanus, & Archiepiscopus Toletanus, claruit circa annum DCLVII.

Marculphus, Monachus, natione Gallus, clarere cœpit circa annum DCLX.

Theodorus, natione Cilix, sed in Anglis Archiepiscopus Cantuariensis, & insignis Operis, quod *Pœnitentiale* inscribitur, Author, floruit circa annum DCLXVIII.

Adamannus, & *Adhelmus*, natione Angli, professione Monachi, & Abbates, floruerunt circa annum DCLXXX.

Julianus, dictus etiam *Pomerius*, natione Hispanus, & Archiepiscopus Toletanus, claruit circa annum DCLXXX.

Crescontius, civitatis cujusdam in Africa Episcopus, floruit circa annum DCXC.

Denique, inter istos celebres Sæculi septimi Scriptores locum habere debet *S. Gallus*, natione Hibernus, qui postquàm, sub S. Abbate *Columbano*, natione itidem Hiberno, vitam Monasticam fuisset amplexus, insigne Monasterium in finibus Helveticorum & Vindelicorum extruxit, quod nunc dicitur Monasterium *S. Galli*, & cujus Abbas inter Principes Imperii locum obtinet: floruit *S. Gallus* circa annum DCXXX.

Scriptores Ecclesiastici Octavi Sæculi.

Beda, dictus Venerabilis, natione Anglus, professione Monachus Ordinis *S. Benedicti*, floruit circa annum DCCL.

S. Bonifacius, natione Anglus, Sedis Apostolicæ Legatus, & totius Germaniæ Apostolus, floruit circa annum DCCXXIII.

Cosmas, Hierosolymitanus, & *S. Joannis Damasceni* Præceptor, claruit circa annum DCCXXX.

S. Joannes, à patria dictus *Damascenus*, egregius Sacrarum Imaginum cultus contra Hæreticos Iconoclastas propugnator, floruit circa annum DCCXXXI.

Egbertus, natione Anglus, *Alcuini* Præceptor, Eboracensis Archiepiscopus, claruit circa annum DCCXXXII.

Fredegarius Scholasticus, natione Gallus, floruit circa annum DCCXL.

Cuthbertus, natione Anglus, Monachus, & Venerabilis *Bedæ* Discipulus, claruit circa annum DCCXL.

Anastasius, Monasterii *S. Euthymii* in Palæstina Abbas, claruit circa annum DCCXLI.

Wilibaldus, natione Anglus, Episcopus Eistatensis, *S. Bonifacii*, Germaniæ Apostoli, Discipulus, floruit circa annum DCCXLII.

Ambrosius Authpertus, natione Gallus, Monachus Ordinis *S. Benedicti*, floruit circa annum DCCLX.

Paulus, gente Longobardus, Diaconus Aquilejensis, & posteà Monachus Cassinensis, floruit circa annum DCCLXXIV.

Paulinus, Patriarcha Aquilejensis, *Carolo Magno* Imperatori gratissimus, floruit circa annum DCCLXXVI.

Flaccus Alcuinus, natione Anglus, & *Caroli Magni* Imperatoris Præceptor, claruit circa annum DCCLXXX.

Etherius Axumensis in Hispania Episcopus, & *Beatus*, in Asturia Provincia Presbyter, claruerunt circa annum DCCLXXXV.

Georgius, Monachus Constantinopolitanus, *Tarasii*, Patriarchæ Constantinopolitani, Syncellus, Scriptor Chronographus, floruit circa annum DCCXCII. Hic *Georgius*, Syncellus, perperam à quibusdam confunditur cum *Georgio Hamartolo*, quem alii octavo, alii meliùs nono Ecclesiæ Sæculo floruisse arbitrantur.

Theophanes, Constantinopoli ex illustrissima prosapia oriundus, Scriptor Chronographus, & cultus Sacrarum Imaginum contra Iconomachos intrepidus defensor, claruit circa annum DCCXCII.

Theodulphus, cujus patria incerta est, à *Carolo Magno* Imperatore in Gallias vocatus, & ad Sedem Aurelianensem promotus, floruit circa annum DCCXCIV.

Huic octavi Sæculi Scriptorum Classi accenseri jure merito debent *S. Germanus*, Patriarcha Constantinopolitanus, qui circa annum DCCXV. floruit, totusque in oppugnanda Iconomachorum Hæresi incubuit, & *Carolus M.* Imperator, *Pipini*, Galliarum Regis, filius, qui circa annum DCCLXVIII. clarescere cœpit, multa scripsit, ac omnium virorum eruditorum sui Sæculi Mæcenas munificentissimus, de Literis optimè meritus est.

Scriptores Ecclesiastici Noni Sæculi.

S. Benedictus, à Monasterio Aniano, quod ipse extrui curavit, & cujus Abbas fuit, dictus *Anianus*, natione Gallus, ac Monasticæ Disciplinæ studiosus observator, ac propagator, floruit circa annum DCCCI.

Nicephorus, patriâ Constantinopolitanus, & Patriarcha Constantinopolitanus, Sacrarum Imaginum intrepidus Assertor ac Vindex, claruit circa annum DCCCVI. atque de Historia & Chronologia multa scripsit.

Ignatius, Ecclesiæ Constantinopolitanæ Diaconus, claruit circa annum DCCCX.

Amalarius, dictus *Fortunatus*, Archiepiscopus Trevirensis, floruit circa annum DCCCX.

Amalarius, Metensis Ecclesiæ Diaconus, vel Chorepiscopus, plura de Divinis, sive Ecclesiasticis Officiis scripsit, claruitque circa annum DCCCXII.

Theodorus, à Monasterio, cui præfuit, dictus *Studites*, patriâ Constantinopolitanus, floruit circa annum DCCCXIII.

Agobardus, natione Gallus, Archiepiscopus Lugdunensis, claruit circa annum DCCCXIII.

Hil-

Hilduinus, Monasterii San-Dionysiani propè Parisios Abbas, floruit circa annum octingentesimum decimum quartum.

Eginhardus, Abbas, natione Germanus Imperatori *Carolo M.* à Secretis, eique charissimus, floruit circa an. DCCCXIV.

Halitgarius, Episcopus Cameracensis, & Atrebatensis, floruit circa an. DCCCXVI.

Dungalus, Cœnobii San-Dionysiani propè Parisios Monachus, & *Jonas*, Aurelianensis Episcopus, claruerunt circa annum octingentesimum vigesimum primum, & præclaris editis lucubrationibus, confutârunt *Claudium*, Taurinensem Episcopum, qui nonn Ecclesiæ Sæculo Sacrarum Imaginum cultum aperto Marte impugnatu aulus est.

Adhalardus, natione Gallus, Abbas Monasterii Corbejensis, & *Frecnlfus*, ex Monacho Fuldensi factus Episc. Lexoviensis, claruerunt circa an. octingentesimum vigesi. primum.

Ansegisus, Abbas, natione Gallus, floruit circa an. octingentesimum vigesimum octavum.

Lupus, cognomento *Servatus*, natione Gallus, & Abbas Ferrariensis, claruit circa annum octingentesimum trigesimum.

Isidorus Mercator, cujus patria ignoratur, quique fuit Decretalium Epistolarum quorumdam Romanorum Pontificum consarcinator, vixisse videtur circa an. DCCCXXX.

Florus, dictus *Magister*, natione Gallus, & Ecclesiæ Lugdunensis Diac. claruit circa an. octingentesimum trigesimum septimum.

Theganus, natione Gallus, Ecclesiæ Trevirensis Chorepiscopus & Suffraganeus, floruit circa an. octingentesimum trigesimum septimum.

Gottescbalcus, natione Gallus, & Cœnobii Orbacensis Ordinis *S. Benedicti* Monachus, floruit circa annum DCCCXL.

Bertramus, seu *Ratramnus*, natione Gallus, Ordinis *S. Benedicti* Monachus. claruit circa an. octingentesimum quadragesimum.

Haymo, sive *Aimo*, discipulus *Alcuini*, & Episcopus Halberstadiensis, floruit circa an. octingentesimum quadrigesimum.

Amolo, natione Gallus, & Ecclesiæ Lugdunensis Archiepiscopus, floruit circa annum octingentesimum quadragesimum primum.

Joannes, Patriarcha Hierosolymitanus, Vitæ *S. Damasceni* Scriptor, & *Georgius*, dictus *Hamartolus*, natione Græcus, & Scriptor Historicus, claruerunt circa an. octingentesimum quadragesimum secundum.

Methodius, Patriarcha Constantinopolitanus, & cultûs Sacrarum Imaginum indefessus propugnator, claruit circa annum octingentesimum quadragesimum secundum.

Walafridus Strabo, gente Germanus, & Monachus Ordinis *S. Benedicti*, floruit circa annum DCCCXLII.

Paschasius Radbertus, natione Gallus, Cœnobii Corbejensis, Ordinis *S. Benedicti* Monachus, qui avitam ac perpetuam Sanctorum Patrum doctrinam de veritate Corporis & Sanguinis CHRISTI Domini in Eucharistiæ Sacramento clarè ac copiosè exposuit, magnâ celebritate famæ floruit circa annum octingentesimum quadragesimum quartum.

Hincmarus, Cœnobii San-Dionysiani propè Parisios, Ordinis *S. Benedicti* Monachus, & posteà Remensis Archiepiscopus, claruit circa annum DCCCXLV.

Prudentius, Trecensis in Gallia Episc. eximiæ doctrinæ *S. Augustini* de Gratia & Prædestinatione defensor, claruit circa an. octingentesimum quadragesimum sextum.

Rabanus Maurus, natione Gallus, & Monasterii Fuldensis Abbas, claruit circa an. octingentesimum quadragesimum septimum.

Eulogius, natione Hispanus, & Archiepiscopus Toletanus, floruit circa annum octingentesimum quadragesimum septimum.

Alvarus, gente Hispanus, & *S. Eulogii* vitæ Scriptor, claruit circa an. DCCCXLVII.

S. Ignatius, Patriarcha Constantinopolitanus, Michaëlis Curopalatæ, *Rangbabis* dicti, Imperatoris, filius, claruit circa an. octingentesimum quadragesimum septimum.

Wandelbertus, Monachus Cœnobii Prumiensis, Ordinis *S. Benedicti*, & *Æneas*, natione Gallus, Archiepiscopus Parisiensis, floruerunt circa annum DCCCLIV.

Herardus, Archiepiscopus Turonensis, & *Remigius*, Archiepiscopus Lugdunensis, ambo natione Galli, claruerunt circà an. octingentesimum quinquagesimum quintum.

Hincmarus, natione Gallus, & *Hincmari*, Remensis Archiepiscopi, ex sorore nepos, floruit circa annum DCCCLV.

*Berthariu*s, natione Gallus, ex Regio Francorum genere ortus, & Cœnobii Cassinensis Abbas, claruit circa an. DCCCLVII.

Photius, patriâ Constantinopolitanus, genere & doctrinâ conspicuus, sed funesti Schismatis Auctor, & dejecto *S. Ignatio*, legitimo Patriarcha Constantinopolitano, Sedis Constantinopolitanæ invasor, claruit circa annum DCCCLVIII.

Ado, natione Gallus, & Archiepiscopus Viennensis, floruit circa annum DCCCLIX.

Theodorus, *Abucara* dictus, Cariæ Archiepiscopus, floruit in Ecclesia Græca circa an. octingentesimum sexagesimum septimum.

Michaël Psellus, vir doctissimus, floruit in Ecclesia Græca circa annum DCCCLXX.

Anastasius, Abbas Romanus, & Ecclesiæ Romanæ Bibliothecarius, claruit circa an. octingentesimum septuagesimum.

Alfredus, Angliæ Rex, Grammaticus, Philosophus, Rhetor, Historicus, Musicus, & Poëta non ignobilis, claruit circa an. octingentesimum septuagesimum primum.

Aimonius, natione Gallus, Cœnobii Parisiensis, (quod nunc *S. Germani à Pratis*, Ordinis S. Benedicti dicitur) Monachus, claruit circa annum DCCCLXXII.

Joannes, Ecclesiæ Romanæ Diaconus, & *Vitæ S. Gregorii M.* Romani Pontificis Scriptor, claruit circa annum DCCCLXXV.

Usuardus, natione Gallus, & Ord. *S. Benedicti* Monac. floruit circa an. DCCCLXXVI.

Abbo, natione Gallus, & Cœnobii Parisiensis Sancti *Germani à Pratis* Monachus, floruit circa annum DCCCLXXX.

Leo, Imperator Orientis, dictus *Philosophus*, & *Sapiens*, patriâ Constantinopolitanus, Philosophiæ, Historiæ, Jurisprudentiæ, & Astronomiæ peritissimus, floruit circà annum DCCCLXXXVI.

Asserus

Afferus, natione Anglus, & Episcopus Schireburnensis, claruit circa annum DCCCXC,

Guilielmus, Ecclesiæ Romanæ Bibliothecarius, qui post *Anastasium*, Ecclesiæ itidem Romanæ Bibliothecarium, Vitas Romanorum Pontificum descripsit, floruit circa annum DCCCXC.

Regino, natione Germanus, & Abbas Monasterii Prumiensis, claruit circe anuum DCCCXCII.

Auxilius, cujus patria ignoratur, quique scripsit *de Ordinationibus Formosi Papæ*, floruit circa annum DCCCXCIV.

Denique, Scriptoribus Ecclesiasticis Sæculi noni addi merito debent *Smaragdus*, Abbas *S. Michaëlis* ad Mosam in Diœcesi Virdunensi, qui floruit circa annum DCCCX.

Atto natione Germanus, Episcopus Basileensis, qui floruit circa annum DCCCXI.

Anscharius, natione Germanus, Archiepiscopus Hamburgensis, qui claruit circa annum DCCCXXX.

Ardo, dictus *Smaragdus*, Cœnobii Anianensis Ordinis *S. Benedicti* Monachus, qui floruit circa annum DCCCXXXVI.

Christianus Druthmarus, cognomento *Grammaticus*, natione Gallus, & Cænobii Corbejensis Ordinis *S. Benedicti* Monachus, qui claruit circa annum DCCCXL.

Nithardus, Abbas Centulensis, qui floruit circa annum DCCCXLIV. & *Remigius*, Cænobii *S. Germani* Antisiodorensis in Gallia Monachus Ordinis *S. Benedicti*, qui floruit circa annum DCCCLXXX.

Consultò in recensendis Viris illustribus noni Ecclesiæ Sæculi nullam de *Claudio*, natione Hispano, Episcopo Taurinensi, & de *Joanne Scoto Erigena*, cujus patria ignoratur, mentionem feci, eò quòd prior Iconomachorum Hæresim ex orco revocavit, & obstinato animo propugnavit; alter verò in suis Scriptis Hæresim *Berengarii*, & Sacramentariorum nostri temporis præformavit.

Scriptores Ecclesiastici Decimi Ecclesiæ Sæculi.

Simeon, dictus *Metaphrastes*, quòd Vites Sanctorum continuâ phrasi, eodemque tenore descripserit, patriâ fuit Constantinopolitanus, nobili & illustri genere ortus, claruitque circa anuum DCCCCL

Joannes, cognomento dictus *Cameniata*, patriâ Thessalonicensis, floruit circa annum DCCCCIV.

Constantinus Porphyrogenneta, Imperatoris Orientis *Leonis*, cognomine *Sapientis*, filius, ejusque in Imperio Orientis successor, patriâ fuit Constantinopolitanus, & in omni scientiarum genere versatissimus, claruitque circa annum DCCCCXI.

S. Odo, natione Gallus, & secundus Cluniacensis Abbas, floruit circa annum DCCCCXXVI. eique in Abbatia Cluniacensi successerunt eodem Sæculo decimo doctissimi ac religiosissimi Abbates *S. Aymardus*, *S. Majolus*, & *S. Odilo*, quorum elogia Historica texuit Cl. *Mabillonius*, Sæculo V. Benedictino.

Ratherius, Monachus Laubiensis, posteà Episcopus Veronensis, vir fuit doctissimus, sed variis, dum viveret, jactatus procellis, floruit circà annum DCCCCXXVIII,

Hippolytus, patriâ Thebanus, claruit in Ecclesia Græca circa annum nongentesimum trigesimum tertium.

Eutychius natione Ægyptius, Patriarcha Alexandrinus, floruit in Ecclesia Græca circa annum DCCCCXXXIII.

Flodoardus, natione Gallus, Ecclesiæ Remensis Canonicus, Scriptor Historicus ac Chronographus, floruit circa annum nongentesimum quadragesimum.

Witikindus, natione Saxo, Monachus Ordinis *Sancti Benedicti*, claruit circa annum DCCCCXL.

Atto, Episcopus Vercellensis in Italia, clarescere cœpit anno DCCCCXL.

Luitprandus, natione Italus, patriâ Papiensis; seu Ticinensis, Scriptor Historicus, claruit circa annum DCCCCXLVI.

Fridegodus, natione Anglus, & Vitarum *SS. Wilfridi*, & *Audoëni* Scriptor, floruit circa annum DCCCCLX.

S. Dunstanus, natione Anglus, patria Somersetensis, & Archiepiscopus Cantuariensis; florere cœpit circa annum DCCCCLXI.

Nicon, genere Armenus, claruit circa annum DCCCCLXI.

Fulcuinus, Monasterii Laubiensis Abbas, floruit circa annum DCCCCLXV.

Abbo, natione Gallus, patriâ Aurelianensis, & Cœnobii Floriacensis Abbas, claruit circa annum DCCCCLXX.

Notgerus, seu *Notkerus*, natione Germanus, & Episcopus Leodiensis floruit circa annum DCCCCLXXI.

Ethevvoldus, natione Anglus, & Episcopus Wintoniensis, floruit circa annum DCCCCLXXX.

Suidas, ante Grammaticus, claruit circa eumdem annum DCCCCLXXX.

Ælfricus, seu *Alfricus*, natione Anglus, & Archiepiscopus Cantuariensis, floruit circa annum DCCCCLXXX.

Herigerus, Abbas Monasterii Laubiensis, claruit circa annum DCCCCXC.

Moses Barcepha, natione Syrus, & Episcopus Urbis Beth-Raman, labente Sæculo decimo seu circa annum nongentesimum nonagesimum floruit.

Olympiodorus, & *Oecumenicus*, Scriptores Græci, Sæculo decimo claruisse videntur, quamvis id certò affirmare non ausim, cum de eorum ætate laborent viri eruditi.

Burchardus, natione Germanus, Episcopus Wormatiensis floruit circe annum nongentesimum nonagesimum sextum.

Othlo, Monachus Cænobii Fuldensis, & *Gerardus*, Presbyter Augustanus, Germaniam Sæculo decimo illustrârunt; Sanctus verò *Osvvaldus*, natione Anglus; & Episcopus Vigorniensis, sanctitate & doctrina eodem Sæculo magnum quoque splendorem Ecclesiæ Anglicanæ contulit.

Scrip-

Scriptores Ecclesiastici undecimi Sæculi.

Aimonius, Monachus Cœnobii Floriacensis, Ordinis *S. Benedicti*, floruit circa annum millesimum primum.

Fulbertus, Episcopus Carnotensis in Galliis, claruit circa annum millesimum septimum.

Leo, dictus *Grammaticus*, Scriptor Græcus, qui Chronographiam ab anno octingentesimo decimo tertio, quo desiit *Theophanes*, usque ad annum millesimum decimum tertium continuavit, floruit circa annum millesimum decimum tertium.

Berno, natione Germanus, Monachus *S. Galli*, dein, Abbas Monasterii Augiæ divitis prope Constantiam ad Rhenum, floruit circa annum millesimum decimum quartum.

Ademarus, natione Gallus, Monachus, qui scripsit Chronicon à principio Monarchiæ Francorum, claruit circa annum millesimum trigesimum.

Hugo, natione Gallus, Episcopus Lingonensis, qui contra Hæresiarcham *Berengarium* scripsit librum *de Corpore & Sanguine Domini*, floruit circa anoum MXXXIII.

Hermannus, natione Germanus, Monachus, dictus *Contractus*, ob membra, quæ habuit, paralysi contracta, floruit circa ao. MXL. & scripsit *Chronicon de sex mundi ætatibus* à principio mundi usque ad annum MLIV.

Theophanes, cognomento *Cerameus*, Tauromenii in Sicilia Archiepiscopus, claruisse videtur circa ao. millesimum quadragesimum.

Nilus, cognomento *Doxopatrius*, Ecclesiæ Græcæ Archimandrita, floruit circa annum millesimum quadragesimum tertium.

Glaber Radulphus, Monachus Cluniacensis, natione Gallus, & Scriptor Historicus, claruit circa annum MXLV.

Deoduinus, seu *Theotuinus*, Episcopus Leodiensis, scripsit contra Hæresiarcham *Berengarium*, & floruit circa annum millesimum quadragesimum quintum.

Adelmannus, Brixiensis Episcopus, scripsit itidem contra Hæresiarcham *Berengarium*, & floruit circà annum millesimum quadragesimum octavum.

Hugo, natione Gallus, & Abbas Monasterii Cluniacensis, floruit circa aonum millesimum quadragesimum octavum.

Anselmus, Leodiensis Canonicus, qui scripsit *Historiam Episcoporum Leodiensium* ab anno sexcentesimo sexagesimo sexto usque ad annum millesimum quadragesimum octavum, & claruit circe annum millesimum quadragesimum nonum.

Nicetas Pectoratus, seu *Stethatus* dictus, Monachus Constantinopolitanus Cœnobii Studiensis, & Latinorum hostis infensissimus, floruit circa annum millesimum quinquagesimum.

Michael Psellus, patriâ Constantinopolitanus, Scriptor undecumque doctissimus, sed Latinis infestus, claruit circe annum ML.

Michaël Cerularius, Patriarcha Constantinopolitanus, Schismatis Photiani innovator, & *Leo* Archiepiscopus Acridiæ, Bulgarorum Metropolitanus, ambo Latinorum, ac Pontificum Romanorum Capitales hostes, multa contra Ecclesiam Romanam scriptitare cœperunt circa annum MLI.

Simeon, dictus *Junior*, ut à *Simeone Metaphraste* distinguatur, Presbyter fuit Constantinopolitanus, pluta scripsit Opera Asceticæ, & floruit circa annum millesimum quinquagesimum primum.

Humbertus, Monachus Tullensis, Ordinis *S. Benedicti*, & postea Cardinalis, & Episcopus Sylvæ Candidæ à *Leone IX.* Pontifice Max. renunciatus, perdoctas edidit Lucubrationes ad confutandas Schismaticorum *Michaëlis Cerularii*, *Leonis Acridani*, & *Nicetæ Pectorati* adversus Latinos calumnias, floruitque circa annum millesimum quinquagesimum quartum.

S. Petrus Damianus, primùm Abbas, deinde S. R. Ecclesiæ Cardinalis & Episcopus Ostiensis creatus, claruit circa annum millesimum quinquagesimum septimum.

Georgius Cedrenus, Monachus Græcus & Scriptor Historicus, floruit circa annum millesimum quinquagesimum septimum.

Marianus, dictus *Scotus*, natione Hibernus, professione Monachus, ut Scriptor Chronographus, floruit circa annum millesimum quinquagesimum nonum.

Bertholdus, natione Germanus, patriâ Constantiensis, & Scriptor Historicus, floruit circa annum millesimum sexagesimum sextum.

Guitmundus, primùm Ordinis Benedictini in Cœnobio *Sanct. Leufredi* in Normannia Monachus, deinde, Aversanus in Italia Episcopus constitutus, scripsit contra Hæresiarcham *Berengarium*, de veritate Corporis & Sanguinis Christi Domini in Eucharistiæ Sacramento, floruitque circa annum millesimum sexagesimum sextum.

Joannes Xiphilinus, Patriarcha Constantinopolitanus, floruit circa annum millesimum sexagesimum sextum. Confundi tamen non debet hic *Joan. Xiphilinus*, Patriarcha Constantinopolitanus, cum ipsius nepote *Joan. Xiphilino*, qui *Dionis Cassii* Historiam in *Epitomen* redegit.

Lanfrancus, primùm Monachus in Cœnobio Beccensi in Normannia, deinde Archiepiscopus Cantuariensis in Anglia, claruit circe annum millesimum septuagesimum.

Durandus, Cœnobii Troarnensis Primus Abbas, scripsit contra *Berengarium Tractatum de Corpore & Sanguine Domini*, & floruit circa annum millesimum septuagesimum.

Samuel, natione Afer, patriâ Marochianus, à Judæo factus Christianus, librum de adventu Messiæ scripsit contra Judæos, & claruit circa annum millesimum septuagesimum.

Anselmus, natione Italus, Episcopus Lucensis, *Gebhardus*, Salisburiensis Episcopus, *Stephanus*, Halberstadiensis, *Paulus Benriedensis*, & *Gerochus*, Reichersperg ensis in Bavaria Præpositus, natione Germani, scripserunt contra *Guibertum* Antipapam pro defensione *Gregorii VII.* Pont. Max. & floruerunt circa annum millesimum septuagesimum tertium.

Lambertus, dictus à Patria *Scafnaburgensis*, natione Germanus, Scriptor Historicus, floruit circa

circa annum millesimum septuagesimum septimum.

Theophylactus, patriâ Constantinopolitanus, Acridiæ, primariæ Bulgarorum Ecclesiæ, Archiepiscopus, floruit circa annum millesimum septuagesimum septimum.

Nicetas, cognomento *Serron*, Archiepiscopus Heracleensis, claruit circa annum millesimum septuagesimum septimum.

Guido Aretinus, Abbas, natione Italus, edidit Opus musicum, quod *Micrologum* inscripsit, & in quo novam cantandi methodum, quam *Solmisationem*, seu *Gammam*, vocant, excogitavit, sed author non est *Micrologi*, seu libri *de Divinis Officiis*, qui prodiit Sæculo undecimo, & cujus Author planè ignoratur.

Adamus, natione Germanus, dictus *Bremensis*, quòd Ecclesiæ Bremensis esset Canonicus, fuit sincerissimus scriptor Historicus, & floruit circa an. millesimum octogesimum.

Joannes Scylitzes, Scriptor Græcus Historicus, floruit circa annum millesimum octogesimum primum.

S. Bruno, natione Germanus, patriâ Coloniensis, & Ordinis Carthusianorum Institutor, floruit circa annum millesimum octogesimum sextum.

S. Yvo, gente Gallus, Episcopus Carnotensis, floruit circa annum millesimum nonagesimum secundum.

S. Anselmus, patriâ Burgundus, primùm Abbas Monasterii Beccensis, posteà in Anglia Archiepiscopus Cantuariensis, claruit circa an. millesimum nonagesimum tertium.

Præter istos, quos hactenus enumeravimus, illustres Sæculi undecimi viros, claruerunt etiam in Galliis *Olbertus*, qui fuit Magister *Burchardi*, Episcopi Wormatiensis, & *Angelrannus*, Picardus, Cœnobii Centulensis doctissimus Monachus, in Anglia *Osbernus*, Ecclesiæ Cantuariensis præcentor, & *Hemmingus*, Monachus Vigorniensis; in Ecclesia Græca *Nicolaus*, Metropolita Methonensis, qui adversùs Latinos tres edidit Tractatus de *Processione Spiritûs S.* & alii plures Scriptores, qui vel Vitas Sanctorum descripserunt, vel Monasteriorum Chronica condiderunt, cujusmodi sunt, Chronicum *Sampiri*, natione Hispani, & Episcopi Asturicensis, quod postea continuavit *Pelagius*, Ovetensis Episcopus; *Chronicon* Mosomensis Monasterii Diœcesis Remensis in Gallia; *Chronicon* Abbatiæ Fontanellensis Diœcesis Rotomagensis in Gallia; *Chronicon* Monasterii Afflegemensis in Brabantia; *Chronicon* Abbatiæ Centulensis; *Chronicon* Andrensis, seu Adernensis Monasterii, Diœcesis Boloniensis &c. Consultò autem in recensendis Scriptoribus Ecclesiasticis Sæculi undecimi nullam prorsus mentionem feci *Berengarii*, & *Bennonis*, qui eodem Sæculo vixerunt, quie primus, seu *Berengarius*, natione Gallus, patriâ Toronensis, Archiepiscopus Ecclesiæ Andegavensis, Hæresim docuit contra veritatem Corporis & Sanguinis Christi Domini in Eucharistiæ Sacramento, à qua tamen Hæresi ente obitum verè resipuit, & in sinu Ecclesiæ Catholicæ diem ultimum clausit. Alter verò seu *Benno*, natione Germanus, & à *Guiberto* Antipapa, dicto *Clemente III.* Cardinalis creatus, ejus partibus constantissimè adhæsit, & *Gregorii VII.* veri ac legitimi Romani Pontificis fuit infensissimus hostis.

Scriptores Ecclesiastici Duodecimi Sæculi.

Gilbertus, sive *Gislebertus*, cognomento *Crispinus*, Monasterii Beccensis in Normanoia Monechus, & postea Westmonesteriensis in Anglia Abbas, floruit circe annum millesimum centesimum primum.

Leo, dictus *Marsicanus*, primùm Monechus Cassinensis, deinde S. R. Ecclesiæ Cardinalis, scripsit Chronicon Monasterii Cassinensis tribus libris comprehensum, & floruit circa annum millesimum centesimum primum. Confundi haud debet *Leo* iste *Marsicanus* cum altero *Leone*, qui eodem circiter tempore claruit, fuitque itidem primùm Monachus Cassinensis, & posteà Cardinalis, atque *Urbani II.* Pontificis Maximi *Epistolarum Regestum* contexuit.

Guibertus, seu *Gilbertus*, natione Gallus, primùm Monachus Flaviacensis, dein Abbas Monasterii *S. Mariæ* Novingenti in pago Lendonensi, claruit circa annum millesimum centesimum primum.

Hugo, ex Monacho Virdunensi, Flaviacensis in Ducatu Burgundiæ Abbas, & *Theodoricus*, Cœnobii *S. Trudonis* in Episcopatu Leodiensi Abbas, claruerunt circa annum millesimum centesimum primum.

Sigebertus, patriâ Gallo Brabantus, Monachus Gemblacensis, *Chronici*, & libri *de Scriptoribus Ecclesiasticis* Scriptor, floruit circa annum millesimum centesimum primum.

Anselmus, natione Gallus, Ecclesiæ Laudunensis Decanus, ac Præceptor *Petri Abelardi*, floruit circa annum millesimum centesimum tertium.

Philippus, dictus *Solitarius*, natione Græcus, scripsit *Dioptram*, seo Regolam rei Christianæ, & floruit circa annum millesimum centesimum quintum.

Odo, primum Abbas *S. Martini* Tornacensis, dein Archiepiscopus Cameracensis, floruit circa annum millesimum centesimum quintum.

Petrus Grosolanus, seu *Chrysolanus* dictus, natione Græcus, & Mediolanensis Archiepiscopus, doctrinam Latinorum adversus Græcos egregiè defendit, floruitque circa annum millesimum centesimum decimum. Contre hunc *Petrum Chrysolanum*, Librum scripsit *Eustratius*, Metropolita Nicænus, Latinis Infensus, qui eodem circiter tempore claruit.

Nicetas Seidus, Scriptor Græcus, contra Latinos, quibus meximè adversabatur, librum conscripsit circa annum millesimum centesimum decimum.

Godefridus, natione Gallus, patriâ Andegevensis, Cœnobii Vindocinensis Abbas, & posteà S. R. E. Cardinalis ab *Urbano II.* creatus, floruit circa annum MCX.

Ruper-

Rupertus, Tuitiensis Cœnobii Abbas, floruit circa annum millesimum centesimum undecimum.

Baldricus, natione Gallus, patriâ Aurelianensis, primùm Monachus, deinde Abbas, ac postremò Archiepiscopus Dolensis in Aremorica factus, scripsit *Historiam Hierosolymitanam*, & alia Opera, floruitque circa annum millesimum centesimum decimum quartum.

S. Bernardus, gente Gallus, & in Fontanensi Castro propè Divionem in Burgundia natus, Primùm Cisterciensis Monachus, posteà Monasterii Claræ Vallis in territorio Lingonensi Abbas fuit. Multa erudita scripsit Opera, & de Ecclesiæ ac de Monastica Disciplina optimè meritus, floruit circa annum millesimum centesimum decimum quintum.

Euthymius Zigabenus, Monachus Græcus, & *Alexio Comneno*, Græcorum Imperatori, gratissimus, claruit circa annum millesimum centesimum decimum sextum.

Nicephorus Briennius, natione Macedo, ex illustrissima Prosapia ortus, scripsit *Rerum Byzantinarum Historiam*, ejusque uxor Anna *Comnena*, filia Imperatoris *Alexii Comneni*, scripsit elegantissimè *Historiarum Libros XV. de rebus ab Alexio Patre gestis*, quos, *Alexaida* appellavit. Floruerunt *Nicephorus Bryennius*, ejusque uxor *Anna Comnena* circa annum millesimum centesimum decimum octavum.

Joannes Zonaras, Monachus Græcus, Scriptor Historicus, claruit circa annum millesimum centesimum decimum octavum.

Florentinus, dictus *Bravonius*, natione Anglus, Monachus Wigorniensis, Scriptor Chronographus, floruit circa annum millesimum centesimum decimum octavum.

Abaelardus, natione Gallus, *Heloisa*, lectissimæ & doctissimæ puellæ, amoribus captus, variam in fama & doctrina subiit fortunam, tandem facti pœnitens, in Monasterio Sandionysiano propè Parisios factus est Monachus Benedictinus, floruitque circa annum MCXX. & obiit non sine magna Sanctitatis laude anno MCXLII.

Guigo, seu *Guido*, natione Gallus, Carthusiæ Majoris Generalis Prior quintus, edidit Opera Ascetica, & floruit circa annum MCXX.

Rodulphus, *S. Trudonis* propè Leodium Abbas, *Chronicon Monasterii Trudonensis* condidit, claruitque circa annum MCXX.

Albertus, natione Gallus, & Aquensis Ecclesiæ Canonicus, *Historiam Hierosolymitanæ Expeditionis sub Godefrido Bullionæo* descripsit, floruitque circa annum MCXX. Eodem circitèr tempore claruit *Raymundus de Ageles*, natione pariter Gallus, & Canonicus Podiensis, qui *Historiam Expeditionis Hierosolymitanæ* concinnavit.

Gauterius, sive *Galterius*, natione Gallus, Scriptor Historicus, floruit circa an. MCXX.

Michaël Glicas, Scriptor Græcus Historicus, & *Nicetas*, patriâ Byzantinus, claruerunt circa annum millesimum centesimum vigesimum.

Hugo de S. Victore, Cœnobii Parisiensis Canonicorum Regularium Ordinis *S. Augustini* Abbas, floruit circa annum millesimum centesimum vigesimum.

Eadmerus, natione Anglus, Monachus Cantuariensis Ordinis *S. Benedicti*, & *S. Anselmi*, Archiepiscopi Cantuariensis discipulus, ejusque vitæ scriptor, claruit circa an. millesimum centesimum vigesimum primum.

Petrus Mauricius, natione Gallus, in Arvernia è nobili genere prognatus, Cluniacensis Abbas, & ob sanctitatem morum vulgò *Venerabilis* dictus, floruit circa annum millesimum centesimum vigesimum tertium.

S. Norbertus, Archiepiscopus Magdeburgensis, & Præmonstratensium Ordinis Institutor, floruit circa annum millesimum centesimum vigesimum septimum.

Drogo, natione Gallus, Abbas Laudunensis, & ab *Innocentio II.* Pont. Max. Cardinalis Ostiensis creatus, *Herveus*, gente Gallus, patriâ Cenomanensis, Ordinis Benedictini Monachus Dolensis, & *Honorius* natione itidem Gallus, Augustodunensis Ecclesiæ Presbyter, floruerunt circa annum millesimum centesimum trigesimum.

Simeon, natione Anglus, Ordinis *S. Benedicti* Monachus Dunelmensis, Scriptor Historicus, floruit circa annum millesimum centesimum trigesimum.

Algerus, Monachus Cœnobii Cluniacensis, scripsit *de Sacramento Corporis, & Sanguinis Domini*, libros tres adversùs *Berengarium*, floruitque circa annum millesimum centesimum trigesimum.

Willelmus, natione Anglus, Cœnobii Malmsburiensis Ordinis S. Benedicti Monachus, Scriptor Historicus, claruit circa annum millesimum centesimum trigesimum.

Waselinus, cognomento *Momalius*, S. Laurentii apud Leodienses, floruit circa annum millesimum centesimum trigesimum.

Gratianus, natione Tuscus Monachus Ordinis *S. Benedicti*, doctissimus juris Ecclesiastici Interpres, indeque *Magister* appellatus, claruit circa annum millesimum centesimum trigesimum primum.

Petrus, patriè Romanus, & Monachus Cassinensis, scripsit librum de Viris illustribus Monasterii Cassinensis, & alia Opera, claruitque circa annum millesimum centesimum trigesimum sextum.

Guillelmus, Abbas Monasterii *S. Theodorici* propè Remos, & *Guerricus*, Abbas Monasterii Igniacensis, in Diœcesi Remensi Ordinis Cisterciensis, floruerunt circa annum millesimum centesimum quadragesimum.

Antonius, dictus *Melissa*, ob ejus sermonum suavitatem, Monachus Græcus, & *Ordericus Vitalis*, natione Anglus, professione Monachus & Scriptor Historicus, claruerunt circa annum MCXL.

Petrus, dictus à natione *Lombardus*, patriâ Novariensis, vulgò *Magister Sententiarum* nuncupatus, Episcopus Parisiensis, floruit circa annum MCXLI.

Robertus Pullus, omni literarum scientiâ excultissimus, natione Anglus, & Cardinalis ab *Innocentio II.* creatus, floruit circa annum MCXLIV.

Gilbertus Porretanus, natione Gallus, patriâ Pictaviensis, ejusdemque Urbis postea Episcopus, claruit circa annum millesimum centesimum quadragesimum quintum.

Joannes, ex Monacho in Oxia Insula, Patriarcha Antiochenus, *Constantinus Manasses*, natione Græcus, & *Constantinus Harmenopolus*, natione Sebastus, claruerunt circa annum millesimum centesimum quinquagesimum.

Ælredus, natione Anglus, Ordinis Cisterciensis Monachus, & *Richardus à S. Victore*, natione Scotus, & Canonicus Regularis Conventus *S. Victoris* propè muros Parisienses, floruerunt circa annum millesimum centesimum quinquagesimum.

Alanus de Insulis, patriâ Gallo-Flander, civitate Insulanus, & Cisterciensis Monachus, claruit circa annum millesimum centesimum quinquagesimum primum.

Ecbertus, natione Germanus, Ordinis Benedictini Monachus, ejusque Soror *Elizabetha*, ejusque Ordinis, Revelationibus insignis, floruerunt circa annum millesimum centesimum quinquagesimum quartum.

Lucas, cognomento dictus *Chrysoberges*, Patriarcha Constantinopolitanus, *Basilius Acridenus*, Metropolita Thessalonicensis, & *Antonius Cameterus*, Scriptores Græci, floruerunt circa annum millesimum centesimum quinquagesimum quintum.

Petrus, à loco ubi natus est, dictus *Blesensis*, natione Gallus, floruit circa annum millesimum centesimum sexagesimum.

Joannes Belethus, Parisiensis Doctor, & *Sanct. Thomas*, Archiepiscopus Cantuariensis, ac Martyr, claruerunt circa annum millesimum centesimum sexagesimum quartum.

Alexius Aristenus, Ecclesiæ Constantinopolitanæ Oeconomus, *Theorianus Eustathius*, Archiepiscopus Thessalonicensis, & *Simeon*, Magister ac Logotheta, Scriptores Græci, floruerunt circa annum millesimum centesimum septuagesimum.

Godefridus, seu *Gotefridus*, dictus à patria *Viterbiensis*, natione Italus: *Saxo*, natione Danus, ob Styli, quo usus est, venustatem, appellatus *Grammaticus*, & *Hildegardis*, Abbatissa, natione Germana, patriâ Spanhemensis, revelationibus & Prophetiis divinitus concessis ubique clarissima, floruerunt circa annum millesimum centesimum septuagesimum.

Joannes Sarisburiensis, natione Anglus, Vir ætatis suæ eloquentissimus, & reconditioris cujusvis scientiæ genere instructissimus, floruit circa annum millesimum centesimum septuagesimum secundum.

Gulielmus, cujus patria ignoratur, Tyri in Oriente Archiepiscopus, scripsit Historiam Expeditionis Palæstinæ à Principibus Christianis Sæculis XI. & XII. susceptæ, floruitque circa annum millesimum centesimum septuagesimum quartum.

Hugo Etherianus, natione Tuscus, & egregius doctrinæ Ecclesiæ Romanæ contra Græcos defensor, claruit circa annum millesimum centesimum septuagesimum septimum.

Theodorus Balsamon, Scriptor Græcus, Juris Orientalis, Canonumque Ecclesiasticorum facilè omnium Græcorum sui temporis Princeps, ac longè doctissimus, floruit circa annum millesimum centesimum octogesimum.

Petrus, natione Gallus, primùm Monsterii Cellensis Abbas, dein Episcopus Carnutensis, claruit circa annum millesimum centesimum octogesimum secundum.

Georgius Xiphilinus, Patriarcha Constantinopolitanus, & *Demetrius Tornicius*, natione Græcus, floruerunt circa annum millesimum centesimum nonagesimum tertium.

Gulielmus, dictus cognomento *parvus*, *Rodulphus de Diceto*, *Joannes Brompton*, Ordinis Cisterciensis, & *Rogerius de Hoveden*, omnes natione Angli, & Scriptores Historici, claruerunt circa annum millesimum centesimum nonagesimum septimum.

Joannes Camaterus, Scriptor Græcus, & Patriarcha Constantinopolitanus, floruit circa annum millesimum centesimum nonagesimum nonum.

Præter illos Sæculi duodecimi Scriptores, quos hactenus percensui, floruerunt eodem Sæculo, *Georgius*, Metropolita Corcyrensis, de cujus libris latè disserit *Leo Allatius* in Diatriba *de Georgiis & eorum Scriptis*; *Joannes*, cognomento *Cinnamus*, Scriptor Græcus Historicus; *Fulcherius*, natione Gallus, patriâ Carnutensis, Scriptor Historicus, *Henricus Huntindoniensis*, natione Anglus, Scriptor itidem Historicus, *Arnoldus*, natione Gallus, Abbas Bonæ Vallis, Ordinis Benedictini, & alii plures, tam Monachi, qui illustrium Virorum vitas scripserunt, quàm Theologi Scholastici, qui in quatuor libros Sententiarum *Petri Lombardi* commentarios adornarunt, quos hic, ne longior sim, prætermittere consultius esse duxi.

Scriptores Ecclesiastici Sæculi decimi tertii.

Cùm plures, tàm in Ecclesia Græca, quàm Latinâ, & in statu sive Monastico, sive Regulari Scriptores Sæculum decimum tertium, perdoctis suis lucubrationibus illustrârint, necesse esse duxi in recensendis deinceps Scriptoribus Ecclesiasticis, hanc, majoris claritatis ergò, inire methodum, ut in prima Classe reponam Scriptores Græcos, deinde, in diversas Classes Scriptores Latinos cujusque Nationis, & status cùm Monastici, tum Regularis, distribuam, & continuâ serie referam, sicque Lector uno quasi obtutu perspicere possit omnes Scriptores, qui in Ecclesia Græca & Latina, atque in quacumque Natione, vel statu sive Monastico sive Regulari, floruerunt.

Scriptores Græci Sæculi decimi tertii.

Nicolaus, patriâ Hydruntinus, varios Tractatus contra Latinos Græcè scripsit, floruitque circa

circa annum millesimum ducentesimum primum.

Nicetas, Archiepiscopus Thessalonicensis, favit Latinis, claruit circa annum millesimum ducentesimum primum.

Michaël Acominatus, natione Phryx, *Nicetæ* frater natu major, claruit circa annum millesimum ducentesimum quartum.

Nicetas Acominatus, dictus à patriâ *Choniates*, floruit circa annum millesimum ducentesimum quartum.

Joël, Chronographus Græcus, floruit circa annum millesimum ducentesimum quartum.

Germanus II. primùm Monachus, posteà Patriarcha Constantinopolitanus, floruit circa annum millesimum ducentesimum vigesimum secundum.

Manuel Charitopulus, Patriarcha Constantinopolitanus, floruit circa annum millesimum ducentesimum quadragesimum.

Theodorus Lascaris edidit contra Latinos *Tractatum de Processione Spiritus Sancti*, & floruit circa annum millesimum ducentesimum quinquagesimum quartum.

Nicephorus Blemmida, insignis pietate & doctrinâ Monachus, claruit circa annum millesimum ducentesimum quinquagesimum quintum.

Arsenius, dictus *Autorianus*, Patriarcha Constantinopolitanus, claruit circa annum millesimum ducentesimum quinquagesimum quintum.

Georgius, dictus *Acropolita*, Historiæ Byzantinæ Scriptor, floruit circa annum millesimum ducentesimum sexagesimum primum.

Joannes Beccus, sive *Veccus*, Patriarcha Constantinopolitanus, ejusque Socii *Georgius Metochita*, & *Constantinus Melitensiota*, pro Latinis adversùs Græcos invictè steterunt, & floruerunt circa annum millesimum ducentesimum septuagesimum sextum.

Georgius, Cyprius, *Georgius Moschabar*, & *Constantinus Acropolita*, contra *Joannem Veccum*, & Latinos scripserunt circa annum millesimum ducentesimum septuagesimum sextum.

Georgius Pachimeres, Historiæ Byzantinæ Scriptor elegans & accuratus, claruit circa annum millesimum ducentesimum octogesimum.

Gregorius Abulpharajus, Scriptor Historicus, floruit circa annum millesimum ducentesimum octogesimum quartum.

Scriptores Galli Sæculi XIII, qui Monasticam, vel Regularem Vitam non sunt professi.

Gulielmus de Seligniaco, Episcopus Antissiodorensis, dein ad Sedem Parisiensem translatus, floruit circa annum millesimum ducentesimum sextum.

Rigordus, Scriptor Historicus, & Regis *Philippi Augusti* Medicus & Chronographus, claruit circa annum millesimum ducentesimum septimum.

Jacobus de Vitriaco, Cardinalis & Episcopus Tusculanus, Scriptor Historicus, floruit circa annum millesimum ducentesimum vigesimum.

Gulielmus, dictus à patriâ *Arvernus*, & Episcopus Parisiensis, claruit circa annum millesimum ducentesimum vigesimum octavum.

Robertus de Sorbona à Vico natali dictus, celeberrimi Collegii Sorbonici Parisiis conditor & Scriptor Asceticus, floruit circa annum millesimum ducentesimum quinquagesimum secundum.

Henricus de Secusio, Episcopus Ebredunensis, & posteà Cardinalis & Episcopus Ostiensis, floruit circa annum millesimum ducentesimum sexagesimum secundum, fuitque peritissimus utriusque Juris Doctor.

Floruerunt eodem Sæculo in Galliis plures è Clero sæculari Doctores Sacræ Facultatis Parisiensis, inter quos eminet *Henricus Bonicollius*, qui totius Academiæ Parisiensis suffragio *Doctor solemnis* meruit nuncupari. Huic Classi illustrium Scriptorum, qui è Clero Sæculari in Galliis Sæculo Ecclesiæ XIII. floruerunt, accenseri non debent *Gulielmus de Sancto Amore*, & *Joannes de Poliaco*, Sac. Fac. Parisiensis Doctores, quia eorum Opera contra Regulares, quos vocant *Mendicantes*, dentatu stylo scripta, & erroribus scatentia, fuerunt à Summis Pont. proscripta, atque natalitiis tenebris damnata.

Scriptores Itali Sæculi XIII. qui nec Monasticæ, nec Regulari vitæ fuerunt addicti.

Inter Italiæ Scriptores, qui Sæculo decimo tertiò è Clero Sæculari prodierunt, locum duntaxat habere debent doctissimi Romani Pontifices, *Innocentius III. Honorius III. Gregorius IX. Innocentius IV. Alexander IV.* & *Bonifacius VIII.* Cæteri verò Scriptores, qui Italiam Sæculo XIII. nobilitârunt, Monasticæ vel Regularis Disciplinæ cultores fuerunt, quos infra commodiùs referemus, dum illustrium Scriptorum sive Monachorum, sive Regularium, qui Sæculo XIII. aliquâ eruditionis laude claruerunt, seriem sumus exhibituri.

Scriptores Hispani, qui è Clero Sæculari floruerunt sæculo Ecclesiæ decimo tertio.

Rodericus Ximenius, Archiepiscopus Toletanus, & Scriptor Historicus, floruit circa annum millesimum ducentesimum octavum.

Lucas, Tudensis Ecclesiæ Episcopus, scripsit contre Hæreticos Albigenses libros tres, & floruit circa annum millesimum ducentesimum trigesimum sextum.

Alii Scriptores Hispani, qui eodem Sæculo floruerunt, Monasticam, vel Regularem vitam professi sunt, eosque infra referemus.

Scriptores Angli, qui in Clero Sæculari floruerunt decimo tertio Ecclesiæ Sæculo.

Gervasius Tilberniensis, ex illustrissima prosapia oriundus, & Scriptor Historicus, floruit cir-

circa annum millesimum ducentesimum decimum.

Edmundus Rich, Archiepiscopus Cantuariensis, claruit circa annum millesimum ducentesimum trigesimum quartum, & à *Callisto III.* Pont. Max. Sanctorum Fastis adscriptus est anno MCCCCLVI.

Robertus Grosthead, Gallicè *Grosse tête*, Episcopus Lincolniensis, floruit circa annum millesimum ducentesimum trigesimum quintum.

Cæteri Scriptores Angli, qui eodem Sæculo celebres fuerunt, Monasticam, vel Regularem vitam coluerunt, eosque infrà percensebimus.

Scriptores Monachi, qui Sæculo XIII. floruerunt.

Dodechinus, natione Germanus, & Cœnobii *S. Dysibodi*, Abbas, Scriptor Historicus, floruit circa annum millesimum ducentesimum primum.

Helinandus, natione Gallus, Monachus Ordinis Cisterciensis in Cœnobio Montis Frigidi in Diœcesi Bellovacensi, Scriptor Chronographus, floruit circa annum millesimum ducentesimum duodecimum.

Petrus, natione Gallus, Monachus *Vallis Cernai*, Ordinis Cistarciensis Scriptor Historicus, floruit circa annum millesimum ducentesimum decimum tertium.

Guntherus, Monachus Cisterciensis, Scriptor Historicus, floruit circa annum millesimum ducentesimum decimum tertium.

Arnoldus, Abbas Lubecensis, Scriptor Chronographus, floruit circa annum millesimum ducentesimum decimum quartum.

Robertus de Monte, seu *Robertus de Torinneyo*, natione Gallus, & Abbas *S. Michaelis de Monte* in Diœcesi Abrincensi, Scriptor Chronographus, claruit circa annum millesimum ducentesimum decimum quartum.

Otto à Sanctò Blasio, Monachus Ord. *S. Benedicti*, in Diœcesi Constantiensi, Scriptor Chronographus, claruit circa annum millesimum ducentesimum decimum quartum.

Cæsarius, natione Germanus, Ordinis Cisterciensis Monachus, Scriptor Asceticus, floruit circa annum millesimum ducentesimum vigesimum quintum.

Matthæus Paris, natione Anglus, Monachus Ordinis Benedictini, Scriptor Historicus, floruit circa annum millesimum ducentesimum vigesimum quartum.

Guillielmus de Nangiaco, seu *de Nangis*, natione Gallus, Ordinis S. Benedicti in Cœnobio Parisiensi San - Dionysiano, Scriptor Historicus, circa annum millesimum trecentesimum.

Scriptores Ordinis Prædicatorum, qui decimo tertio Ecclesiæ Sæculo, floruerunt.

S. Dominicus, Ordinis Prædicatorum Fundator, natione Hispanus, floruit circa annum millesimum ducentesimum nonum.

Beatus Jordanus, gente Saxo, & secundus totius Ordinis Prædicatorum Generalis Magister, floruit circa annum millesimum ducentesimum vigesimum tertium.

S. Raymundus de Pennafort, natione Catalaunus, patriâ Barcinonensis, & utriusque Juris peritissimus, floruit circa annum millesimum ducentesimum vigesimum octavum.

Vincentius, vulgò dictus *Bellovacensis*, natione Gallus, Scriptor Historicus, floruit circa annum millesimum ducentesimum quadragesimum quartum.

Hugo de S. Caro, natione Gallus, & S. R. E. Cardinalis, Scriptor Exegeticus, floruit circa annum millesimum ducentesimum quadragesimum quintum.

S. Thomas Aquinas, Doctor Angelicus, & omnium Theologorum facilè Princeps, natione Italus, claruit circa annum millesimum ducentesimum quinquagesimum quartum.

Reynerius Sachonus, natione Italus, & Scriptor Polemicus, contra Hæreticos Waldenses scripsit & claruit circa annum millesimum ducentesimum quinquagesimum quartum.

Joannes Columna, patriâ Romanus, floruit circa annum millesimum ducentesimum quinquagesimum quintum.

Albertus Magnus, natione Germanus, summus sui Sæculi Theologus, & *S. Thomæ Aquinatis* Præceptor, ab *Alexandro IV.* Pontifice Maximo Ratisponensis Episcopus fuit renunciatus anno millesimo ducentesimo sexagesimo.

Thomas dictus *Cantipratensis*, natione Brabantus, *S. Thomæ* condiscipulus, floruit circa annum millesimum ducentesimum quinquagesimum quintum.

Joannes Teutonicus, natione Germanus, & totius Ordinis Prædicatorum Generalis Magister, floruit ante *Thomam Cantipratensem*, circa annum videlicèt millesimum ducentesimum quadragesimum.

Gulielmus Peraldus, natione Gallus, Scriptor Asceticus, claruit circa annum millesimum ducentesimum septuagesimum secundum.

Martinus, natione Polonus, & Archiepiscopus Gnesnensis Scriptor Chronographus, floruit circa annum millesimum ducentesimum septuagesimum septimum.

Raymundus Martini, Author *Pugionis Fidei*, natione Catalaunus, conventus Barcinonensis, Linguarum peritissimus, floruit circa annum millesimum ducentesimum septuagesimum octavum.

Udalricus de Argentina, natione Germanus, patriâ Argentinensis, claruit circa annum millesimum ducentesimum octuagesimum.

Theodericus de Apoldia, patriâ Thuringus, Scriptor Asceticus, claruit circa annum MCCLXXXIX.

Joannes, vulgò dictus *pungens asinum*, clarissimæ Sacræ Facultatis Parisiensis Theologus, natione Gallus, floruit circa annum millesimum ducentesimum nonagesimum.

Jacobus de Voragine, natione Italus, & Archiepiscopus Genuensis, claruit circa annum millesimum ducentesimum nonagesimum.

Conradus, natione Germanus, Scriptor Asceticus, floruit circa annum MCCXC.

B. Henricus Suso, natione Suevus, insignis Theologus & Scriptor Asceticus, claruit sub finem

Sæculi

Sæculi XIII. & obiit ineunte sæculo decimo quarto.

Ptolomæus Luccensis, gente Italus, in Civitate *Luca* natus, & postea Episcopus Torcellensis, Scriptor Historicus, floruit sub finem Sæculi XIII. & obiit anno millesimo trecentesimo vigesimo primo.

His illustribus Sacri Prædicatorum Ordinis Scriptoribus addi meritò debet *Bonaventura Brochardus*, qui eodem Sæculo XIII. circa annum millesimum ducentesimum sexagesimum accuratissimam edidit *Terræ Sanctæ descriptionem*.

Scriptores Ordinis S. Francisci, qui Sæculo XIII. floruerunt.

S. Franciscus, gente Italus, Assisii in Umbria natus, & Ordinis FF. Minorum Fundator, claruit circa annum millesimum ducentesimum octavum.

Alexander de Hales, natione Anglus, patriâ Glocestriensis, vulgò dictus *Doctor Irrefragabilis*, floruit circa annum millesimum ducentesimum trigesimum.

Albertus, natione Germanus, primùm Cœnobii Stadeosis Monachus Benedictinus, posteà Franciscanus, & Minister Generalis Ordinis Minorum, Scriptor Chronographus, claruit circa annum millesimum ducentesimum quinquagesimum sextum.

Joannes Peckamus, natione Anglus, claruit circa annum millesimum ducentesimum septuagesimum octavum.

Rogerus Baconus, gente Anglus, vulgò dictus *Doctor Mirabilis*, natione Anglus, floruit circa annum millesimum ducentesimum septuagesimum octavum.

S. Bonaventura, S. R. E. Cardinalis, natione Italus, vulgò appellatus *Doctor Seraphicus*, floruit post Magistrum suum *Alexandrum Halensem*, circa annum millesimum ducentesimum quinquagesimum quintum.

Richardus de Mediavilla, natione Anglus, dictus *Doctor fundatissimus*, claruit circa annum millesimum ducentesimum nonagesimum.

Guillelmus Lamarensis, qui primus contra doctrinam *S. Thomæ* scripsit, floruit sub finem Sæculo XIII. Floruit etiam eodem Sæculo circa annum millesimum ducentesimum vigesimum, *S. Antonius*, dictus *de Padua*, Concionator, & Scriptor Asceticus.

In Ordine Eremitarum *S. Augustini*, benè multi Sæculi XIII. floruerunt doctissimi Theologi Scholastici, quos inter primum locum obtinere debet *Ægidius de Columna*, patriâ Romanus, dictus *Doctor fundatissimus*, & doctrinæ *S. Thomæ Aquinatis* acerrimus contra *Guillelmum Lamarensem*, Minoritam, defensor, floruitque circa annum millesimum ducentesimum nonagesimum sextum.

In Ordine Carmelitarum, plures iisdem Sæculo XIII. Theologi Scholastici doctrinâ & pietate præfulserunt, ut videre est apud *Trithemium*, qui de eorum origine & laudibus scripsit. Denique, inter Sæculi XIII. Juris Canonici, seu Pontificii peritos censentur *Bernardus*, dictus *Compostellanus*, quòd Ecclesiæ Compostellanæ in Hispania Presbyter esset; *Henricus Hostiensis*, Segusii in Diœcesi Taurinensi natus, ab *Alexandro IV.* Pontifice Maximo Cardinalis Hostiensis creatus; *Guillelmus Durandus Speculator*, sive *Durantes*, natione Gallus; *Bartholomæus Brixianus*, natione Italus, & *Garsias*, natione Hispanus.

Scriptores Ecclesiastici, qui decimo quarto Ecclesiæ Sæculo floruerunt.

Scriptores, qui Sæculo Ecclesiæ decimo quarto illustriores fuerunt, in tot Classes distribuam, in quot Sæculi XIII. Scriptores mox disposui & ordinavi, incipiamque à Scriptoribus Græcis.

Scriptores Græci, qui decimo quarto Ecclesiæ Sæculo claruerunt.

Gregorius Palamas circa annum millesimum trecentesimum quinquagesimum quartum Hæresim invexit, quam non solùm ipse multis Scriptis propugnavit, sed etiam ejus Sectarii dicti *Palamitæ*, multis editis lucubrationibus defendendam susceperunt, quos inter numerantur *Isidorus*, & *Philotheus*, Patriarchæ Constantinopolitani. Eidem Hæresi favit *Joannes Cantacuzenus*, Græcorum Imperator, insignis alioqui Scriptor Historicus. Sed hanc Palamitarum Hæresim egregiè confutarunt alii Scriptores Græci, videlicèt *Barlaamus*, *Gregorius Acindynus*, *Nicephorus Gregoras*, qui etiam auctor est *Historiæ Byzantinæ*, *Joannes Cypariſsiotus*, *Georgius Lecapenus*, aliique.

Præter illos Scriptores Græcos, qui occasione illius enatæ Palamitarum Hæreseos, ultrò citròque libros ediderunt, alii celebres Sæculo XIV. extiterunt Scriptores Græci, quos hic, juxta ordinem Chronologicum, percensebo.

Nicephorus Callixtus, Monachus, Historiam Ecclesiasticam ex *Eusebii*, *Socratis*, *Sozomeni*, *Theodoreti*, *Evagrii*, aliorumque Ecclesiasticorum Scriptorum monumentis concinnare cœpit circa annum millesimum trecentesimum trigesimum tertium.

Matthæus Blastares, Monachus, Jurisperitus, floruit circa annum millesimum trecentesimum trigesimum quintum.

Maximus Planudes, Monachus, omnifariâ doctrinâ excultus, sed Latinis infensus, claruit circa annum millesimum trecentesimum quadragesimum.

Nilus Cabasilas, Archiepiscopus Thessalonicensis, & Latinis infensissimus, floruit circa annum millesimum trecentesimum quadragesimum.

Nicolaus Cabasilas, nepos *Nili Cabasilæ*, Archiepiscopi Thessalonicensis, & Latinorum hostis acerrimus, claruit circa annum millesimum trecentesimum quinquagesimum.

Nilus, Metropolita Rhodius, & capitalis Latinorum hostis, contra eos calamum acuere cœpit circa annum millesimum trecentesimum sexagesimum.

Isaa-

toto orbe celebris, floruit circa annum MCCCLXVIII.

Postremò, Sæculo XIV. floruerunt in Ordine Prædicatorum tres insignes Theologi, scilicet *Joannes de Neapoli*, natione Italus, patriâ Neapolitanus, Sacræ Facultatis Parisiensis Doctor, vulgò dictus *Solemnis*; Alter *Joannes*, nuncupatus *Parisiensis*, quem nonnulli perperam confundunt cum altero *Joanne*, ejusdem Ordinis Theologo, qui vixit Sæculo XIII. & cognominabatur *Pungens Asinum*. Tertius est *Herveus Natalis*, natione Gallus, & Facultatis Parisiensis Doctor Theologus.

Scriptores Ordinis S. Francisci Sæculi XIV.

Joannes Duns, cognomento *Scotus*, Doctor *Subtilis* dictus, floruit circa annum MCCCI.

Raymundus Lullus, in Insula Majorica apud Baleares natus, claruit circa ann. MCCCI.

Antonius Andreas, natione Aragonius, dictus *Doctor Dulcifluus*, claruit circa anoum MCCCVIII.

Franciscus Mayronius, natione Gallus, dictus Doctor *Illuminatus & Acutus*, floruit circa annum MCCCXV.

Astesanus sive *Astensis*, natione Italus, *Summæ de casibus Conscientiæ* Author, floruit circa annum MCCCXVII.

Petrus Aureolus, geote Gallus, *Doctor Facundus* appellatus, claruit circa annum MCCCXXI.

Joannes Bassolis, *Doctor Ordinatissimus* nuncupatus, floruit circa annum MCCCXXII.

Gerardus Odonis, natione Gallus, & Minister Generalis Ordinis Minorum, floruit circa annum MCCCXXIX.

Guillelmus Ocham, discipulus *Duns Scoti*, & Sectæ *Nominalium* Restaurator, claruit circa annum MCCCXXX.

Alvarus Pelagius, Silvensis in Lusitania Episcopus, floruit circa ann. MCCCXL.

Denique, Sæculo XIV. circa annum millesimum trecentesimum vigesimum, claruit in Ordine FF. Minorum *Nicolaus de Lyra* in Normannia, Galliæ Provincia, nec non, Facultatis Parisiensis Doctor, & peritus Scripturæ Sacræ Interpres.

Scriptores Ordinis Eremitarum S. Augustini sæculi XIV.

Augustinus Triumphus, patriâ Anconitanus, Scriptor Asceticus, & Scripturæ Sacræ Interpres, floruit ineunte Sæculo Ecclesiæ XIV.

Richardus Hampolus, natione Anglus, & Scriptor Asceticus, floruit circa an. MCCCXL.

Gregorius Ariminensis, natione Italus, patria Ariminensis, Doctor Facultatis Parisiensis, Ordinis Eremitarum *S. Augustini* Prior Generalis, Theologus insignis, claruit circa annum MCCCLVII. Eo antiquior fuit *Thomas de Argentina*, natione Germanus, patria Argentoratensis, undè nomen traxit, Facultatis Parisiensis Doctor Theologus, & ejusdem Ordinis Eremitarum *Sancti Augustini* Prior Generalis, qui floruit circa annum MCCCXLV.

R. P. Hiacynthi Tab. Chronol. P. II.

Alphonsus Vargas, gente Hispanus, & Archiepiscopus Hispalensis, floruit circa annum MCCCLVIII.

Inter clarissimos etiam sui Sæculi Scriptores nomen tulit *Bartholomæus de Urbino*, ejusdem Ordinis Eremitarum *S. Augustini* Alumnus, natione Italus, patriâ Urbinas, qui floruit circa annum MCCCXLIII.

Scriptores Ordinis Carmelitarum Sæculi XIV.

Joannes Baconus, natione Anglus, dictus *Doctor Resolutus*, peritus Theologus, & Scripturæ Sacræ Interpres, floruit circa annum MCCCXXIX.

Guido de Perpiniano, gente Catalaunus, Sacræ Facult. Parisiensis Doctor, & posteà Episcopus Elnensis, Scriptor Polemicus, & Scripturæ Sacræ interpres, floruit circa annum MCCCXXX.

Scriptores utriusque Juris, Canonici & Civilis, peritissimi, qui Sæculo XIV. floruerunt.

Guido Baisius, aliàs de *Bayso*, Patritius Regiensis, & Ecclesiæ Bononiensis Archidiaconus, indè à Jurisperitis sub nomine Archidiaconi citari solet.

Joannes Andreas, in Agro Florentino natus.

Joannes Calderinus, patriâ Bononiensis.

Joannes Monachus, Ordinis Cisterciensis, posteà S.R.E. Cardinalis, natione Gallus, patriâ Ambianensis.

Joannes Boich, Brito, seu Aremoricus, è Diœcesi Leonensi. *Dinus*, cognomine *Mugellanus*, à *Mugello*, Agri Florentini oppido.

Joannes Anguissola, Cæsenæ in Flaminia natus.

Joannes Lignanus, à *Lignano*, Agri Mediolanensis Oppido.

Bartolus de Saxòferrato, ità cognominatus à *Saxoferrato*, Umbriæ in Italia Urbe, quæ olim *Sentinum* dicebatur. *Baldus de Ubaldis*, Perusii in Italia natus, & Jurisperitorum sui temporis facilè Princeps.

Scriptores Ecclesiastici, qui Sæculum XV. illustrarunt.

Cùm in utraque Ecclesia, Græcâ scilicèt & Latinâ, plures Sæculo XV. floruerint Scriptores, auspicabor à Scriptoribus Græcis, dein, Scriptores Latinos, sive Clericos, sive Monachos, aut Regulares, quo faciliùs discerni queant, in diversis Classibus collocabo.

Scriptores Græci Sæculi XV

Simeon, ex Monacho Archiepiscopus Thessalonicensis, Latinis maximè infensus, claruit circa annum MCCCCX.

Josephus, Patriarcha Constantinopolitanus, qui in Concilio Generali Florentino subscripsit

Latinorum Dogmatibus, claruit circa ann. MCCCCXVI.

Josephus Bryennius, Monachus, patriâ Constantinopolitanus, multa scripsit adversus Latinos circa annum MCCCCXX.

Macarius Macres, Montis Atho Hieromonachos, Latinorum acerrimus hostis, floruit circa annum MCCCCXX.

Joannes Cananus, Historicus Byzantinus, claruit circa annum MCCCCXXII.

Demetrius Chrysoloras, Thessalonicensis, summus Philosophus & Astronomus, sed Latinis infensus, claruit circa annum millesimum quadringentesimum trigesimum. Circa eumdem annum floruerunt *Macarius* Metropolita Ancyranus, qui in Latinos acriter invectus est; *Esaias* patriâ Cyprius, Latinorum amicus; & *Joannes Anagnosta* Thessalonicensis, qui scripsit *Narrationem de extremo Excidio Thessalonicensi*.

Marcus Eugenicus, Metropolita Ephesinus, Latinorum infensissimus hostis, & effræni erga Ecclesiæ Græcæ dignitatem zelo ductus, multa contra Latinos moliri cœpit, circa annum MCCCCXXXVI.

Bessarion, patriâ Trapezuntinus, Ordinis *S. Basilii* Monachus, & posteà S. R. E. Cardinalis, floruit circa ann. MCCCCXXXI.

Georgius Scholarius, dictus etiam *Gennadius*, Patriarcha Constantinopolitanus, post celebratum Concilium Florentinum, Græcorum Schisma fovit, & Latinos cane & angue pejus detestatus est circa annum MCCCCXXXIX.

Joannes Eugenicus, frater germanus *Marci*, Metropolitæ Ephesini, adversùs Concilium Florentinum scripsit an. MCCCCXXXIX.

Isidorus, à patria dictus *Ruthenus*, & S. R. E. Cardinalis, pro Latinis adversus Græcos in Concilio Florentino eruditè disputavit, floruitque circa annum MCCCCXXXIX.

Georgius Gemistus Pletho, doctissimus Philosophus Platonicus, scripsit contra Latinos circa annum MCCCCXXXIX.

Sylvester Syropulus, summus Latinorum hostis, scripsit circa annum MCCCCXXXIX.

Georgius, Trapezuntinus, Latinis favit, & floruit circa annum MCCCCXL.

Josephus, Episcopus Methonensis, & Ecclesiæ Latinæ Dogmatum egregius defensor, floruit circa annum MCCCCXL.

Gregorius Melissenus, dictus etiam *Mammas*, Patriarcha Constantinopolitanus, partes Latinorum strenuè tuitus est, floruitque circa annum MCCCCXL.

Joannes, cognomento *Plusiadenus*, & *Joannes Argyropulus*, claruerunt circa annum MCCCCL.

Matthæus Camariota, & *Ducas*, è Græcorum Imperatorum *Ducarum* familia oriundus, claruerunt circa annum millesimum quadringentesimum quinquagesimum tertium.

Georgius Codinus, floruit circa annum millesimum quadringentesimum sexagesimum.

Laonicus Chalcondylas, patriâ Atheniensis, scripsit Historiam Turcarum, & *Nicolaus Secundinus* compendiosam Turcarum concinnavit Historiam, floruerunt que circa annum MCCCCLXVIII.

Scriptores Galli Sæculi XV.

Petrus de Alliaco, Sacræ Facultatis Parisiensis Doctor ac Cancellarius, posteà Archiepiscopus Cameracensis, & S. R. E. Cardinalis, floruit sub initium Sæculi XV.

Joannes Gersonius, dictus etiam *Charlierus*, Sac. Fac. Parisiensis Doctor & Cancellarius, floruit circa annum MCCCCIV.

Nicolaus de Clemangiis, Sacræ Facultatis Parisiensis Doctor, circa annum MCCCCXVI.

Robertus Gaguinus, Ordinis SS. Trinitatis de Redemptione Captivorum Generalis Minister, & *Philippus Cominæus*, Annales Gallorum accuratè descripserunt, exeunte Sæculo XV.

Præter istos Scriptores, numerantur è Clero Sæculari plures in sacra Facultate Parisiensi insignes Doctores Theologi, qui eodem Sæculo in Galliis floruerunt, quos inter præcipui sunt, *Joannes Brevis Coxa*, Gallicè *Courte Cuisse*, Episcopus Gebennensis, *Gerardus Machetus*, Episcopus Castrensis, *Ægidius Carlerius*, qui Concilio Basileensi interfuit, & ad gremium Ecclesiæ revocandos Hæreticos Hussitas omnem industriam & operam posuit.

Scriptores Itali, qui nec Monasticam, nec Regularem vitam professi, Sæculo XV. floruerunt.

In Italia Sæculo Ecclesiæ decimo quinto innumeri penè claruerunt Oratores & Grammatici utriusque Linguæ, Latinæ videlicèt & Græcæ, peritissimi, inter quos illustriores fuerunt *Laurentius Valla*, Patricius Romanus, & Canonicus Ecclesiæ Lateranensis; *Franciscus Philelphus*, patriâ Anconitanus; *Nicolaus Perotus*, Saxoferrati in Umbria natus; *Nicolaus Leonicenus*, patriâ Vincentinus; *Hermolaus Barbarus*, patriâ Venetus; *Julius Pomponius Lætus*, aliàs *Calaber* dictus; *Joannes Jovianus Pontanus*, Cereto, Umbriæ oppido, natus; *Marcus Antonius Coccius Sabellicus*, Fabri ferrarii filius; & *Angelus*, dictus *Politianus*, à *Monte Politiano*, Hetruriæ oppido, ubi natus est.

Inter Historicos Italiæ Sæculi XV. principem locum obtinere debent *Theodoricus Niemus*, Clericus Locensis; *Franciscus Poggius*, dictus etiam *Brandolinus*, vel *Bracciolinus*, patriâ Florentinus; *Leonardus Brunus*, dictus vulgò *Aretinus* ab *Aretio* Tusciæ oppido, ubi in lucem prodiit; *Bartholomæus Scala*, patriâ Florentinus; *Bernardinus Corius*, patriâ Mediolanensis; *Joannes Simoneta*, patriâ Calaber; *Blondus Flavius*, Foroliviensis; *Æneas Sylvius*, patriâ Senensis, qui fuit posteà Summus Pontifex, dictus *Pius II.* quibus addi debet *Platina*, quem alii *Bartholomæum*, alii *Baptistam* appellant, patriâ Cremonensis.

Denique, Italiam Sæculo Ecclesiæ XV. illustrarunt quatuor eximii Scriptores, quorum primus est *Marsilius Ficinus*, patriâ Flo-

Florentinus, Græcè ac Latinè peritissimus, & in omni Philosophiæ genere versatissimus: Alter Scriptor est *Joannes Picus, Mirandulæ* Dominus, & *Concordiæ* Comes, in omnium Artium, scientiarum & Linguarum varietate exercitatissimus, dictusque ingeniorum sui Sæculi *Phœnix*. Tertius Scriptor est *Franciscus à Ruvere*, patriâ Savonensis, qui ex Ordine FF. Minorum assumptus est ad Summum Pontificatum, dictusque *Sixtus IV*. Postremus Scriptor, est *Antonius Bonfinius*, qui Rerum Hungaricarum Historiam descripsit, & floruit circa annum MCCCCXCIV.

Scriptores Hispani, qui nec Monasticæ nec Regulari vitæ addicti, Sæculo XV. claruerunt.

Hieronymus à S. Fide, ex Judæo Christianus, scripsit contra Judæos, & floruit circa ano. MCCCCXII.

Paulus à S. Maria, è Judaismo ad fidem Christianam lectione Operum *Sancti Thomæ Aquinatis* conversus, & posteà Episcopus Burgensis creatus, indèque vulgò *Burgensis* nuncupatus, Scripturam Sacram interpretatus est, floruitque circa an. MCCCCXV. Tres filios ante susceptam Fidem Christianam genuit *Paulus Burgensis*, videlicet *Alphonsum*, qui patri suo in Episcopatu Burgensi successit, & Author est *Anacephaleosis Regum Hispaniæ*. Alterum dictum *Gonsalvum*, qui fuit Episcopus Placentinus, & *Alvarum Garsiam*, qui de rebus à *Joanne II.* Castellæ Rege gestis, Commentarios scripsit.

Alphonsus Tostatus, Episcopus Abulensis, & Scripturæ Sacræ peritissimus Interpres, de quo dictum est: *hic stupor est mundi, qui scibile discutit omne*. magnâ nominis celebritate elaruit circa an. MCCCCXXXIV.

In Anglia Sæculo Ecclesiæ XV. multi fuerunt celebres Scriptores, qui magnum Literis dedere incrementum, & Wikleffianam Hæresim doctissimis Lucubrationibus confutarunt. Sed inter illos doctrina & pietate inclytos Angliæ Scriptores, duos præsertim referam, quorum primus, est *Thomas Arundellius*, Archiepiscopus Cantuariensis: alter est *Joannes Coletus*, Ecclesiæ S. *Pauli*, Civitatis Londinensis Decanus, vir mentis virtute & vitæ integritate adeò ornatus, ut apud Anglos alter Apostolus *Paulus* haberetur. Alios Scriptores Anglos, qui Monachi, vel Regulares fuerunt, mox in Classibus Scriptorum Monachorum, vel Regularium, qui Sæculo XV. floruerunt, commodiùs referemus.

Scriptores Germani, qui Sæculo XV. nec Monasticam, nec Regularem vitam professi sunt.

Theodoricus Engelhusius, Ecclesiæ Hildesheimensis Canonicus, Scriptor Chronographus, claruit circa anoum MCCCCXX.

Nicolaus Cusanus, S. R. E. Cardinalis, doctrina & pietate eximius, floruit circa annum MCCCCXLVIII.

Petrus de Pilichdor, scripsit librum contra Sectam Waldensium, & floruit circa annum MCCCCXLVIII.

Joannes Reuchlinus, dictus *Capnio*, Linguarum Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ callentissimus, floruit circa annum MCCCCXIV.

Joannes Naucterus, Scriptor Chronographus, & in Academia Tubingensi Doctor, elaroit circa anuum MCCCCXCIX.

Floruit etiam in Germania eodem Sæculo XV. circa anuum MCCCCXLIII. *Meffretus*, Ecclesiæ Misnensis Presbyter, & Scriptor Asceticus.

Scriptores Monachi, qui Sæculo XV. floruerunt.

Joannes Brando, natione Belga, Monachus Cistereiensis, Scriptor Historicus, floruit sub initium Sæculi XV.

Gobelinus Persona, natione Germanus, Scriptor Chronographus, floruit circa annum MCCCCVIII.

Henricus de Hassia, natione Germanus, Ordinis Carthusiani Monachus, & Scriptor Asceticus, floruit circa an. MCCCCXVIII.

Thomas Walsinghamus, natione Anglus, Ordinis *S. Benedicti* Monachus, Scriptor Historicus, floruit circa annom MCCCCXL.

Joannes Raulinus, patriâ Tullensis, Monachus Cluniacensis, & Scriptor Asceticus, floruit circa annum MCCCCLXXIX.

Joannes Trithemius, natione Germanus, & Cœnobii Wirciburgensis, Ordinis *Sancti Benedicti* Abbas, floruit circa annum MCCCCLXXXIII.

Bonifacius Simoneta, natione Italus, Ordinis Cisterciensis, Scriptor Historicus, floruit circa annum MCCCCXCIV.

Porchetus Salvaticus, patriâ Genuensis, Monachus Carthusianus, & Author Operis, quod adversùs Judæos edidit, & cui *Victoria* titulum dedit, floruisse videtur sub initium Sæculi XV. Huue tamen Scriptorem incertæ admodum ætatis esse fatentur viri periti. *Dionysius*, Carthusianus, Theologus & Scripturæ Sacræ interpres doctissimus, floruit circa annum MCCCCL.

Scriptores Ordinis Prædicatorum, qui Sæculo Ecclesiæ XV. doctrina & pietate claruerunt.

S. Vincentius Ferrerius, natione Hispanus, & Concionator sui ævi celeberrimus, floruit circa annum MCCCCXIV.

Hermannus de Lerbeke, natione Germanus, Scriptor Historicus, floruit circa annum MCCCCXIV.

Joannes Capreolus, natione Gallus, *Thomistarum Princeps* appellatus, floruit circa annum MCCCCXV.

Joannes Nider, natione Germanus, insignis Theologus, elaruit circa annum millesimum quadringentasimum trigesimum.

Joannes de Monte Nigro, gente Italos, Linguarum peritissimus, & Theologus nulli secundus, floruit circa annom MCCCCXXX.

Andreas, Archiepiscopus Rhodius, Linguæ Græcæ callentissimus, floruit circa anoum MCCCCXXXI.

Bartholomeus Lapacius, natione Italus, patriâ Florentinus, Linguarum Græcæ & Latinæ peritia apprimè excultus, floruit circa annom MCCCCXXXII.

Joannes, Raguzæus, natione Dalmata, Ordinis Prædicatorum Procurator Generalis, floruit circa annum MCCCCXXXIII. Hunc *Joannem Raguzæum* nonnulli cum *Joanne Dominici*, Cardinali & Archiepiscopo Ragosino, ejusdem Prædicatorum Ordinis alomno, qui floruit tempore Concilii Constantiensis, inscitè confundunt.

Leonardus Matthai, vulgo *de Utino* cognominatus, Concionator in Italia præstantissimus, floruit circa annum MCCCCXXXV.

Henricus de Kaltsisen, natione Germanus, Theologus eximius, Nidrosieosis, & Cæsariensis in Norvegia Archiepiscopus, floruit circa annum MCCCCXXXV.

Joannes de Turrecremata, natione Hispanus, & S. R. E. Cardinalis, Juris utriusque perissimus, clarnit circa ann. MCCCCXXXIX.

S. Antoninus, natione Italus, Archiepiscopus Florentinus, Scriptor Historicus, & in Sacrorum Canonum, & Morum doctina exercitatissimus, floroit circa annum MCCCCXLIV.

Gabriel Barleta, gente Italus, celebris Concionator & Scriptor Asceticus, claruit circa annum MCCCCLXX.

Petrus Ranzanus, Panormitanus, Episcopus Lucerinus, Historiæ & Theologiæ peritia excellentissimus, floruit circa annum MCCCCLXXVIII.

Joannes Annius, natione Italus, patria Viterbiensis, claruit circa an. MCCCCLXXX.

Jacobus Sprengerus & *Henricus Institor*, natione Germani, floruerunt circa annum MCCCCXCV.

Denique Sæculo XV. claruerunt in Ordine Prædicatorum plures Concionatores & Scriptores Ascetici, inter quos censentur *Petrus Auratus*, natione Gallus, *Alanus de Rupe*, natione itidem Gallus, *Michaël Franciscus*, patria Insuleosia in Belgio, nec prætermitti debet *Thomas Anglicus*, patria Galensis, qui in Scripturam plores edidit Commentarios, quos nonnulli, ut observat noster *Sixtus Senensis*, inconsideratè tribuerunt *Thoma Angelico*, & ex *Thoma Anglico* fecernot *Thomam Angelicum*.

Scriptores Ordinis Minorum Sæculi XV.

S. Bernardinus, dictus à patriâ *Senensis*, Scriptor Asceticus, floruit circa annom millesimum quadringentesimum vigesimum sextum.

S. Catharina, dicta à patria *Bononiensis*, Revelationes sibi divinitus factas scripto consignavit, & floruit circa ann. MCCCCXXXVIII.

Joannes Capistranus, natione Italus, Theologus, Concionator & Scriptor Asceticus, claruit circa annum MCCCCXL.

Nicolaus Auximanus, gente Italus, de Doctrina Morali plura Opuscula edidit, floruitque circa annum MCCCCXLI.

Harphius, seu *Herpius*, ex pago *de Erp* in Brabantia oriondus, Scriptor Asceticus, floruit circa annum MCCCCL.

Baptista Salvis sive *de Salis*, natione Italus, patria Ligur, scripsit *Summam Casuum Conscientia*, quæ ab ipso *Baptistiana* dicta est, floruitque circa annum MCCCCLXXX.

Claruerunt quoque circa eumdem annum ejusdem Ordinis FF. Minorum Scriptores, videlicèt *Pacificus*, natione Italus, patriâ Ligur, Author *Summæ Casuum Conscientiæ*, quæ ab ipso *Pacifica* nuncupatur: *Angelus de Clavasio*, natione Italus, patriâ Ligur, Author *Summæ Casuum Conscientia*, quæ *Angelica dicitur*: *Baptista Trovamala*, patriâ itidem Ligor, Author *Summæ Casuum Conscientiæ*, quæ *Rosella* appellatur: *Bernardinus Aquilanus*, natione Italus, *Antonius de Balocho*, natione itidem Italus, *Bernardinus Tomitanus*, natione Italus, *Bernardinus de Bustis*, natione Italus, *Robertus Caraciolus*, natione Italus, *Michaël de Mediolano*, patriâ Mediolanensis, insignes Concionatores, & Scriptores Ascenci.

Claruit etiam sub initium Sæculi XV. *Franciscus Ximenius*, natione Hispanus, quem *Petrus de Luna*, dictus in sua Obedientia *Benedictus XIII.* creavit Patriarcham Hierosolymitanum.

Scriptores Ordinis Eremitarum, & Canonicorum Regularium S. Augustini Sæculi XV.

Jacobus Magni, gente Hispanus, patriâ Toletanus, insigni S. Scripturæ peritiâ, & assiduâ veterum Theologorum lectione, egregium sibi nomen tulit circa annum MCCCC.

Augustinus de Roma, patria Romanus, & Nazarenos in Ditione Neapolitana Archiepiscopus, floruit circa ann. MCCCCXIX.

Antonius Rampelogus, qui in Concilio Basileensi contra Hæreticos Hussitas egregiè disputavit, claruit circa annum millesimum quadriogentesimum trigesimum primum.

Joannes Capgravius, gente Anglus, Scriptor Historicus, & Scripturæ Sacræ Interpres, claruit circa annum MCCCCL.

Henricus Knighton, natione Anglus, Canonicus Regularis Monasterii Leicestrensis, Scriptor Historicus, floruit circa annum MCCCCL.

S. Laurentius Justinianus, patria Venetus, Canonicus Regularis Ordinis *S. Augustini*, & posteà Venetiarum Episcopus, Scriptor Asceticos, clarnit circa annum millesimum quadriogentesimom trigesimum primum.

Thomas à Kempis, Diœcesis Coloniensis Canonicus Regularis Ordinis *S. Augustini*, Scriptor Asceticus, floruit circa an. MCCCCL.

Gabriel Biel, in Academia Tubingensi Professor publicus, & Canonicus Regularis *S. Augustini*, floruit circa an. MCCCCLXXX.

Scri-

Scriptores Ordinis Carmelitarum Sæculi XV.

Plures in Ordine Carmelitarum Sæculo XV. floruerunt Scriptores, quos inter eminuit *Thomas Netterus*, natione Anglus, *Waldensis* à natali loco *Walden* in agro Essexiensi appellatus. Edidit *Doctrinale Antiquitatum Fidei Ecclesiæ Catholicæ*, adversus Hæreticos Wicklessistas, & Hussitas, aliaque erudita Opera.

Scriptores utriusque Juris periti Sæculi XV.

Franciscus de Zabarellis, natione Italus, Patavii natus, Archiepiscopus Florentinus, & postea S. R. E. Cardinalis, floruit sub initium Sæc. XV. seu anno millesimo quadringentesimo primo.

Antonius de Butrio, gente Italus, patria Bononiensis, claruit circa annum MCCCCII.

Petrus Ancharanus, sive *de Ancharano*, natione Italus, patria Bononiensis, claruit circa annum MCCCCX.

Nicolaus Tudescus, gente Siculus, *Panormitanus* vulgo dictus, patria Catanensis, Ordinis Benedictini Monachus, Cœnobii *S. Agathæ* Abbas, & postea Archiepiscopus Panormitanus, claruit circa annum MCCCCXXVIII.

Joannes ab Imola floruit circa annum millesimum quadringentesimum vigesimum.

Andreas Barbatius, seu *Barbatias*, gente Siculus, claruit circa annum MCCCCLX.

Joannes Antonius à S. Georgio, patria Placentinus, Alexandrinus in Longobardia Episcopus, ac postea ab *Innocentio VIII.* Pontifice Maximo, Presbyter Cardinalis renonciatus anno millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio.

Denique Sæc. XV. floruerunt quatuor peritissimi Jurisconsulti, videlicet *Franciscus Pavinus*, civis, & Canonicus Patavinus, *Philippus Franchus*, patria Perusinus, *Rodulphus*, patria Florentinus, & *Nicasius Voldanus*, patria Mechliniensis.

Scriptores Sæculi XVI.

Captâ à Turcis anno MCCCCLIII. Urbe Constantinopoli, & extincto penitus Græcorum Imperio, nulli, aut saltem paucissimi Sæculo XVI. floruerunt periti in Ecclesia Græca Scriptores, quos ideo impræsentiarum prætermittemus, eosque tantum in medium producemus, qui Ecclesiam Latinam eodem Sæculo illustrarunt, quorum ingens copia cum aliquam confusionem ingenerare posset, varias in classes illos partiemur.

Scriptores Grammatices & Critices periti Sæculi XVI.

Actius Sincerus, sive *Jacobus Sannazarius*, patria Neapolitanus, Poëta eximius, claruit circa annum MD.

Celius Rhodiginus, natione Italus, omnigenæ doctrinæ, & infinitæ Lectionis Scriptor, floruit ineunte Sæculo decimo sexto, & obiit anno MDXX.

Petrus Bembus, patria Venetus, ob singularem doctrinam, miram facundiam, & summam vitæ integritatem creatus Cardinalis, floruit circa annum MDXX.

Thomas Morus, patria Londinensis, Regni Angliæ Cancellarius, & pro Fide Catholica Martyr, floruit circa annum MDXXV.

Gulielmus Budæus, natione Gallus, patria Parisinus, floruit circa annum MDXXX.

Petrus Victorius, patria Florentinus, claruit circa annum MDL.

Adrianus Turnebus, Normanniæ in Galliæ Provincia natus, & singulare sui sæculi decus, floruit circa annum MDLIII.

Dionysius Lambinus, natione Gallus, claruit circa annum MDLX.

Paulus Manutius, patria Venetus, floruit circa annum MDLX.

Latinus Latinius, natione Italus, patria Viterbiensis, vir magna eruditione præditus, & in veterum Authorum Critice versatissimus, floruit circa annum MDLXV.

Marcus Antonius Muretus, natione Gallus, patria Lemovicensis, Græcè ac Latinè doctissimus & elegantissimus Scriptor, claruit circa annum MDLXXV.

Justus Lipsius, natione Belga, multiplici lectione admirandus, floruit circa annum MDXC.

Denique Sæculo XVI. de Literis humanioribus, de Chronologia, & Critices Disciplina optimè meriti sunt duo insignes Scriptores, quorum primus est *Julius Cæsar Scaligerus*, qui floruit circa an. MDXXXV. & ex Italia, ubi natus erat, Aginnum, Urbem in Aquitania, Galliæ Provincia, secessit. Alter Scriptor est *Josephus Justus Scaligerus*, filius *Julii Cæsaris Scaligeri*, natione Gallus, patria Aginnensis, qui plura Opera, præsertim de emendatione temporum scripsit.

Scriptores Galli, qui in Statu Laicali, vel Clericali Sæculo decimo sexto floruerunt.

Jacobus Faber, vulgò dictus *Stapulensis*, Sacræ Facultatis Parisiensis Doctor, humanis, divinisque litteris excultissimus, floruit circa annum MDIII.

Jacobus Almainus, Facultatis Parisiensis Doctor Theologus, magni inter Scholasticos nominis, floruit circa annum MDIV.

Claudius Espencæus, *Claudius Sanctesius*, Episcopus Ebroicensis, *Robertus Cenalis*, Episcopus Abrincensis, *Jodocus Clictoveus*, *Jacobus Merlinus*, & *Hermannus Lethmatius*, Sacræ Facultatis Parisiensis Doctores Theologi, adulto jam Sæculo Ecclesiæ decimo sexto claruerunt, ac perdocta Opera ad profligandam grassantem in Galliis Calvinianam Hæresim ediderunt. Fuerunt etiam Sæculo XVI. tres insignes Linguæ Hebraicæ Professores in Academia Parisiensi, atque in Sacris Literis exercitatissimi: videlicet *Franciscus Vatablus*, *Joannes Mercerus*, & *Gilbertus Genebrardus*, Aquensis

in Gallo-Provincia Archiepiscopus. His Scriptoribus Gallis qui Sæculo XVI. in Clero Sæculari floruerunt, unum dumtaxat è statu laicali lubens adjungam, nimirum *Florimundum Raymundum*, Senatorem Burdigalensem, inter cujus Opera maximè commendatur illud, quod edidit *de ortu, progressu & ruina Hæresum nostri ævi.*

Scriptores Itali, qui in Clero Sæculari, vel in statu laicali Sæculo XVI. claruerunt.

Raffaël Maffæus, dictus *Volaterranus*, quia *Volaterris*, Hetruriæ, in Italia Urbe, natus est, Linguæ Græcæ peritissimus fuit, floruitque circa annum MDV.

Franciscus Guicciardinus, patria Florentinus, Scriptor Historicus, claruit circa annum MDXX.

Jacobus Sadoletus, natus Mutinæ, Italiæ urbe, Episcopus Carpentoractensis in Gallia, & S. R. E. Cardinalis, elegantissimus Scripturæ Sacræ Interpres, floruit circa annum MDXXX.

Gaspar Contarenus, patria Venetus, Græcè & Latinè admodum doctus, floruit circa annum MDXXXV.

Polydorus Virgilius, seu *Vergilius*, patria Urbinas, & Historiæ Anglicanæ Scriptor, claruit circa annum MDXL.

Paulus Jovius, patria Novocomensis, Episcopus Nucerinus, floruit circa annum MDXL. Fuit Scriptor Historicus.

Carolus Sigonius, patria Mutinensis, Scriptor itidem Historicus, floruit circa annum MDLXX.

Flaminius Nobilius, patria Lucensis, Græcè ac Latine doctissimus, claruit circa annum MDLXXV.

S. Carolus Borromæus, Episcopus Mediolanensis, & S. R. E. Cardinalis, floruit circa annum MDLX.

Cæsar Baronius, Soræ in Regno Neapolitano natus, Congregationis Italicæ Oratorii Jesu alumnus, & Annalium Ecclesiasticorum conditor, floruit circa annum MDXC.

Floruerunt etiam eodem Sæculo in Italia *Pandulphus Collenutius*, & *Michaël Ritius*, ambo Patria Neapolitani, & Scriptores Historici, nec non *Albertus Pius*, Carporum in Italia Princeps, qui Concertationes Litterarias cum *Desiderio Erasmo* habuit. His Italiæ Scriptoribus adjungam *Claudium Seyssellum*, natione Sabaudum, & Taurinensem Archiepiscopum, qui fuit Scriptor Historicus & Polemicus; *Joannem* etiam *Lippomanum*, patria Venetum, Episcopum Veronensem, qui multa Volumina *de Vitis Sanctorum* scripsit, aliaque erudita Opera.

Scriptores Hispaniæ & Belgii, qui in statu Clericali, vel Laicali, Sæculo XVI. floruerunt.

Complures in Hispania & Belgio Sæc. XVI. floruerunt Scriptores, Linguarum exoticarum peritissimi, & Scripturæ Sacræ Interpretes, Historici, Theologi & Ascetici, quorum nomina hic indicare abundè sufficiet. Inter Linguarum peritos & Scripturæ Sacræ Interpretes, præcipui sunt *Andreas Masius*, natione Brabantus in Belgio, qui floruit circa annum MDLV. *Benedictus Arias Montanus*, qui floruit circa an. MDLXXV. quibus addi possunt *Petrus Serranus*, patria Cordubensis, *Paulus Palacius*, patria Granatensis, *Leo Castrius* in Academia Salmanticensi Doctor Theologus, qui Commentarios in Scripturam Sacram adornarunt.

Inter Historicos Scriptores, qui Sæculo XVI. in Hispania & in Belgio aliqua nominis celebritate claruerunt, hi potissimum censentur, *Hieronymus Surita*, in Regno Aragoniæ natus; *Joannes Margarinus*, Gerundensis Episcopus; *Stephanus Garibajus*, Catholici Regis Historiographus; *Joannes Vasæus*, natione Belga, patria Brugensis. Prætermitto *Joannem Sleidanum*, natione Belgam, Historicum quidem elegantem, sed Hæreticum Lutheranum.

Inter Theologos Hispaniæ jure optimo numerari debent *Joannes Medina*, Theologus Complutensis, & *Jacobus de Payva de Andrada*, qui interfuit Concilio Tridentino. In Belgio autem præstantissimi Theologi fuerunt, videlicèt *Jacobus Latomus*, *Thomas Stapletonus*, *Joannes Driedo*, *Jansenius Gandavensis*, *Guillelmus Estius*, *Henricus Gravius*, *Christianus Adricomius*, *Albertus Pighius*, *Joannes Molanus*, & *Guillelmus Lindanus*. Prætermitti etiam non debent *Hadrianus*, Doctor Lovaniensis, Præceptor *Caroli V.* Imperatoris, posteà Pontifex Maximus, dictus *Hadrianus VI.* & *Joannes Ludovicus Vives*, Græcis Latinisque Litteris excultus. Sub finem Sæculi XVI. floruerunt in Hispania *Garsias de Loaysa*, Archiepiscopus Toletanus, & *Ferdinandus de Mendoza*, quorum prior antiqua totius Hispaniæ Concilia collegit, ac doctissimis Notis illustravit. Alter tres libros edidit de Concilio Illiberitano, aliaque perdocta Opera. Denique, omnibus Sæculi XVI. Scriptoribus Hispaniæ Asceticis palmam præripuit Magister *Joannes Avila*, cujus vitam tribus libris conscripsit *Ludovicus Granatensis*.

Scriptores, qui in Clero Sæculari in Anglia floruerunt Sæculo Ecclesiæ decimo sexto.

Clerum Sæcularem Angliæ doctrina & pietate Sæculo XVI. maximè illustrarunt *Reginaldus Polus*, Cantuariensis Archiepiscopus, & S.R.E. Cardinalis, *Joannes Fischerus* S. R. E. Cardinalis & Roffensis Episcopus, & pro Fidei Catholicæ defensione Martyr; *Nicolaus Harpsfeldius*, Archidiaconus Ecclesiæ Cantuariensis, Scriptor Historicus; *Nicolaus Major*, Sacræ Fac. Parisiensis Doctor; *Guillelmus Alanus*, Doctor Academiæ Duacensis, posteà S. R. E. Cardinalis; *Nicolaus Sanderus*, qui Anglicani Schismatis Historiam scripsit, & *Ste-*

Stephanus Gardinerius, Wintoniensis Episcopus, egregius Fidei Catholicæ defensor. Prætermitti etiam non debent *Joannes Balans*, *& Joannes Pitzeus*, qui Scriptorum Angliæ Catalogum ediderunt.

Scriptores, qui è Clero Sæculari tam in Germania, quam in aliis Nationibus Sæculo XVI. claruerunt.

In debellandis Hæresibus, quæ Sæc. XVI. in Germania, Dania, Suecia, Polonia, aliisque vicinis regionibus latè grassabantur, præclarum sibi pepererunt nomen *Joannes Eckius*, natione Suecus; *Stanislaus Hosius*, Cracoviensis Episcopus, & S. R. E. Cardinalis; *Joannes Cochlaus*, patria Norimbergensis; *Joannes Gropperus*, natione Germanus; *Fredericus Nausea*, natione Germanus, & Viennensis in Austria Episcopus; *Jacobus Noguera*, Viennensis Ecclesiæ in Austria Decanus; & *Jacobus Pamelius*, natione Belga, Audomaropolitanus in Artesia Episcopus, qui etiam castigatissimas *Tertulliani*, *& S. Cypriani* Operum Editiones adornavit. In describendis Historiis Sæculo decimo sexto excelluerunt *Joannes Dubravius*, Olmucensis in Moravia Episcopus, *Joannes Magnus*, natione Gothus, Archiepiscopus Upsaliæ, Sueciæ & Wandaliæ Primas, *Wolffgangus Lazius*, Historicus *Ferdinandi* I. Imperatoris; & *Albertus Krautzius*, patria Hamburgensis, qui plura Opera Historica scripsit.

Scriptores Monachi Sæculi decimi sexti.

E Sanctissimo Monachorum Carthusianorum Ordine quatuor Sæculo XVI. celebres prodierunt Scriptores, nimirum *Joannes Picus*, natione Gallus, & Carthusiæ Divionensis in Gallis Prior, fuitque Scriptor Exegeticus, seu Scripturæ Sacræ Interpres; *Godefridus Tilmanus*, Carthusianus Parisiensis, qui aliquot Patrum Græcorum Opera in linguam Latinam vertit, ac Sacram Scripturam exposuit; *Laurentius Surius*, natione Germanus, qui Conciliorum Collectionem emendavit, Historiam Ecclesiasticam concinnavit, & Sanctorum vitas collegit ac descripsit; quartus denique Scriptor Carthusianus, est *Petrus Sutor*, natione Gallus, qui plura Opera Critica, Polemica, & Ascetica edidit. Ordo *S. Benedicti* Sæculo XVI. dedit Ecclesiæ sex illustres Scriptores Ecclesiasticos, quorum optimus est *Gregorius Cortesius*, natione Italus, patria Mutinensis, primum Abbas Cassinensis, postea S. R. E. Cardinalis, Theologiæ & utriusque Juris peritissimus. Alter Scriptor Benedictinus, est *Jacobus Billius Bruneus*, natione Belga, & Abbas *S. Michaëlis* in Eremo, Monachus Græcè ac Latinè doctissimus, qui multa Patrum Græcorum Opera Latinè reddidit. Tertius Scriptor Monachus Benedictinos, est *Othomarus Luscinius*, patria Argentoratensis, qui Ascetica Opera lucubravit. Quartus Scriptor Monachus Benedictinus, est *Ludovicus Blosius*, natione Belga, qui libros itidem Asceticos publicavit. *Joannes Docaus*, natione Gallus, & ex Monacho Benedictino Episcopus Laudunensis in Gallis, Opera Theologica & Ascetica evulgavit. Denique *Isidorus Clarius*, natione Italus, patria Brixiensis, Monachus Cassinensis, & postea Episcopus Fulginas, Italicè *Fuligno*, trium Linguarum peritus, Sacrorum Bibliorum novam versionem adornavit, aliaque perdocta scripsit Opera, & elegantes Orationes.

His illustrioribus Ordinis Monastici Scriptoribus unum alium duntaxat Cisterciensem Monachum, natione Hispanum, addam, videlicèt *Cyprianum*, appellatum *Phœnicem Hispaniæ*, qui multarum linguarum peritissimus, perdoctos in Sacram Scripturam edidit Commentarios.

Scriptores Sæculi XVI. Ordinis Prædicatorum.

Inter Scriptores Ordinis Prædicatorum, qui Sæculo XVI. Cardinalitia, vel Episcopali dignitate insigniti, illustriores fuerunt, sunt isti, videlicèt *Thomas de Vio*, natione Italus, patria *Cajetanus*, unde illi *Cajetani* nomen adhæsit. Fuit sublimissimus Theologus, Scripturæ Sacræ Interpres, totius Ordinis Prædicatorum Magister Generalis, & postea S. R. E. Cardinalis. *Augustinus Justinianus*, patria Genuensis, & Nebiensis in Corsica Episcopus, Sacrarum Litterarum & Linguarum Orientalium peritissimus. *Didacus Deza*, Doctor Salmanticensis, Archiepiscopus Hispalensis, & postea Toletanus, clarissimus fuit Theologus, & Scripturæ Sacræ Interpres. *Jacobus Naclantus*, patria Florentinus, & Episcopus Clodiensis, seu Clugiensis in Patriarchatu Veneto, plura Philosophica, Theologica edidit Opera, & Commentarios in Scripturam Sacram. *Joannes Faber*, Episc. Viennensis, natione Germanus, multa contra Hæreticos polemica scripsit Opera. *Melchior Canus*, natione Hispanus, & Episcopus Canariensis, insignis fuit Theologus, & elegantissimus Scriptor. *Ambrosius Catharinus*, natione Italus, patria Senensis, primum Minorensis Episc. dein Compsanus in Regno Neapolitano Archiepiscopus, omni Disciplinarum genere fuit excultus. *Guillelmus Parvi*, Theologus Parisiensis, natione Gallus, Episcopus Trecensis, & postea Sylvanectensis, eximius Theologus, & in doctrina SS. Patrum versatissimus fuit. *Bartholomæus Caranza*, patria Mirandensis in Regno Navarræ, Archiepiscopus Toletanus, Theologiæ & utriusque Juris peritissimus fuit. *Bartholomæus à Martyribus*, natione Lusitanus, & Archiepiscopus Bracarensis, doctrina & vitæ sanctimonia parem non habuit.

Inter Scriptores ejusdem Ordinis Prædicatorum, qui Sæculo XVI. nulla Ecclesiastica dignitate exornati, doctrina ac pietate floruerunt, principem locum obtinere debent *Franciscus à Victoria*, *Dominicus Soto*,

Soto, *Petrus Soto*, *Franciscus Ferrariensis*, Ordinis Prædicatorum Magister Generalis, *Franciscus Forerius*, *Bartholomæus Medina*, *Dominicus Bannes*, *Sixtus Senensis*, *Silvester Prieras*, Sacri Palatii Apostolici Magister, *Bartholomæus de Spina*, *Vincentius Bandellus à Castro Novo*, Ordinis Prædicatorum Generalis Magister, *Cyprianus Benetus*, *Joannes Brunderius*, *Chrysostomus Javellus*, *Ambrosius Pelargus*, *Joannes Ludovicus Vyraldus*, *Joannes Viguerius*, & *Arnoldus Badetus*, qui omnes fuerunt doctissimi & omnibus numeris absoluti Theologi.

Inter peritos Ordinis Prædicatorum Sæculi XVI. Scripturæ Sacræ interpretes primas tenent *Santes Pagninus*, natione Italus, patriâ Lucensis, trium Linguarum, sed Hebrææ potissimum, longè peritissimus; & *Hieronymus Oleaster*, natione Lusitanus; quibus addi possunt, *Jacobus Magdalius*, natione Batavus, Hebraicè & Græcè doctus, *Damianus Crassus*, Ripalensis, *Dominicus Bruchius*, Catharensis, *Joannes Udalricus*, Basileensis, & *Placidus Parmensis*, natione Italus, qui Commentarios in Scripturam Sacram adornarunt.

Inter celebriores Scriptores Historicos, qui Sæculo XVI. in Ordine Prædicatorum claruerunt, tres potissimùm numerantur, videlicèt *Leandes Albertus*, patriâ Bononiensis, *Bernardus*, dictus *Luxemburgius*, à natali loco in Belgio, ubi natus est, & *Thomas Fazellus*, natione Siculus.

Denique, ex innumeris propemodùm Scriptoribus Asceticis, seu Concionatoribus, quos Sæculo XVI. protulit Ordo Prædicatorum, duos profecto omni exceptione majores, *S. Ludovicum Bertrandum*, & *Ludovicum Granatensem*, natione Hispanos, quibus addi potest *Joannes Tabiensis*, gente Italus, qui Authorest Summæ Casuum Conscientiæ, quæ dicitur *Tabiena*.

Scriptores Ordinis FF. Minorum Sæculi XVI.

Scriptores Ordinis FF. Minorum, qui Sæculo XVI. Linguarum Orientalium notitiâ præditi, novas Scripturæ Sacræ versiones, vel Commentarios in Scripturam Sacram adornârunt, maximè celebrantur *Franciscus Ximenius è Cysneros*, natione Hispanus, Archiepiscopus Toletanus, & S. R. E. Cardinalis, *Franciscus Titelmanus* Leodiensis, *Henricus Regius*, Padebornensis, *Joannes Ferus*, natione Germanus, *Nicolaus Grandis*, Sacræ Facult. Parisiensis Doctor; *Seraphinus Cumiranus*, patriâ Feltrensis.

Concilio Generali Tridentino magnâ cum sui nominis laude interfuerunt doctissimi Ord. Minorum Theologi, *Cornelius Mussus*, natione Italus, & Episcopus Bituntinus, *Andreas Vega*, natione Hispanus, & *Michael de Medina*, gente itidem Hispanus. Alios eximios Theologos eodem Sæculo XVI. protulit Ordo FF. Minorum, quos inter potissimùm censentur *Marcus Viguerius*, natione Italus, *Franciscus Lichetus*, Brixiensis, *Conradus Cligius*, natione Germanus, *Clemens Dolera*, natione Italus, *Didacus Stella*, natione Lusitanus, *Petrus Crabbius*, *Alphonsus à Castro*, *Petrus Galatinus*, & alii penè innumeri Theologi Scholastici, qui de Formalitatibus *Scoti* scripserunt, ac subtilissimos Tractatus Scholasticos ediderunt.

Scriptores Canonicorum Regularium & Eremitarum Ordinis S. Augustini Sæculi XVI.

Ægidius, Viterbiensis, natione Italus, & S. R. E. Cardinalis, Sacrarum Litterarum scientiâ & Historiarum notitiâ cumulatissimè fuit instructus. *Felix Pratensis*, natione Etruscus, Scripturæ Sacræ Interpres. *Hieronymus Seripandus*, S. R. E. Cardinalis, eximiam eruditionem cum prudentia & pietate conjunxit. *Joannes Garetius*, patriâ Lovaniensis, doctissimus fuit Scriptor Polemicus. *S. Thomas à Villa Nova*, natione Hispanus, in agro Toletano natus, fervidus Concionator, & Scriptor fuit Asceticus, *Josephus Pamphilus*, patriâ Veronensis & Signinus Episcopus, condidit Chronica Ordinis sui, seu Eremitarum S. Augustini. *Philippus Bergomas*, natione Italus, antiquitatis studiosissimus, & Scriptor Chronographus. *Onuphrius Panvinius*, patriâ Veronensis, eruditus Scriptor Historicus.

Inter Clericos, seu Canonicos Regulares Ordinis *S. Augustini* tres præsertim Sæculo XVI. illustriores Scriptores numerantur, videlicèt *Martinus Azpilcueta*, vulgò dictus *Navarrus*, quòd è Navarræ Regno oriundus esset, vir toto Orbe celeberrimus, & in utriusque Juris scientiâ versatissimus. *Augustinus Steuchus*, patriâ Eugubinus, & *Basilius Zanchius*, Congregationis Lateranensis Canonicus Regularis, & Vaticanæ Bibliothecæ Custos.

Scriptores Ordinis Carmelitarum Sæculi Decimi sexti.

Ordinem Carmelitarum Sæculo XVI. doctrina & pietate illostrârunt benè multi peritissimi Theologi, qui egregios Commentarios in Summam *S. Thomæ Aquinatis* lucubrârunt, ejusque illibatam doctrinam pro aris ac focis defenderunt, latèque propagârunt, maximè in Ordine Carmelitarum Excalceatorum, quorum Mater est *S. Theresia*, Abulæ in Hispania Sæculo XVI. nata, quæ, ob præclara & fulidam spirantia pietatem ab illa edita Opera, verè dici potest *Doctrix disciplinæ Dei*, & *Electrix operum illius*. Claruerunt quoque Sæculo XVI. in Ordine Carmelitarum *Everardus Billichius*, Coloniensis, Scriptor Polemicus, & *Baptista Mantuanus*, cognomento dictus *Spagnolus*, seu *Hispaniolus*, gente Italus, patriâ Mantuanus, Ordinis Carmelitarum Generalis Præfectus, Linguarum Latinæ & Hebraicæ notitiâ excultus, Theologus, & Poëta optimus.

Scri-

Scriptores Societatis Jesu Sæculi XVI.

S. Ignatius de Loyola, natione Hispanus, Ordinis Jesoitarum, seu Societatis Jesu, Parens ac Conditor, floruit Sæculo XVI. & admirabilem composuit *Exercitiorum spiritualium* librum. In hoc clarissimo Societatis Jesu Ordine, cujus fundamenta jecit *S. Ignatius de Loyola*, plures Sæculo XVI. doctrinâ & pietate effulserunt Scriptores, quorom nomina dumtaxat & patriam, ut brevitati consulam, hic indigitare sufficiet, maximè cum omnibus notissimi sint. Est enim operæ sopervacaneæ, & inanis prorsùs laboris, ea, quæ omnibus nota sunt & per se clara, grandioribus verbis illustrare. *Jacobus Laynes*, natione Hispanus, post *S. Ignatium*, Societatis Jesu Præpositus Generalis, præclara reliquit ingenii & eruditionis monumenta. *S. Franciscus Xaverius*, natione Hispanus, pro salute animarum zelo Apostolico succensus, complures Epistolas, & quædam Ascetica edidit Opuscula. *Martinus Olavius*, natione Hispanus, insignis fuit Theologus. *Petrus Canisius*, natione Belga, doctrinâ ac præstantis ingenii monomentis Societatem Jesu illustravit. *Henricus Canisius*, natione Belga, in Jus Canonicum & Civile erudita edidit Opera. *Fransiscus Ribera*, natione Hispanus, Linguarum Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ peritus fuit, & in Sanctorum Patrum Operibus versatus. *Joannes Ferdinandus*, natione Hispanus, Scriptor fuit Asceticus, & Scripturæ Sacræ Interpres. *Alphonsus Salmeron* natione Hispanus, insignis Theologus, Scriptor Polemicus, & Scripturæ Sacræ Ioterpres. *Hieronymus Pradus*, natione Hispanus, Scriptor foit exegeticus, seu scripturæ Sacræ ioterpres. *Franciscus Toletus*, natione Hispanus, & S. R. E. Cardinalis, Scriptor fuit Asceticus, & Scripturæ Sacræ Interpres. *Blasius Vegas*, natione Lusitaous, Commentarios edidit in *Apocalypsin*. *Joannes Maldonatus*, natione Hispanus, doctissimis Commentariis Sacram Scripturam interpretatus est. *Emmanuel Sà*, natione Lusitanus, in exponendis iridem Sacris Litteris magnam apud Viros eruditos existimationem consecutus est. Denique, prætermitti non debent tres Societatis Jesu Sctiptores Theologi, *Ludovicus Molina*; natione Hispanus, *Joannes Hamelius*, & *Leonardus Lessius*.

Scriptores, qui in utroque Jure Canonico & Civile periti, Sæculo Decimo sexto floruerunt.

In Galliis Sæculo XVI. floruerunt celebriores Jurisconsulti, *Petrus Rebuffus*, *Raymundus Rufus*, *Andreas Tiraquellus*, *Joannes Quintinus*, *Joannes Stephanus Durantius*, *Barnabas Brissonius*, *Bertraudus Argentræus*, *Jacobus Cujacius*, *Nicolaus Boërius*, *Renatus Chioppinus*, & *Petrus Gregorius*. Consultò prætermissi *Carolum Molinæum*, ad Classem Hæreticorum primæ Classis in Indice Romano ablegatum.

In Italia Sæc. XVI. Illustres Jurisconsulti ac Jurisprudentiæ periti fuerunt *Hugo Boncompagnus*, qui postea summus Pontifex fuit, dictus *Gregorius XIII.* Cardinalis *Laurentius Campegius*, *Petrus Paulus Parisius*, *Andreas Alciatus*, *Augustinus Berojus*, *Joannes Paulus Lancellotius*, *Joannes Franciscus Sannazarius*, Prosper *Sanctacrucius*, & *Guido Pancirolus*.

Hispaniam Sæculo XVI. octo potissimùm doctissimi Jurisconsulti illostrárunt, videlicet *Ludovicus Gomesius*, *Didacus Covaruvias*, *Antonius Covaruvias*, *Antonius Augustinus*, *Joannes Bernardus Dias*, *Franciscus Vargas*, *Garcias Loaysa*, & *Martinus de Azpilcueta*, dictus *Doctor Navarrus*, cujus jam superiùs mentionem fecimus.

Denique Sæculo XVI. de Jure tam Canonico, quàm Civili principè meriti sunt *Sebastianus Brant*, natione Germanus, *Daniel Venatorius*, natione itidem Germanus, *Boërius Epo*, natione Frisius, *Joannes Leunclavius*, è Westphalia oriundus, & *Franciscus Balduinus*, gente Gallus, omnium Sæculi XVI. Jurisconsultorum facilè Princeps.

Scriptores Sæculi XVII.

Innumeros penè Scriptores, qui Sæculo Ecclesiæ decimo septimo prodierunt, varias in classes distributos hic recensere pergam, ut quilibet confestim percipere possit nationem & statum cujuslibet Authoris istius Sæculi, nec non Artes, Scientias, ac Disciplinas, in quibus potissimùm quisque excelluit. A Gallis aotem Scriptoribus exordium ducam.

Scriptores, qui in Clero Sæculari, vel in statu Laicali Sæculo XVII. floruerunt.

Jacobus David Perronius, Archiepiscopus Senonensis, & S R. E. Cardinalis, doctissima, cedroque digna adversùs Hæreticos edidit Opera. *Armandus Plessæus*, Lucionensis Episcopus, & S. R. E. Cardinalis, in confutandis pariter Hæreticorum erroribus strenuam operam adhibuit. His duobus doctissimis Galliæ Cardinalibus adjungam novem clarissimos Episcopos, qui in Galliis Sæculo XVII. præluxerunt. Hi autem sunt *Petrus de Marca*, Archiepiscopus Parisiensis, *Gabriel Albaspinæus*, Episcopus Aurelianensis, *Arnaldus Pontacus*, Episcopus Vasatensis, *Henricus Spondanus*, Appamiensis Episcopus, *Daniel Huetius*, Episcopus Abrincensis, *Jacobus Benignus Bossuet*, Meldensis Episcopus, *Franciscus Genetus*, Vasionensis Episcopus, *Franciscus Bosquetus*, Episcopus Monspeliensis, & *Josephus Maria Suares*, Episcopus Vasionensis. Hi novem Galliarum Episcopi celeberrimi, totius Antiquitatis, Sacræ, Ecclesiasticæ, ac prophanæ peritissimi, Opera Theologica, Polemica, Historica, Critica, Exegetica & Ascetica lucubrárunt.

In Sacra Facultate Parisiensi Sæc. XVII. claruerunt Theologi, quos inter, Clero Sæculari addictos, celebriores fuerunt *Andreas du Vallius, Nicolaus Isambertus, Philippus Gamachaus, Joannes Launojus, Petrus Aurelius, Petrus Nicolius, Ludovicus Ellias Dupinus Antonius Arnaldus, Jacobus Sanbovius*, *Bonus Merbesius, Joannes Grancolas, Joannes Gerbesius, Jacobus Boileau, Joannes Baptista Thiers, Franciscus Feu, Joannes Baptista du Hamel*, *Martinus Grandin, Carolus du Plessis Dargentre, Nicolaus l' Herminier, & Ludovicus Habert.*

In Sacris Scripturis interpretandis, vel in earum adornandis versionibus, studium operamque in Galliis posuerunt *Isaacus le Maitre De Sacy, Antonius Godeau*, Episcopus Venciensis, *Michaël de Marolles*, *Franciscus Veron, Dionysius Amelotte, Carolus Hure*, *Joannes Bouhorus*, *Guido Michaël le Jay*, qui magnis sumptibus Biblia *Heptaglotta*, seu Polyglotta, Parisiis excudi curavit; *Valerianus de Flavigni, Nicolaus Toinardus, Ludovicus Ferrandus, Philippus Codurc &c.*

Inter Gallos Scriptores Historicos, qui Sæculo XVII. floruerunt, è Clero Sæculari Viri *Ludovicus Sebastianus le Nain de Tillemont*, *Henricus Valesius*, qui *Eusebii, Socratis, Sozomeni, Theodoreti, Evagrii, Philostorgii*, & *Theodori Lectoris* Historiam Ecclesiasticam cum Notis ac Dissertationibus Græco-Latinam publicavit. *Claudius Fleuri*, & *Franciscus de Choisy* Historiam Ecclesiasticam Gallico Idiomate concinnârunt, *Petrus Faidit* aliqua Historico-Critica Opuscula Gallicè edidit. *Jacobus Augustus Thuanus* scripsit Historiam Concilii Tridentini, necnon Historiam sui temporis. Historiam Byzantinam descripsit *Carolus Dufresnius Du Cangius*. Scriptores Historicas Rerum Francicarum & Rerum Normannicarum vulgavit *Andreas Duchesnius*. Francorum Historiam Gallicè litteris consignârunt *Hadrianus Valesius*, *Mezeraus*, *Dupleixius, Petrus Matthæus, Varillasius*, & *Ludovicus Gerardus de Cordemoy* De Antiquitatibus Vesontinis scripsit *Joannes Jacobus Chiffletius*. In Re Antiquaria, seu Nummismatum notitia excelluit *Vallantius*, cujus vestigia pressit *Ignatius Amat de Graveson*. In Gallicis vel Latinis versionibus Operum Scriptorum Græcorum palmam cæteris præripuerunt *Joannes Baptista Cotelerius, & Arnaldus Andillaus*, frater *Antonii Arnaldi*, Doctoris Sorbonici. Inter Scriptores Gallos Sacræ Antiquitatis studiosos locum jure meritò obtinere debent *Stephanus Baluzius*, *Eusebius Renaudotius*, *Ludovicus Du Four de Longuerue*. In colligendis ac Gallico Idiomate describendis Gestis seu Vitis Sanctorum insudârunt *Hadrianus Bailletus*, & *Godefridus Hermantius.*

Inter Asceticos Scriptores, seo Concionatores Gallos, qui Sæculo XVII. claruerunt, principem locum tenere debent *Julius Mascaron*, Episcopus Aginnensis, *Spiritus Flexerius*, Episcopus Nemausiensis, *P. Massilion*, nunc Episcopus, Claromontanus *Claudius Joli*, *Nicolaus le Torneux*, quibus addi debet *Andreas de Sauffay*, in Ritibus Ecclesiasticis versatissimus.

In Jure Canonico & Civili maximam laudem in Galliis promeriti sunt *Talonius, Hieronymus Bignonius, Antonius Arualdus*, pater *Antonii Arnaldi*, Doctoris Sorbonici, *Fevretus, Antonius Dadinus Altaserra*, *Franciscus de Roya, Joannes Doujatius*, *Franciscus Pinssonius, Emericus Bigotius, Joannes Dartis, Franciscus Florentius, Nicolaus Rigaltius, Olivarius Patru, Franciscus le Maitre* &c.

Denique, in perpolienda lingua Gallica egregiam operam Sæculo XVII. navârunt, *Vaugelasius, Petrurius, Sarrasinus*, *Balsacius, Menagius, Furetorius, Richeletius*, & alii.

Consultò inter illustres Gallos Sæculi XVII. Scriptores non retuli *Philippum Morneum Plessaeum, Isaacum Casaubonum*, *Samuelem Bochartum*, *Joannem Clericum, Samuelem Basnagium, Davidem Blondellum*, *Joannem Dallaum, Albertinum, Larroquium*, *Claudium Salmasium, & Petrum Alixium*. Hos, inquam, Scriptores, quamvis, si unum aut alterum excipias, natione Gallos, ideò non percensui, quia Calvinianæ Hæreseos labe fuerunt infecti. At, prætermittere haud debeo duos insignes Scriptores Gallos, *Blasium Pascalium*, qui XVII. Sæculo in Mathematicis Disciplinis secundum non habuit, & *Paulum Pelisson Fontanier*, qui elegantissimam Academiæ Franciæ scripsit Historiam.

Scriptores Itali, qui è Clero Sæculari floruerunt XVII. Sæculo.

Antiquitatem Sacram, Ecclesiasticam, & Prophanam multi è Clero Sæculari Scriptores Itali doctissimis suis lucubrationibus Sæc. XVII. illustrârunt, inter quos præcipuè numerari debent *Petrus Marcellinus Corradinus*, S. R. E. Cardinalis, qui etiamnum vivit, *Joannes Ciampinus*, Apostolicorum Brevium Magister, *Franciscus Maria Florentinus, Ludovicus Antonius Muratorius*, Doctor Collegii Ambrosiani, *Laurentius Alexander Zacagnius*, Bibliothecæ Vaticanæ Custos, *Octavius Ferrarius*, Mediolanensis, *Franciscus Collius*, Doctor Collegii Ambrosiani, *Laurentius Pignorius*, Patavinus, *Philippus à Turre*, Episcopus Adriensis, *Augustinus Inveges*, Siculus, Annalium Urbis Panormitanæ Scriptor, *Antonius Mongitor* Siculus, & Bibliothecæ Siculæ Author, *Rochus Pirrus*, Siculus, qui Chronologiam Regum Siciliæ edidit, *Leonardus Adamus*, Wolsinensis, linguæ Græcæ peritissimus, qui nuperrimè in suæ juventutis flore magno Reipubl. litterariæ damno Romæ è vivis sublatus est. Quatuor Italiæ Scriptores, videlicet *Franciscus Bianchinus*, *Justus Fontaninus*, *Joannes Vignolius*, Bibliothecæ Vaticanæ Custos, & *Blasius Garofalo* Romæ adhuc vivunt, & Rempublicam Litterariam suis lucubrationibus illustrare ac locupletare pergunt. Prætermittere haud debeo duos Italiæ clarissimos Viros, qui Sæc. XVII. Sacræ

& Ec-

& Ecclesiasticæ Antiquitatis studiosissimi fuerunt, videlicèt *Hieronymum Casanate*, S. R. E. Cardinalem, & *Antonium Magliabecum*, quorum prior de toto FF. Prædicatorum Ordine benè meritus, & *Sanct. Thomæ* Aquinatis doctrinæ addictissimus, Romæ in Conventu Minervitano exegit monumentum ære perennius, & ut verbis utar Authoris libri II. Macheb. cap. 2. *Construens Bibliothecam, congregavit de regionibus libros.* Alter verò, seu *Magliabecus*, Magni Etruriæ Ducis Bibliothecæ Præfectus, Florentiæ claruit, quem viri eruditi plurimis laudibus celebrârunt, eumque, dum viveret, tanquam Musæum inambulans, & vivem Bibliothecam suspexerunt.

His illustrioribus Italiæ Sæculi XVII. Scriptoribus quinque alios, Antiquitatis itidem Ecclesiasticæ cultores eximios, adjungam, qui, licet natione Itali non fuerint, sedem tamen suam in Italia fixerunt, ibique Sacræ, & Ecclesiasticæ Antiquitati illustrandæ egregiam operam navârunt. Hi autem sunt: *Petrus Arcudius*, Græcus Insulæ Corcyræ, *Lucas Holstenius*, patriâ Hamburgensis, & Vaticanæ Bibliothecæ Custos, *Leo Allatius*, Græcus Insulæ Chios, *Emmanuel Schelstratus*, natione Belga, patria Antverpiensis, & Vaticanæ Bibliothecæ Custos, *Abrahamus* Ecchellensis, natione Maronite, quorum Opere à viris eruditis plurimùm commendantur.

In Canonici, Civilisque Juris notitie, excelluerunt in Italia Sæc. XVII. *Prosper Fagnanus*, *Joannes Paulus Lancellotus*, & *Augustinus Barbosa*, qui etsi Lusitanus natione fuerit, floruit tamen in Italia.

Scriptores Germaniæ, Belgii, & Bataviæ, qui nec Monasticam, nec Regularem vitam amplexi Sæculo decimo septimo floruerunt.

In Germanie Sæculo XVII. claruerunt plures Scriptores Linguarum Orientalium peritissimi Grammatici, Historici, Antiquarii, Philologi, & in Mathematicis Disciplinis versatissimi, quos inter illustriores sunt isti: *Lambecius, Marquardus Freherus, Philippus Cluverius, Ezechiel Spanhemius, Gaspar Barthius, Gaspar Scioppius, Joannes Wolfius, Christianus Wolfius, Joannes Fridericus Gronovius, Fridericus Spanhemius, Joannes Buxtorfius, Joannes Albertus Fabricius*, & alii.

In Belgio illustres Theologi floruerunt *Franciscus Sylvius, Joannes Opstraet, Gummarus Huygens, Martinus Steyaert, Zegerus* utriusque Juris callentissimus, *Aubertus Miræus*, Antiquitatis & Historiæ Ecclesiasticæ studiosissimus. Claruerunt quoque in Belgio egregii Scriptores Philologi, & Critices Disciplinæ periti, *Gerardus Joannes Vossius, Isaacus Vossius, Janus Gruterus, Daniel Heinsius, Andreas Valerius*, qui edidit Bibliothecam Belgicam, & *Antonius Sanderus*, qui Bibliothecam manuscriptam Belgii publicavit.

Postremò in Batavia prodierunt haud pauci Scriptores Philologi, Critici, Antiquarii, & Historici, quorum præcipui sunt *Jacobus Gronovius, Joannes Georgius Gravius, Joannes Henricus Hottingerus, Samuel Petiscus, Paulus Bauldri, Joannes Vorstius, Christophorus Brovverus, & Christianus Vrstisius.* Prætermittere non debeo *Joannem Nercassel*, Catholicorum in Batavia Episcopum Castoriensem, qui Latinè edidit tres eruditos Tractatus.

Scriptores Hispani, qui nec Monasticæ, nec Regulari Vitæ addicti Sæculo XVII. claruerunt.

Hieronymus Gonzalez, utriusque Juris peritissimus fuit. *Emmanuel Gonzales Telles*, edidit Commentaria in quinque libros Decretalium *Gregorii IX. Joannes Palafox*, Episcopus Angelopolitanus in nova Hispania Americæ, præter plures Epistolas, & aliquot Ascetica Opuscula, scripsit Epistolam lectu dignissimam ad *Innocentium X.* Pontificem Maximum. *Josephus Stephanus*, vulgò *Esteve*, Episcopus Oriolensis, illustrandis Patrum Operibus seriò adjecit animum, & quædam ingenii sui edidit monumenta, quæ omnibus viris eruditis maximè probantur. *Franciscus Pegna*, Aragonios, plures libros de rebus Theologicis, Canonicis, Historicis & Asceticis scripsit, & Dierium Congregationum de Divinis Auxiliis, quæ sob Summis Pontific. *Clemente VIII.* & *Paulo V.* habitæ sunt, & in quibus ipse partes hebuit plurimas, adornavit. Denique, *Nicolaus Antonius Bibliothecam Hispanam*, in qua gentis suæ illustrium Scriptorum elogia texit, duobus voluminibus comprehensam, publicâ luce donavit.

Scriptores Angli Sæculi XVII.

Missis Hæreticis Anglis Scriptoribus, qui Sæculo XVII. datâ Operâ Ecclesiæ Romanæ Dogmata afflati spiritu hæretico oppugnârunt, eos hic duntaxat proferam, qui Antiquitati, seu Historiæ & doctrinæ Temporum illustrandæ utilem operam impenderunt. In primis, Doctores Catholici plurimum commendant Biblia Polyglotta, quæ *Anglicana*, vel *Londinensia*, appellantur. Dein, Chronologiam, seu doctrinam Temporum, illustrârunt *Joannes Seldenus, Jacobus Usserius*, & *Henricus Dodvvellus*, Vindicias Epistolarum *S. Ignatii* Martyris scripsit *Joannes Pearsonus*. Opera *S. Joannis Chrysostomi* Græcè edidit *Henricus Savilius*. Britannica Concilia collegit *Henricus Spelmannus*. Codicem Canonum Ecclesiæ primitivæ vindicavit *Gulielmus Beveregius*. Scriptorum Ecclesiasticorum Historiam Litterariam contexuit *Gulielmus Cave*. Historiam Britannicam, & *Elizabethæ* Reginæ Angliæ, scripsit *Guillelmus Camdenus*. Censuram celebrium Authorum publicavit *Thomas Pope Blount*. Agmen Scriptorum Angliæ Sæculi XVII. claudet *Henricus Holden*, Sac. Fac. Parisiensis Doctor Theologus, qui scripsit librum *de Analysi Fidei.*

Scriptores Monachi Sæculi XVII.

In Galliis Sæculo XVII. complures clarissimi Scriptores Monachi Ordinis *S. Benedicti*, Congregationis *S. Mauri*, floruerunt, & Antiquitati Sacræ, Ecclesiasticæ & Prophanæ perdoctis suis Operibus maximum splendorem conciliárunt. Hos inter præcipui, & illustriores censentur *Hugo Menardus, Lucas Dacherius, Joannes Mabillonius, Theodoricus Ruinartus, Petrus Coustant, Franciscus Lamy, Edmundus Martene, Hugo Mathoudus, Joannes Martianaus, Dionysius Sammarthanus*, qui etiamnum vivit, *Nicolaus le Nourri*, qui adhuc vivit, *Bernardus de Montfaucon*, qui eruditissimis libris Rempublicam Litterariam hactenùs illustravit, & nunc etiam præclaris ingenii sui monumentis illustrare & locupletare pergit. His Scriptoribus Galliis Monachis Benedictinis lubens adjungam *Jacobum Boffutium*, Gallicè *le Boffu*, origine Parisinum, Doctorem Sorbonicum, qui unà cum *Ludovico de Creil*, Doctore itidem Sorbonico, Congregationibus de Divinis Auxiliis sub *Clemente* VII. & *Paulo* V. habitis Doctorinam Thomistarum de Gratia seipsa efficaci pro ariesc focis propugnavit.

In Italia duo celebres Scriptores Monachi Benedictini Sæculo XVII. floruerunt, videlicèt *Constantinus Cajetanus*, Abbas, & *Benedictus Bachini*, Monachus Cassinensis. In Hispania Sæculo XVII. doctrinâ & pietate præfulsit *Josephus de Aguirre*, Hispaniarum Congregationis Benedictinæ Præfectus Generalis, & posteà, ob summam, quâ pollebat, eruditionem creatus S. R. E. Cardinalis. In Belgio floruerunt adhuc duo insignes Scriptores Monachi Benedictini, toti Orbi Litterario notissimi, *Matthæus Petit-Didier*, & *Augustinus Calmet*.

Inter Scriptores Monachos Cistercienses Sæc. XVII. laudantur præsertim *Joannes Bona*, natione Italus, Monachorum Cistercienſium, qui *Fulienses* dicuntur, Abbas in Italia Generalis, & posteà S. R. E. Cardinalis, piusjuxta ac doctus; *Ferdinandus Ughellus*, natione Italus, qui novem publicavit Tomos *d. Italia Sacra*; *Paulus Pezron*, Abbas, natione Gallus, Facultatis Parisiensis Doctor, & tum sacræ, tum prophanæ eruditionis laude clarissimus, & *Armandus Joannes Butillierius Ranceus*, natione Gallus, Abbas Monasterii *Domus Dei de Trappa* Cistercienſis Ordinis restitutor, qui multa Ascetica, eaque doctissima Opera publicam in lucem emisit.

Ex Scriptoribus Monachis Carthusianis Sæc. XVII. unum instar omnium proferam *Nicolaum Dargonne*, natione Gallum, in doctrina SS. Patrum exercitatissimum, qui librum Gallicè edidit de methodo legendi Opera Sanctorum Patrum. Denique, è Monachorum Camaldulensium Ordine, unum dumtaxat mihi notum, laudabo Scriptorem *Guidonem Grandi*, natione Italum, qui paucis abhinc annis doctissimas *Dissertationes Camaldulenses* publicavit, & adhuc vivit.

Scriptores Ordinis Prædicatorum sæculi XVII.

In Ordine Prædicatorum floruerunt Sæc. Ecclesiæ XVII, quinque doctrinâ & pietate præstantissimi Cardinales, nimirùm *Vincentius Maculanus*, natione Italus, *Raymundus Capisfuchus*, natione Italus, *Thomas Hovvardus*, natione Anglus, *Thomas Maria Ferrari*, natione Italus, & *Vincentius Maria Ursinus*, ex illustrissima Ducum familia in Italia oriundus, qui adhuc vivit, & Ecclesiam Beneventanam, cujus Archiepiscopus est, sanctissimè regit. Hos Prædicatorum Ordinis Cardinales, toto Orbe celeberrimos nominâsse, laudâsse est.

Doctissimos Episcopos Sæc. XVII. dedit Ecclesiæ Sacer Prædicatorum Ordo, & ex uno solo Cœnobio Romano *S. Mariæ super Minervam*, prodierunt quinque illustres Dominicani, qui Episcopalibus Infulis fuerunt in Galliis insigniti, videlicet *Michaël Mazarinus*, Archiepiscopus Aquensis, & posteà S. R. E. Cardinalis, *Hyacinthus Serroni*, Archiepiscopus Albiensis, *Stephanus Dulcius*, *Dominicus de Marinis*, & *Hyacinthus Libelli*, qui sibi in Archiepiscopatu Avenionensi successerunt. Floruerunt etiam in Galliis duo alii Episcopi singulari doctrinâ, & eximia pietate præditi, *Nicolaus Coeffeteau*, Episcopus Massiliensis, egregius Hæresum debellator, & *Ludovicus de Veryins*, Archiepiscopus Narbonensis. In Italia *Josephus Ciantes*, Marsicensis Episcopus, *Dominicus Maria Marchesius*, Episcopus Puteolanus, & *Raphaël Maria Filamundus*, Bibliothecarius Casanatensis, & posteà Episcopus Suessanus, præclaris editis lucubrationibus, eruditionis laude claruerunt. In Hispania verò *Petrus Herrera*, Episcopus Canariensis, *Petrus Godoi*, Episcopus Oxomensis, *Petrus de Tappia*, Episcopus Seguntinus, *Hieronymus Baptista de La Nuza*, Episcopus Albaracinensis, maximam apud omnes doctrinæ & Sanctitatis famam sibi comparârunt.

Vix numerari possunt Scriptores Ordinis Prædicatorum, qui Sæc. XVII. de rebus Theologicis, Historicis, Polemicis, Moralibus, & Asceticis doctissima opera vulgârunt. Inter Scriptores Theologos Ordinis Prædicatorum, reponi jure merito debent *Thomas de Lemos*, *Didacus Alvarez*, qui ad Archiepiscopatum Tranensem posteà provectus est, *Joannes à S. Thoma*, *Franciscus Aravio*, ad Episcopatum Segoviensem assumptus; *Gonzales de Albenda*, *Petrus Ledesma*, *Didacus Nunno*, *Marcus Serra*, *Vincentius Ferre*, *Joannes Gonzalez de Leon*, & alii natione Hispani. In Gallia præstantissimi Ord. Prædicatorum Theologi fuerunt *Joannes Baptista Gonetus*, *Vincentius Contensonus*, *Joannes Nicolai*, *Bernardus Guyard*, *Petrus Labat*, *Vincentius Casalas*, *Ludovicus Bancellus*, & P. *Rabaudi*, Regius in Academia Tolosana Theologiæ Professor, qui adhuc vivit. His Gallis Theologis duos ejusdem nationis addam doctrinâ & pietate conspicuos, videlicèt *Antonium Reginaldum*, & *An-*

& Antonium Massoulie. Inter Theologos Italiæ Ordinis Prædicatorum censentur *Thomas Campanella, Josephus à Vita, Joannes Paulus Nazarius, Paulus Maria Cauvinus,* & alii.

In Classe Scriptorum Historicorum Ordinis Prædicatorum Sæculi XVII. locum jure optimo habere debent *Abrahamus Bzovius*, oatione Polonus, *Alphonsus Ciaconius*, natione Hispanus, *Natalis Alexander*, natione Gallus, *Hyacinthus Serry*, natione Gallus, qni præter alia Opera Theologica, *Historiam Congregationum de Divinis Auxiliis* concinnavit: *Thomas Malvenda*, natione Hispanus, qui præter alia Opera, Annales Familiæ Domioicanæ contexuit, *P. Percin*, netione Gallus, qui scripsit *Historiam Albigensium, & Monumenta Tolosana.* Ad hanc Scriptorum Historicorum Ordinis Prædicatorum classem revocari debent nonnulli alii ejusdem Ordinis Scriprores, qui Sæculo XVII. in colligendis Vitis Virorum illustrium Ordinis Prædicatorum, eorumque illostrandis Operibus insudarunt, inter quos præcipui sunt *Petrus Mallet*, natione Gallus, Sacræ Fac. Parisiensis Doctor, *Jacobus Quetif*, natione Gallus, *Thomas Soneges*, Gallus, *Ambrosius Altamura Vincentius Maria Fontana, Joannes Michaël Cavalieri*, natione Itali, & *Jacobus Echardus*, gente Gallus.

In Theologie Polemica excelluerunt *Dominicus Gravina*, natione Italos, *P. Boucquin*, Gallus, & *Ludovicus Vincentius Gotti*, Italus.

De Theologia Morali scripserunt *Franciscus Ghetius*, *Julius Mercorus*, natione Itali, *Jacobus à S. Dominico. Vincentius Baronius, P. Mayol, & P. La Fout*, oatione Galli. *Franciscus Chaussemer*, natione Gallus, Sacræ Facult. Parisiensis Doctor, & Christianissimo Regi *Ludovico XIV.* à Coucionibus, aliquot Moralia, seu Ascetica edidit Opuscula.

Cursus Philosophicos Thomisticos publicarunt, *P. Mailhat, Antonius Goudin, Alexander Piny, Nicolaus Asnu*, *P. Guerinoir*, netioni Galli. *Seraphinus* quoque *Picinardi*, natione Italus, præter alia, quæ scripsit Opera, edidit *Dogmaticam Philosophiam.*

In scientia Juris Canonici, & Civilis claruit *Petrus Maria Passerinus*, natione Italus, & Ordinis Prædicatorum Procurator Generalis.

Postremò, in illustrandis, & latinè vertendis Scriptorum Græcorum Operibus egregiam operam impenderunt, quatuor celebres Dominicani, linguæ Græcæ peritissimi, videlicèt *Franciscus Combesisius*, *Jacobus Goar*, *Michaël Wanslebius*, Linguarum Orientalium notitia apprimè exculti, & *Michaël le Quien*, natione Galli, quibus eddam *Julianam Morell.* Bercinone natam, quæ in Convento Avenionensi Monialium *S. Praxedis*, Ordinis Prædicatorum, omninium ferè Linguarum, Hebraicæ, Chaldaicæ, Syriacæ, Græcæ, Latinæ, Gallicæ, Hispanicæ, & Italicæ peritie Sæculo XVII. resplenduit.

Scriptores Ordinis S. Francisci Sæculi Decimi septimi.

Inter Scriptores Theologos Ordinis *S. Francisci*, qui Sæculo XVII. florueront, illustriores sunt, *Laurentius Brancatus de Lauraa*, natione Italus, & S. R. E. Cardioalis, *Franciscus Macedo*, nationc Italus, *Claudius Frassen*, natiooe Gallus, *Gabriel Boyvin, Bartholomaus Durandus*, natione Galli, *Antonius Capellus*, natione Italus, & *Franciscus Maria Assermet*, gente Gallus,

Scriptoribus Polemicis Ordinis S. Francisci Sæculi XVII. jure merito accenseri debent *Franciscus Fevardentius*, gente Gallus, & *Franciscus Porterus*, natiooe Hibernus.

Vincentius Maria Coronellus, natione Italus, inter FF. Minores, qui *Conventuales* appellantur, celebris fuit Geographus, & plura Cosmographica edidit Opera. *Joannes de la Haye*, natione Gallus, edidit *Biblia Magna*, & alia Opera. *Franciscus Panigarola*, natione Italus, & *Franciscus Maria Cassini*, gente etiam Italus, & S. R. E. Cardinalis, plura reliquerunt Concionum Vulumina. Denique, inter Scriptores Historicos Ordinis *S. Francisci* Sæculi XVII. primas tenere debent *Lucas Wadinghus*, oatione Hibernus, *Zatharias Boverius*, natione Italus, *Antonius Pagius & Fransiscus Pagius*, natione Galli.

Scriptores Eremitarum, & Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini, qui floruerunt Sæculo XVII.

In Ordine Eremitarnm *S. Augustini* elatuerunt Sæculo XVII. eximii Theologi, & Antiquitatis cùm Sacræ, tùm Ecclesiasticæ ac Prophanæ studiosissimi cultores, quorum præcipui sunt *Gregorius Nunnius Coronellus*, natione Lusitanus, Theologiæ Doctor celebris, & Congregationum *de Divinis Auxiliis*, Secretarius & Consultor. *Angelus Rocca*, natione Italus, Episcupus Tegastensis, Theologiæ, ac Linguarum Græcæ aa Latinæ peritissimus fuit. *Henricus Norisius*, natione Italus, & S. R. E. Cardinalis, omni Disciplinarum genere fuit instructus, Theulogus, Criticus, Chronographus, & Historicus. *Guillelmus Bonjour*, natione Gallus, Sacræ Antiquitatis, & Chronologiæ cultor fuit & Linguarum Orientalium peritus. *Christianus Lupus*, natione Belga, ad illustrandam Historiam ac Disciplinam Ecclesiasticam plures libros locubravit. *Augustinus Lubinus*, natione Gallus, patria Parisinus, multa scripsit Opera Geographica. *Petrus Lambertus le Drou*, natione Belga, & Episcopus Porphyriensis, *Fridericus Nicolaus Gavardus, & Fulgentius Belleli*, de rebus Theologicis perdoctè scripserunt.

Ex clarissimo Canonicorum Regularium Ordine *S. Augustini*, prodierunt Sæculo XVII. aliquot illostres Scriptores, videlicèt *Petrus l'Allemant*, natione Gallus, Canonicus

Regularis Sanctæ *Genovefa*, & Universitatis Parisiensis Cancellarius, Scriptor Asceticus; *Joannes Fronteau*, natione Gallus, ejusdem Congregationis *S. Genovefa* Canonicos Regularis, & Universitatis Parisiensis Cancellarius, Linguarum peritus, & in Historia Sacra, Ecclesiastica, & Prophana versatissimus fuit. *Jacobus Marsolier* in Vitis Sanctorum, & illustrium virorum Gallicè describendis excelluit.

Casimirus Oudinus, natione Belga, Canonicus Regularis Ordinis Præmonstratensium, edidit Supplementum ad librum Cardinalis *Bellarmini* de Scriptoribus Ecclesiasticis, & *P. Hugo* natione itidem Belga, & ejusdem Præmonstratensium Ordinis Canonicus Regularis, aliquot Opuscula Critica & Dogmatica publica luce donavit.

Scriptores Ordinis Carmelitarum Sæculi XVII.

In Ordine Carmelitarum, quos vulgò Calceatos vocant, sub finem Sæculi XVII. & initium Sæculi XVIII. duo insignes fuerunt Scriptores, seu *Henricus à S. Ignatio*, natione Belga, & *Ambrosius Gardebosc*, natione Gallus, quorum prior grande Opusde Doctrina Morali, in tres Tomos in Folio tributum, publici juris fecit, cui titulus est: *Ethica amoris, &c.* Alter verò, seu *Ambrosius Gardebosc*, Historiam Ecclesiasticam describendam suscepit, sed inopinata morte abreptus, duorum dumtaxat priorum Ecclesiæ Sæculorum Historiam absolvit.

In Ordine Carmelitarum, quos Discalceatos, vel Theresianos, vocant, Sæculo XVII. præter Salmanticenses ejusdem Familiæ Theresianæ Theologos, præter *Philippum à SS. Trinitate, Dominicum à SS. Trinitate, Joannem à Cruce, Joannem à Jesu Maria, Ludovicum à S. Theresia, P. Liberium*, aliosque Scriptores, qui de Theologia Scholastica, Thetica, Polemica, Mystica, seu Ascetica, ingentia non minùs mole, quam eruditione Volumina publicarunt, duo insuper ejusdem Familiæ Theresianæ periti Critici Scriptores, natione Galli, qui etiamnum vivunt, suum nomen longè lateque celebrarunt, quorum prior, seu *Cherubin à Sancto Josepho*, immensum Opus aggressus est, cui titulus est: *Bibliotheca Critica Sacra*, &c. Alter verò, seu *Honoratus à S. Maria*, nuper librum Gallicè scripsit *de Regulis & usu Criticæ Disciplina, &c.*

Scriptores Societatis Jesu Sæculi XVII.

Plures Scriptores, eruditione insignes, Scripturæ Sacræ Interpretes, Theologos, Polemicos, Criticos, Chronographos, Historicos, & aliis Disciplinis cùm Divinis, tum humanis exercitatissimos, Ecclesiæ Sæculo XVII. dedit Societas Jesu, seu Jesuitarum Ordo. Inter Scripturæ Sacræ Interpretes principem locum tenent *Jacobus Salianus, Joannes Baptista Villalpandus, Benedictus Justinianus, Joannes Mariana, Joannes Latinus, Jacobus Tirinus, Cornelius à Lapide, Joannes Pineda, Jacobus Bonfrerius, Joannes Stephanus Menochius, Jacobus Gordon, Benedictus Pererius, Joannes Phelippaus, Nicolaus Serarius, & Martinus Antonius Delrius.*

E Theologis Societatis Jesu alii Commentarios, vel de rebus Theologicis, Disputationes instituerunt, videlicèt Cardinalis *de Lugo, Franciscus Suares, Gabriel Vasques, Gregorius de Valentia, Fonseca, Herice, Granado, Typhanius*, alii ad fulciendum Molinianum de scientia media Systema libros publicarunt, nimirùm *Ferdinandus de Castida, Petrus Arrubal, Christophorus Cobos, Leonardus Sherlogus, Gabriel Henao, Jacobus Platelius, Eugenius Philadelphus, Christophorus Ortega, Franciscus Petrinus*, &c. Alii contra doctrinam *Michaëlis Baji, & Cornelii Jansenii*, Episcopi Iprensis, calamum acuerunt, scilicet *Franciscus Annatus, Joannes Martinus Ripalda, Stephanus Deschamps*, & *Joannes Martinonus*, seu, per Anagramma purum, *Joannes Mortaires*; Alii denique contra Probabilismum & indè enatas in Disciplina morum laxitates eruditos libros ediderunt, *Paulus Comitolus Tyrsus Gonzales*, Societatis Jesu Præpositus Generalis, *Franciscus Malatra, & P. Gisbertus.* Cæteros Societatis Jesu, qui de morum doctrina scripserunt, *Tamburinum, Baunium, Escobarium, Filliutium, Sanchem, Azorium, Sanctium, Tanuerum, Reginaldum, Mascarenham, Busembaum*, Hos, inquam, & alios bene multos modernos Societatis Jesu Scriptores, qui de doctrina Morali libros vulgarunt, ne longior sim, lubens prætermitto.

Ex Scriptoribus Polemicis Societatis Jesu, tres potissimum Sæculo XVII. claruerunt, *Robertus Bellarminus*, S. R. E. Cardinalis, *Jacobus Gretserus, & Martinus Becanus.* Inter Scriptores verò ejusdem Societatis, qui in Antiquitate Ecclesiastica, Critices, ac Chronologiæ Disciplinis versatissimi fuerunt, cæteris antecelluerunt *Dionysius Petavius, Jacobus Sirmondus, Philippus Labbaus, Gabriel Cossartius, Petrus Possinus, Antonius Possevinus, Fronto Ducaus, Andreas Schottus, Petrus Franciscus Chiffletius, Joannes Garnerius, Theophilus Raynaudus, Joannes Harduinus, & Bartholomaus Germonius.* Inter Asceticos ejusdem Societatis Jesu Sæculi XVII. Scriptores cæteris eloquentiæ palmam præripuerunt *Petrus Ribadeneira, Rodrigues, & Segneri.*

Denique inter Societatis Jesu Sæculi XVII. Scriptores Historicos reponi jure meritò debent *Maffaus, Orlandinus, Sachinus, & Josephus Jouvanci*, qui Historiam Societatis Jesu elegenti calamo scripserunt; Cardinalis *Palavicinus*, qui Historiam Concilii Tridentini concinnavit; *Horatius Tursellinus, Famianus Strada, Philippus Brietius, Bussieres, & Gabriel Daniel.*

Ad hanc Scriptorum Historicorum classem referri quoque debent non solùm illi, qui Bibliothecam Scriptorum Societ. Jesu adornarunt, videlicèt *Philippus Alegambe, & Nathanaël Sotuelus*, sed etiam hi ejusdem Socie-

Societatis Scriptores, qui ingens Opus in plura volomina distributum *de Vitis*, & *Actis Sanctorum* aggressi sunt, *Heribertus Rosweidus*, *Joannes Bollandus*, *Godefridus Henschenius*, *Daniel Papebrochius*, *Cardonus*, *Conradus Janning*, *Franciscus Baert*, *Nicolaus Rayè*, & *Joannes Baptista Sollerius*.

Scriptores Congregationis Oratorii Jesu Saeculi Decimi septimi.

Petrus Berullus, natione Gallus, Congregationis Gallicanæ *Oratorii Jesu* Institutor, & S. R. E. Cardinalis, varios Tractatus Polemicos, & quædam Opera Ascetica composuit. *Claudius Condreu*, gente Gallus, & Congregationis *Oratorii Jesu* Præpositus Generalis, diversos scripsit Tractatus Asceticos, Polemicos & Morales. Artem concionandi in Galliis perpolivit, & non minus doctis, quàm elegantibus editis Asceticis Operibus illustravit R. P. *Senault*, natione Gallus. Inter Theologos Congregationis Gallicanæ Oratorii Jesu Sæc. XVII. locum habere debent *Guillelmus Gibiuffus*, *Guillelmus Camerarius*, & *Gaspar Juenninus*. In Sacrarum Scripturarum, & Linguarum Orientalium peritia excelluerunt Sæc. XVII. quinque insignes Gallicanæ Congregationis Oratorii Jesu, Scriptores, videlicèt *Joannes Morinus*, *Bernardus Lamy*, *Richardus Simonius*, *Michaël Maudnit*, & *Jacobus le Long*. Historiam & Disciplinam Ecclesiasticam præclaris, & nunquam interituris Operibus illustrarunt quatuor eximii ejusdem Gallicanæ Congregationis Oratorii Jesu Scriptores, scilicèt *Carolus Cointius*, *Gerardus du Bois*, *Ludovicus Thomassinus*, & *Joannes Cabassutius*.

In Congregatione Italica Oratorii Jesu, cujus Institutor ac Conditor fuit *S. Philippus Nerius*, tres floruerunt periti Scriptores, nimirum *Odoricus Raynaldus*, qui Annales Ecclesiasticos, à Cardinali *Baronio* ad an. usque MCXCVIII. perductos, indefesso labore continuavit; *Antonius Gallonius*, Scriptor antiquitatis Ecclesiasticæ studiosissimus, ut videre est in perdoctis Operibus, quæ edidit; & *Jacobus Laderchius*, Scriptor Historicus, qui etiamnum Romæ vivit, & Continuationem Historiæ Ecclesiasticæ, ab *Odorico Raynaldo* concinnatæ, ad hæcusque nostra tempora prosequitur.

Scriptores quorumdam Ordinum Regularium, qui Decimo septimo Saeculo floruerunt.

In Ordine *B. Mariæ de Mercede* claruit *Franciscus Zumel*, ejusdem Ordinis Præpositus Generalis, Theologus undecumque doctissimus, & doctrinæ Sanctorum *Augustini*, & *Thomæ* de Gratia se ipsa efficaci, & prædestinatione gratuita ad gloriam, defensor intrepidus.

In Ordine Clericorum Regularium, qui vulgò *Barnabitæ* appellantur, floruit Sæculo XVII. *Augustinus Torniellus*, qui Annales Sacræ Historiæ à Creatione Mundi usque ad Christum incredibili labore & diligentia primus digessit.

In Ordine Clericorum Regularium, qui *Theatini* nuncupantur, toto Orbe Sæc. XVII. celeberrimus fuit *Josephus Maria Thomasius*, à *Clemente XI.* Cardinalis creatus, qui generis nobilitate, vitæ sanctimonia, Antiquitatis Ecclesiasticæ, & Linguarum Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ, peritia, multisque doctissimis editis Operibus, nomen suum reddidit immortale.

In Congregatione Doctrinæ Christianæ, quæ à venerabili Servo Dei *Cæsare de Bus* in Galliis sub Pontificatu *S. Pii V.* instituta est, celebres Scriptores fuerunt *Arnaldus Milhetus* & *Petrus Aunatus*, ejusdem Congregations Præpositi Generales.

Postremò, Ordo Minimorum, seu *S. Francisci de Paula*, protulit Sæculo XVII. plures insignes Philosophos, *Emmanuelem Magnanum*, *Marinum Mersennum*, *Joannem l'Alemandet*, *Joannem Saguens*, natione Gallos, *Franciscum Polancum*, gente Hispanum, qui etiam præter Opera Philosophica, de rebus Theologicis scripserunt. *Theologiam Patrum Dogmaticam*, *Scholastico-Positivam* nuperrimè aggressus est *R. P. Antonius Boucat*, ejusdem Ordinis *S. Francisci de Paula* Professor, natione Gallus, jamque Tomus primus in Fulio in lucem prodiit. Inter omnes Scriptores Asceticos ejusdem Ordinis, qui penè innumeri sunt, eminet *Franciscus Giri*, natione Gallus, qui Tomum in Folio *de Vitis Sanctorum* Gallicè scripsit. *Petrus Jacobus Tristan* contexuit *Chronicon Illustrium Scriptorum Ordinis Minimorum*. In tertium Ordinem *S. Francisci de Paula* adscriptus est *S. Franciscus Salesius*, gente Allobrox, posteà Episcopus Gebennensis, qui plures libros Asceticos publicæ luci dedit.

TABULA CHRONOLOGICA
DECIMA QUARTA, ET ULTIMA.

In qua exhibentur omnes Ordines cum Monastici, tum Regulares, nec non variæ Congregationes, & Ordines Equestres, ac Militares.

Etsi in tribus prioribus Ecclesiæ Sæculis fuerint Anachoretæ, seu Eremi Incolæ, qui vitam asceticam in solitudine religiosè ducerent, non altiùs tamen, quàm à quarto Ecclesiæ Sæc. imperante *Constantino Magno*, repetam institutionem Monachorum, qui in eodem Cœnobio communibus bonis utuntur, & sub uno Præfecto Abbate eamdem Regulam simul profitentur. Ut autem omnes Ordines cum Monasticos, tùm Regulares, nec non Ordines Equestres & Militares, qui à quarto Ecclesiæ Sæculo ad nostram usque ætatem fuerunt instituti, distinctè & accuratè percensere valeamus, eos omnes, juxta ordinem Sæculorum, in quibus originem ha-

habuerunt, hic inserere opportuniùs esse duximus: Non negantes tamen in prioribus Ecclesiæ Sæculis fuisse Monasticum Institutum.

Ordines Monastici, qui Sæculo IV. fuerunt in Ecclesia instituti.

Ordo Monachorum *Sancti Antonii* ab eodem *S. Antonio*, Ægyptio Abbate, circa annum CCCX. in Thebaide, Ægypti Provincia, institutos est.

Ordo Monachorum *Tabennitarum* in eadem Thebaide, Tabennis, qui locus in Nili fluminis Insula situs est, institutus fuit à *S. Pachomio* Abbate circà annum CCCXX.

Ordo Monachorum *Basilianorum* circa annum CCCLXIII. Mazazæ in Ponto institutus est à *S. Basilio*, posteà Cæsareæ in Cappadocia Episcopo, cujus Regulam Monachi sequuntur, & per totam Græciam magno numero degunt.

Ordines Monastici Sæculo Ecclesiæ quinto instituti.

Plures Sæculi quinti viri pietate illustres Statum Monasticum longè latèque, præsertim in Galliis, propagârunt. *Cassianus* Abbas duo Monachorum Cœnobia Massiliæ excitavit, eisque specialem Regulam dedit. *S. Honoratus*, Episcopus Arelatensis, fundavit *Monasterium Lerinense*, in quo doctrinâ & pietate floruerunt celeberrimi Monachi, qui *S. Honorati* Regulam observabant, sed posteà Regulam *S. Benedicti* Abbatis susceperunt. Monachi Cœnobii Agannensis, quod nunc vulgò appellatur *Cœnobium S. Mauritii* in Vallesia, peculiarem servabant Regulam à *S. Severino*, ejusdem Monasterii Agaunensis Abbate, editam. *S. Martinus*, Turonensis Episcopus, insigne Monasterium, duobus ferè millibus extra civitatem Turonensem distans, quodque hactenus *Majus Monasterium* appellatur, construxit. Multa etiam in Galliis quinto Ecclesiæ sæculo fuerunt celeberrima Cœnobia, in quibus Monachi sanctissimè vivebant, præsertim Monasteria *Jurensia*, duo videlicèt virorum, & unum puellarum in Diœcesi Lugdunensi fundata: Monasteria *Grinniacensia*, Viennæ in Gallia: *Reomaense* Monasterium in Diœcesi Lingonensi: & Monasterium *Lugdunense* apud Insulam, *Barbaram* dictam, extructum.

In Ecclesia Orientali clarissimi Ordinis Monachorum, qui dicti sunt *Acœmeti*, fundator extitit quinto Sæculo *S. Alexander*, cujus vitam ab Auctore Monacho Acœmero, ejus Discipulo, scriptam, edidit *Bollandus* ad diem XV. mensis Januarii.

Ordines Monastici Sexto Ecclesiæ Sæculo instituti.

Statui Monastico in Occidente maximum splendorem & incrementum dederunt sexto Ecclesiæ Sæculo Viri sanctimonia vitæ conspicui. *S. Cæsarius*, Arelatensis Episcopus, duas scripsit Regulas, unam pro Sanctimonialibus, alteram pro Monachis. *S. Benedictus* Monachorum per Occidentem parens, Ordinem Monachorum Benedictinorum instituit, eisque peculiarem Regulam tradidit. Sanctus *Columbanus* Abbas Hibernus, multa in Gallia & in Italia fundavit Cœnobia Monachorum, & Regulam, quam sequerentur, condidit. *S. Aurelianus*, Episcopus Arelatensis, duplicem scripsit Regulam, unam Monachis, alteram Sacris Virginibus inscriptam. *S. Ferreolus*, Ucetiæ in Gallia Episcopus, Monasterium in ea Urbe excitavit, quod de suo nomine *Ferriolacense* nuncupavit, scripsitque pro Monachis Regulam. *S. Donatus*, Episcopus Vesuntiensis, Monasterium sub Regula *S. Columbani* Abbatis extruxit, & Regulam pro Sanctimonialibus scripsit. *S. Isidorus*, Hispalensis Episcopus, Regulam, ex priorum Patrum Regulis concinnatam, Monachis Hispaniæ tradidit, & *S. Fructuosus*, Episcopus Bracarensis, duplicem pro Monachis edidit Regulam, & Monasticum Institutum in Hispania maximè propagavit. Has omnes Regulas, tàm pro Monachis, quàm pro Sanctimonialibus conditas, collegit, easque exhibet in *Codice Regularum* Cl. *Holstenius*, Bibliothecæ Vaticanæ Custos.

De Propagatione Status Monastici VII. Ecclesiæ Sæculo.

Nullus Ordo Monasticus Sæculo Ecclesiæ septimo fuit institutus, quædam tamen Monasteria non solùm Virorum, sed etiam Monacharum, quæ à Monachis regebantur, construxit in Belgio *S. Amandus*, videlicèt *Nivellense*, *Melbodiense*, *Castrilocense*, *Marcianense*, & alia. Nunc autem hæc Belgii Monasteria, in quibus erant Sanctimoniales, occupant Canonicæ, Nobili genere progenitæ, quæ nullo obstringuntur voto, sed ad nuptias, si voluerint, transire possunt. In Cœnobia verò Monachorum, quibus cura, seu regimen Sanctimonialium olim in Belgio incumbebat, successerunt Canonici, qui Canonicabus Sacramenta administrant.

De Propagatione Status Monastici Sæculo Ecclesiæ Octavo.

Regula *S. Benedicti* octavo Ecclesiæ Sæculo in Germania, Gallia & Anglia primas tenere cœpit, indeque factum, ut omnes in Occidente Monachi, qui antehac sequebantur Regulas, à Sanctis *Cæsario*, *Honorato*, *Aureliano*, *Martino*, *Columbano*, *Cassiano*, & aliis conditas, relictis hisce Regulis, unam *S. Benedicti* Regulam fuerint amplexi, hujusque Sanctissimi Patriarchæ alumni haberentur. Multa etiam in Germaniâ octavo Ecclesiæ Sæculo à Monachis Benedictinis extructa sunt Cœnobia, tam Virorum, quàm Sacrarum Virginum, quæ erant Seminaria & Scholæ, in quibus pueri ad Sacrarum Literarum studia instituebantur.

Aſt, in Gallia, Sæculo octavo miſerabilis planè fuit omnium Monaſteriorum ſtatus, quorum Abbatiæ ſub *Carolo Martello*, Majore Domus Regiæ, per deteſtabilem abuſum fæminis in Beneficium tradebantur. Hunc autem abuſum, quem in Galliis extirpare non potuerunt Reges *Carolomannus. Pippinus*, *Carolus Magnus*, *Ludovicus Pius*, & *Carolus Calvus*, tandem *Hugo Capetus*, tertiæ ſtirpis Regiæ in Galliis caput, datâ Monaſteriis eligendorum Abbatum Regularium integrâ libertate, penitùs ſuſtulit, ſicque deformatum Ordinem Monaſticum ad priſtinum ſplendorem reſtituit.

De Propagatione Statûs Monaſtici Nono Eccleſiæ Sæculo.

Nullus Ordo Monaſticus Sæculo nono fuit inſtitutus, ſed Ordo Monachorum Benedictinorum ubique floruit, Diſciplinæ Regularis inſtaurationem, & Literarum ſtudia in pluribus Monaſteriis magno zelo promovente *S. Benedicto*, Abbate Anianenſi. Inter præcipua Monachorum Benedictinorum Cœnobia, quæ Sæculo nono ſtudiis Literarum inſigniora fuerunt, numerantur, iſta: *Fuldenſe*, *Santigallenſe*, *Angienſe*. *Herſfeldenſe*, *Hirſaugienſe*, *S. Albani*, *Moguntienſe*, *Corbeienſe*, *Prumienſe*, *Mediolanenſe*, *Sandionyſianum*, *Pariſienſe*, *S. Maximini Trevirenſe*, *Stabulenſe*, & *Weiſenbergenſe*, *Remenſe*, *Antiſiodorenſe*, *Turonenſe*, quibus adjunguntur *Anianenſe*, *Floriacenſe*, *San-Germanenſe*, *Ferrarienſe*, *Gorzienſe*, *Inſulæ Barbaræ*, *Sancti Michaëlis Virodunenſe*, *Fontanellenſe*, *Sithienſe*, denique, apud Italos Cœnobia *Caſſinenſe*, *Ticinenſe*, & alia quàm plurima, in quibus Monachi Benedictini omnigenâ eruditione præditi, & eximia pietate conſpicui, claruerunt, varias docuerunt ſcientias, eiſque magnum ſplendorem conciliârunt.

De Propagatione Statûs Monaſtici X. Eccleſiæ Sæculo.

Sicùt Res Eccleſiaſtica, ita & Monaſtica Diſciplina Sæculo decimo, quod fuit perditiſſimum, peſſimo loco erat, in deteriuſque abiiſſet, niſi labenti ac penitùs decidenti manum ſuppoſuiſſet adjutricem, ſubindèque reſtauratam longè latèque propagaſſet nova Ordinis *S. Benedicti* inſtituta in Sæculo X. Congregatio, dicta *Cluniacenſis*, à *Willelmo Pio*, Comite Arvernenſi, & Aquitaniæ Duce, in fundo proprio in Burgundia ſito, ſeu in Villa *Cluniaco*, Diœceſis Matiſconenſis, extructa circa annum nongenteſimum decimum. Huic Abbatiæ Cluniacenſi præfuerunt Sancti Abbates, & Monaſticæ Diſciplinæ Ordinis *S. Benedicti* reſtauratores, ſeù reformatores, videlicèt *Berno*, *Odo*, *Aymardus*. *Mayolus*, & *Odilo*, quorum Elogia Hiſtorica texit doctiſſimus *P. Joannes Mabillonius* Sæculo V. Benedictino. Porrò, quantum ornamenti Eccleſiæ, quantúmve ad excitandam in ferreo & obſcuro Sæculo decimo religionem &

pietatem contulerit hæc celeberrima Cluniacenſis Congregatio, quot Cœnobia Ordinis *S. Benedicti* ubique gentium reformaverit, quot denique viros ſanctimoniâ, & doctrinâ celebres protulerit, enarrare nimis longum eſſet.

De propagatione Statûs Monaſtici, & de Ordinibus, ſeu Congregationibus Sæculo XI. in Eccleſia inſtitutis.

Multis Congregationibus & Ordinibus Monachorum initium dedit Sæculum undecimum. In primis Congregatio Monachorum Camaldulenſium Auctorem habet *S. Romualdum*, Ravennæ ex illuſtriſſima progenie ortum. Hæc Congregatio ſub Regula *S. Benedicti* inſtituta, *Camaldulenſis* dicta eſt, à *Camalduli*, ſeu Campi *Malduli* Eremo, ubi *S. Romualdus*, illius fundamenta jecit, ac plura poſteà tam Cœnobitarum, quàm Eremitarum ejuſdem Camaldulenſis Congregationis, quibus habitum coloris albi dedit, pluribus in locis Monaſteria excitavit. In hanc Camaldulenſium Congregationem, quæ à Romanis Pontificibus *Leone IX. Nicolao II.* & *Alexandro II.* fuit confirmata, coaluit alia Eremitarum Congregatio *Fontis Avellani*, quæ eodem Sæculo XI. originem habuit, maximèque inclaruit per *S. Petrum Damiani*, qui de ejus Inſtitutis ſcripſit.

Congregationem Monachorum *Valumbroſanam*, ita dictam à *Valle Umbroſa* quæ itinere dimidii diei ab Urbe Florentia diſtat, inſtituit ſub Sancti *Benedicti Regula S. Joannes Gualbertus*, patriâ Florentinus. Fuit hæc Monachorum *Vallis Umbroſæ* Congregatio approbata à Summis Pontificibus *Alexandro II. Gregorio VII.* & *Urbano II.*

Ordinem Monachorum *Grandimontenſium S. Stephanus de Mureto*, Nobilis Arvernus, inſtituit in nemoroſo monte, qui tribus leucis à Lemovicarum Urbe in Gallia diſtat, & *Muretum* dicitur. Sed quia hujus Ordinis Monachi montem *Muretum*, relinquere coacti, ad *Grandem Montem* poſteà migrârunt, indè dicti ſunt Monachi *Grandimontenſes*. Propriam ac peculiarem Regulam ſuis Monachis dedit *S. Stephanus*, Grandimontenſis Ordinis Fundator, eamque Pontifices Maximi *Urbanus III.* & *Clemens III.* confirmârunt.

Ordo Monachorum *Carthuſianorum* fuit circa annum MLXXXIV. à *S. Brunone*, patriâ Colonienſi, inſtitutus in Galliis, videlicèt in Carthuſiæ ſolitudine, Diœceſis Gratianopolitanæ, ab *Hugone*, Epiſcopo Gratianopolitano, conceſſâ *S. Brunoni*, ipſiuſque Sociis, ad ſolitariam vitam anhelantibus. Ab hoc Solitariæ vitæ cum perpetua cilicii, ſilentii, jejunii, à carnibus abſtinentiæ obſervatione, auſteràque Diſciplinâ conjunctæ Sanctiſſimo Inſtituto hactenùs nè latum quidem unguem receſſerunt Monachi Carthuſiani, nec ullâ proindè reformatione indiguerunt.

Ordinem Monachorum *Cisterciensium* sub finem Sæculi XI. in Diœcesi Cabilonensi & Burgundiæ Ducatu instituit *S. Robertus*, Abbas Cœnobii Molismensis, acceptâ priùs licentiâ ab *Hugone*, Archiepiscopo Lugdunensi, Legeto Apostolico, & à *Waltere*, Cabilonensi Episcopo, atque ope *Odonis*, Borgundiæ Ducis. Hunc Monachorum Cisterciensium Ordinem doctrinâ & pietate Sæculo Ecclesiæ duodecimo maximè promovit & illustravit *S. Bernardus*, Abbas Clarævallensis.

Ordini *Hospitalariorum S. Antonii* Abbatis sub finem Sæculi undecimi initium dedit in Galliis *Gasto*, Vir Nobilis Provinciæ Viennensis. Hic quippè cum *Gerino*, filio suo, adjunctis octo Sodalibus, sese addixit ministerio infirmorum, qui præsertim Sacro igne (morbo id ætatis frequenti) ardebant. Verùm, hæc pia Societas in Religiosum dumtaxat Ordinem transiit Sæculo decimo tertio, seu anno millesimo ducentesimo decimo octavo, quo *Falco*, qui huic piæ Sæculari Societati præerat, se, suosque solemnibus Religionis votis, approbante *Honorio III.* Pontifice Maximo obstrinxit. Tandem *Bonifacius VIII.* Summus Pontifex anno MCCXCVII. Religiosos prædicti Antoniani Ordinis declaravit Canonicos Regulares sub Regula *S. Augustini*, servato signo *Tau*, seu Cruce Cærulea, quam suis vestibus intextam semper gerunt.

Ordines cùm Monastici, tum Religiosi Equestres, ac Militares, qui fuerunt instituti duodecimo Ecclesiæ Sæculo.

Ordo Monachorum & Monialium *Fontisbraldensis*, Gallicè *de Fontevraud*, fuit in Galliis sub initium Sæculi XII. à *Roberto de Arbrissello*, Theologo Parisiensi, institutus apud hujus nominis locum in Diœcesi Pictaviensi, non procul à Turonum, & Andegavorum finibus, sub Regula *S. Benedicti*. Huic Ordini, præest Abbatissa Generalis, quæ non solùm Moniales, sed etiam Monachos regit, exemplo scilicèt *B. Mariæ* Virginis, cui tanquàm matri, *S. Joannes*, Evangelista, in filium adoptatus, paruit.

Inter perantiquas Ordinis *S. Benedicti* Congregationes locum jure optimo sibi vindicat *Virginiana* Monachorum Congregatio, cui initium dedit *S. Guilielmus Vercellis*, è nobilissima familia in Insubria natus, vitæ probitate & miraculorum famâ celebris, morumque suavitate omnibus, etiam Regibus ac Principibus apprimè charus. Hujus Congregationis Sæculo ineunte duodecimo fundamenta jecit laudatus *S. Guilielmus*, in cacumine montis asperi & inaccessi, olim in Regno Neapolitano *Virgiliani* nuncupati, qui posteà, ab eodem istius Congregationis Institutore *B. Mariæ* Virgini dicatus, *Mons Virginis*, dictus est, indèque Monachorum Congregatio, *Montis Virginis*, seu *Virginiana*, fuit appellata, quæ multis per Italiam extructis Cœnobiis latè propageta, plures Monachos eruditione & pietate eximiâ præditos dedit Ecclesiæ.

Canonicorum Regularium *S. Augustini* Ordinem Sæculo Ecclesiæ duodecimo latè propagavit *S. Ivo*, qui Monasterii Bellovacensis *S. Quintini* primus Abbas fuit, & posteà Episcopus Carnotensis. Prodierunt etiam Sæculo XII. celebres Canonicorum Regularium Ordinis *S. Augustini* congregationes, videlicèt in Galliis *Congregationes S. Victoris; & S. Genovefæ, Congregatio San-Rufiana*, sic dicta ab Abbatia *S. Rufi* extra muros Avenionenses, quæ hujus Congregationis *San-Rufianæ* caput erat; *Congregatio B. Petri de Honrsiis; Congregatio S. Salvatoris* apud Bononiem; *Congregatio Lateranensis*, & aliæ quædam. Novum quoque Canonicorum Regularium Ordinem Sæculo XII. instituit in Galliis *S. Norbertus* in Diœcesis Laudunensis loco, qui *Præmonstrates* dicitur, indèque Canonici Regulares Ordinis *S. Norberti* appellantur *Præmonstratensis*.

Ordo *Sanctissimæ Trinitatis* ad redemptionnem Captivorum sub finem Sæculi XII. institutus est à *S. Joanne de Matha*, in Gallo-Provincia nato, qui Theologus Parisiensis fuit, & à *S. Felice Valesiano*, in loco Diœcesis Meldensis, qui *Cervus Frigidus* dicitur, & est edhùc totius Ordinis Caput.

Ordo *Beguinarum* in Belgio à *Lamberte*, Sacerdote Leodiensi, Gallicè cognominato *le Begur*, quia balbus erat, Sæculo XII. fuit institutus, indèque Virgines, quæ religiosum istud vitæ genus amplexæ sunt, dicuntur *Beguinæ*, quæ piis operibus vacant, Divina Officia intersunt, & communi habitatione utuntur, sed nullis Votorum Regularium vinculis adstringuntur, longèque diversæ sunt eb illis *Beguinis*, quæ cum *Begnardis* in Concilio Generali Viennensi, an. MCCCXI. in Galliis habito, hæresis nomine fuerunt damnatæ.

Plures Equestres Ordines Religiosi ac Militares Sæculo Ecclesiæ XII. fuerunt instituti, quorum primus, isque cæteris illustrior, est *Ordo Hospitalariorum S. Joannis Hierosolymitani*, quamvis multi originem hujus Equestris Ordinis altiùs haud improbabilitèr accersant. Hujus Ordinis *Hospitalariorum S. Joannis Hierosolymitani* Religiosi Equites sub Regula *S. Augustini* Sacram militiam cum hospitalitate, atque infirmorum curâ profitentur. Post ereptam Christianis Palæstinam, dicti sunt *Equites Rhodii*, nunc amissa *Rhodo*, Equites *Melitenses* vocantur. Alter Ordo Equestris, est Ordo *Templariorum*, seu *Fratrum Militiæ Templi*, quibus ex officio incumbebat, Christianos ad Sacra Palæstinæ loca peregrinantes, à Christiani nominis hostium insidiis defendere, ac tueri. Verùm hic militaris *Templariorum* Ordo, cùm ab Instituti sui finepenitùs degeneràsset, extinctus & abolitus est à *Clemente V.* Pontifice Maximo, in Concilio Viennensi eo. MCCCXI. Tertius Ordo Equestris, ac Militaris, est Ordo *Equitum Teutonicorum* in Germaniâ, qui solemni voto, sub patrocinio *B. Mariæ* Virginis, se militiæ obstringebant, indeque dictus illorum Ordo *Equitum B. Mariæ Teutonicorum*, cui unitus posteà

postea fuit alter Ordo Equitum Militarium, videlicet *Gladiferorum*, qui in Livonia anno MCLXXXVI. ad debellandos Cruciatinimicos fuerat institutus. Denique, in Hispania Sæculo XII. ad defensionem Christianorum adversùs Saracenos, instituti sunt tres Ordines Equitum Militarium, seu Ordo Militum *Calatrava*, Instituti Cisterciensis; Ordo militiæ *S. Juliani de Peirero*, & Ordo Militiæ *S. Jacobi*. Consultò prætermisi Ordinem *Humiliatorum*, qui ab *Innocentio III.* circa annum MCC. fuit confirmatus. Hic quippè Ordo fuit abolitus à S. *Pio V.* Pontifice Maximo, propter insidias Sancto Cardinali *Carolo Borromæo* paratas anno MDLXX. sed prætermittere non debeo Ordinem *Hospitalariorum S. Spiritus*, apud Montem Pessulanum in Galliis institutum, & ab *Innocentio III.* Pontifice Maximo, circà annum MCXCVIII. confirmatum. Hic quippè Ordo *Equitum Hospitalariorum S. Spiritus* adhuc viget, præsertim Romæ.

Ordines Monastici, Regulares, & Equestres, seu Militares, decimo tertio Ecclesiæ Sæculo instituti.

Clarissimus Fratrum *Prædicatorum* Ordo, ex quo innumeri doctrinâ ac vitæ sanctimoniâ conspicui, atque de Ecclesia optimè meriti prodierunt Viri Religiosi, institutus est à *S. Dominico*, natione Hispano, ex illustrissima *Gusmanorum* prosapiâ oriundo, & Ecclesiæ Oxomensis Canonico Regulari Ordinis *S. Augustini*. Egregiam contra Hæreticos Albigenses in Gallia operam navavit Sanctissimus ille Patriarcha, primusque fuit Sacri Palatii Apostolici Magister. Hunc *S. Dominici* Ordinem anno MCCXVI. confirmavit *Honorius III.* Pontifex Maximus, eique Sacræ in Hæreticos Inquisitionis commissum est officium, quo ejusdem Ordinis alumni, sicut & Magisterio Sacri Palatii Apostolici, nec non Secretarii Congregationis *Indicis* munere summâ cum laude, & indefessâ sollicitudine ac vigilantiâ etiamnum perfunguntur.

Ordo FF. *Minorum* initium habuit à *S. Francisco*, Assisiano, qui eis arctissimam vivendi normam, & strictioris paupertatis professionem insignem, præscripsit. Instituit etiam idem *S. Franciscus*, unà cum Sancta *Clara*, Virgine Assisinate, in Ecclesia *S. Damiani* Sorores Moniales, quarum illæ, quæ primæ Ordinis asperitati inhæserunt, vocentur *Clarissæ*; *& Damianæ*, seu *Damianisticæ*, illæ verò, quæ mitigationem Regulæ ab *Urbano V.* Pontifice Maximo factam sequuntur, & prædia possident, appellantur *Urbanisticæ*.

Ordinis *Eremitarum S. Augustini* originem quidam accersunt à tempore *S. Augustini*, quem hujus Ordinis institutorem esse pertendunt. Alii verò asserunt, *Alexandrum IV.* Sæculo XIII. diversas Eremitarum Congregationes, quæ sub diversis Regulis, titulis, ac vestibus hac illac erant dispersæ in unam Eremitarum Ordinis & Regulæ *S. Augustini* observantiam, atque uniformem vivendi ac vestiendi modum redegisse, atque huic Ordini Eremitarum *S. Augustini* præfecisse primum Priorem Generalem *Lanfrancum Septalanum*, Mediolanensem.

Carmelitæ, qui antea sparsim in Monte Carmelo vitam Eremiticam egebant, Sæculo XII. simul convenisse dicuntur. Regulam, quam B. *Albertus*, Patriarcha Hierosolymitanus, eis præscripsit, confirmavit *Honorius III.* quæ tamen ab *Innocentio IV.* fuit posteà mitigata. Antiqui Carmelitarum habitûs formam mutavit *Honorius IV.* quam mutationem approbavit *Bonifacius VIII.* anno primo sui Pontificatus. Montis Carmeli incolas ex Oriente secum in Gallias deduxit *S. Ludovicus* Franciæ Rex, & in eo Regno Carmelitæ sedem figere cœperunt circa an. MCCLXIV.

Quatuor isti Ordines, quos Sæculo XIII. institutos percensui, seu *FF. Prædicatorum*, *FF. Minorum*, *Eremitarum S. Augustini*, *& Carmelitarum*, vulgò appellantur *Ordines Fr. Regularium Mendicantium*.

Ordo *S. Mariæ de Mercede*, ad redimendos ex Infidelium manibus captivos Christianos, à *Jacobo I.* Aragoniæ Rege, consilio *Raymundi de Pennafort*, Ordinis Prædicatorum, & operâ *S. Petri de Nolasco*, Nobilis Occitani, fuit Barcinone institutus, & à *Gregorio IX.* Pontifice Maximo, sub Regula *S. Augustini* anno MCCXXXV. approbatus.

Ordo *Servorum B. Mariæ Virginis* à septem Viris Nobilibus Florentinis sub Regula *S. Augustini* fuit institutus, & promovente *S. Petro* Martyre, Ordinis Prædicatorum, confirmatus est ab *Innocentio IV.* Pontifice Maximo.

Congregationem *Silvestrinorum* instituit *B. Silvester Guzolinus*, Canonicus Auximus, deinde Eremita, eamque confirmavit *Innocentius IV.* anno MCCXLVII.

Congregatio *Celestinorum* fundata est à *Petro de Morone* Eremita, qui posteà fuit Summus Pontifex dictus *Celestinus V.* indéque huic Congregationi inditum nomen *Celestinorum*, qui sequuntur Regulam *S. Benedicti*.

Ordo *Vallis-Scholarium* in Diœcesi Lingonensi, juxta *S. Augustini* Regulam, à *Guilielmo*, Sacræ Facult. Parisiensis Doct. fuit institutus, & confirmatus ab *Honorio III.* an. MCCXVIII. In eadem quoque Diœcesi Lingonensi alterum Ordinem, qui dicitur *Vallis Caulium*, sub districtiori Cisterciensium Instituto fundavit quidam nomine *Viardus*.

Ordo *Eremitarum S. Pauli* Budæ in Hungaria, ex Instituto nimirùm *S. Pauli*, primi Anachoretæ, Authore B. *Eusebio*, Strigoniensi Archiepiscopo, initium habuit circa annum MCCXV. sed fuit duntaxat confirmatus à Joanne XXII. anno MCCCXXVIII.

Præter istos Regulares Ordines sæculo XIII. institutos, duos Equestres ac Militares Ordines eodem Sæculo conditos, Romani Pontifices approbârunt. *Alexander IV.* anno MCCLIV. confirmavit Ordinem *Fratrum & Militum Hospitalis Leprosorum S. Lazari Hierosolymitani* sub Regula S. Augustini,

Urbanus IV. an. MCCLXI. confirmavit *Ordinem Equitum S. Mariæ Gloriosæ* sub Regula *S. Augustini*, conditum à F. *Bartholomæo*, patriâ Vicentino, Ordinis Prædicatorum, ad pacem & concordiam fovendam in his præsertim Italiæ Civitatibus, quæ cruentis Gibellinorum & Guelphorum factionibus, intestinis odiis, bellisque conflagrabant.

Ordines Monastici, Regulares, & Equestres, seu Militares decimo quarto Ecclesiæ Sæculo instituti.

Congregatio *Montis Oliveti* anno MCCCXIII. instituta est à *Bernardo Ptolomæo*, Nobili Senensi, qui in montem nominis *Oliveti* in Aretina Diœcesi cum Sociis secessit, asperam vivendi rationem sub Regula *S. Benedicti* professus. Hæc *Montis Oliveti* Congregatio confirmata fuit à *Clemente IV.* Pontifice Maximo anno MCCCXLIV.

Ordo *Brigidianorum*, sive *Sancti Salvatoris*, tam fœminarum, quàm Virorum (qui tamen Abbatissæ subjecti sunt) à *S. Brigida*, vel *Birgitta*, revelationibus & peregrinationibus clarâ, institutus est apud Wasthenam in Suecia. Regula, quam Christo, ùt ferunt, dictante hæc Sancta Vidua suis præscripsit, confirmata est ab *Urbano V.* an. MCCCLXX.

Ordo *Hieronymianorum*, seù Monachorum *S. Hieronymi*, à *Petro Ferdinando*, Hispano, institutus est, approbatus à *Gregorio XI.* circa annum MCCCLXXIV.

Alii *Eremitæ Sancti Hieronymi* circa annum MCCCLXXX. à *Petro Gambacurta*, Nobili Pisano, fuerunt instituti, qui nullis initio votis erant adstricti, sed *S. Pii V.* auctoritate Solemnia Religionis vota amplexi, Literis incumbere & concionibus operam dare cœperunt.

Ordo *S. Ambrosii* dudùm institutus, sed absque certâ Regulâ à Sede Apostolica approbatâ, fuit confirmatus sub Regula *S. Augustini* à *Gregorio IX.* anno MCCCLXXV. Caput hujus Ambrosiani Ordinis est Monasterium Mediolanense *S. Ambrosii ad Nemus.*

De industria prætermisi Ordinem *Jesuatorum*, sic appellatum, quòd ejus alumni Sanctissimum nomen *JESU* frequenter in ore haberent: quia licèt hic Ordo à *S. Joanne Columbano* Senis in Etruria fuerit institutus, & ab *Urbano V.* anno MCCCLXVII. confirmatus, postea tamen extinctus est à *Clemente IX.* anno MDCLXVIII.

Præter istos Monasticos & Regulares Ordines, qui Sæculo XIV. originem habuerunt, quidem Equestres & Militares Ordines fuerunt instituti. Duos Equestres Ordines, ad propulsandos Maurorum & Saracenorum incursus destinatos, approbavit Sæculo XIV. *Joannes XXII.* unum videlicèt in Aragonia, dictum *Ordinem Montesiæ*, ab Urbe Regni Aragoniæ, in qua hujus Ordinis Equestris Sedes præcipue constituta est. Hunc autem Ordinem confirmavit *Joannes XXII.* anno MCCCXVII. & post biennium approbavit idem Summus Pontifex alterum Ordinem Militarem in Lusitania institutum, dictum *Militiam*, seu *Ordinem Christi*. In Sicilia *Carolus Dirrachinus*, Rex, an. MCCCLXXXII. Ordinem Militarem *Equitum Navalium* instituit. Ordinem *Periscelidis*, suo in Angliæ Regno circa annum MCCCL. instituit *Eduardus VI.* sive ùt alii dicunt, *III.* cum hac Inscriptione: *Hony soit qui mal y pense.* Hic *Periscelidis* in Anglia Ordo Equestris quidem est, sed non Militaris, non secus ac Ordo dictus *Stella*, quem *Joannes*, Galliarum Rex, circa annum MCCCLI. instituit cum hoc Symbolo: *Monstrant Regibus Astra Viam.* Denique, *Amadeus VI.* Comes Sabaudiæ instituit Sæculo XIV. Torquatorum Equitum Ordinem in memoriam Annunciationis *B. Mariæ* Virginis, ob navalem Victoriam, quam die Annunciatæ *Mariæ* Virgini Sacrâ reportavit.

Ordines Monastici, Regulares, Equestres ac Militares Sæculo Decimo quinto instituti.

Ad reformandos Ordines sive Monasticos, sive Regulares, aliquot Congregationes Sæculo XV. fuerunt institutæ. Congregatio *S. Justinæ*, sic dicta ab ejus nominis Monasterio apud Patavium, initium habuit circa annum millesimum quadringentesimum octavum, & collapsam in Ordine *S. Benedicti* Monasticam Disciplinam totâ Italiâ restituit, dicta est etiam hæc Congregatio *Cassinensis*, quòd in Abbatia Montis Cassini maximè vigeret.

Congregatio *S. Bernardi* fuit in Hispania circa annum MCCCCXXV. instituta à *Martino Varga*, Monacho Cisterciensi, qui veterem Cisterciensium Ordinis Disciplinam, approbante *Martino V.* Pontifice Maximo, instauravit.

Congregatio *Bursfeldensis* in Germania circa an. millesimum quadringentesimum trigesimum quintum instituta, antiquam Monasticam Disciplinam, quæ in pluribus Germaniæ & Belgii Cœnobiis Ord. *S. Benedicti* erat collapsa, feliciter restituit.

Congregatio *Fesulana Eremitarum S. Hieronymi*, quæ jam fuerat inchoata anno millesimo trecentesimo octuagesimo, confirmata est ab *Innocentio VII.* anno MCCCCV. & Regulam *S. Augustini*, approbante *Eugenio IV.* ejusdem Congregationis Eremitæ amplexi sunt anno MCCCCXLI.

Ad reformandam Canonicam Disciplinam Canonicorum Regularium instituta est Sæculo XV. circa annum MCCCCVIII. Congregatio Canonicorum Regularium *S. Salvatoris Silva lacus* propè Senas à *Stephano*, Senensi, Ordinis Eremitarum *S. Augustini*, qui auctoritate *Gregorii XII.* Canonicus Regularis factus est. Hanc Canonicorum Regularium Congregationem vocat vulgus Ordinem *Scopetinorum* ab Ecclesia *S. Donati de Scopeto*, Florentiæ sitâ, quam huic Canonicorum Regularium *S. Salvatoris* Congregationi univit *Martinus V.* Celebris quoque fuit Sæculo XV. Canonicorum Regularium Congregatio instituta à *Bartholomæo Columna*, nobili Romano, quæ dicta fuit *Frisonaria*, quia in Monasterio S. Mariæ *Frisonaria*

naria non procul à *Luca*, Urbe Tusciæ, initium circa annum MCCCXCVI. habere cœpit, & tota deinde in Italia recepta est sub titulo Congregationis *Lateranensis*.

Multa Monasteria Ordinis *S. Francisci*, quæ ab antiqua severitate desciverant, ad avitam Disciplinam circa annum MCCCCXIX. revocavit *S. Bernardinus*, Senensis, ejusdem Ordinis, indeque Franciscani, qui huic reformationi adhæserunt, dicti sunt *Observantini*, quod strictiùs Regulam *S. Francisci* observent. Eodem Sæculo XV. *B. Coleta Boyleta*, Virgo Monialis Clarissa, Ordinis Monialium *S. Claræ* reformationis curam in Galliis suscepit.

Congregatio *Lombardiæ* Cremæ per *Gregorium Rocchium*, Papiensem, & *Gregorium*, Cremonensem, instituta est anno MCCCCXLIV. & emicat inter Congregationes reformatas calceatorum Eremitarum *S. Augustini*.

Ordo *Minimorum* à *S. Francisco de Paula*, sic dicto à patria in Calabria, fuit institutus, & Regulæ suæ confirmationem impetravit à *Sixto IX.* anno MCCCCLXXIII.

Congregatio *Discalceatorum Eremitarum* Ordinis *S. Augustini* auctorem habet *Baptistam Poggium*, fuitque confirmata à *Sixto IV.* anno MCCCCLXXIV.

Ordinem Monialium *in honorem Conceptionis B. Mariæ Virginis* Toleti in Hispania Nobilis Virgo Lusitana, dicta *Beatrix à Silva*, fundavit, eumque *Innocentius VIII.* anno MCCCCLXXXIX. approbavit.

Ordinem Monialium *Annunciationis B. Mariæ Virginis* circa annum MCCCCXCVIII. Avarici Biturigum in Galliis instituit *B. Joanna Valesia*, Ludovici XI. Galliarum Regis filia, túmque Ordinem Summi Pontifices *Alexander VI. Julius II.* & *Leo X.* confirmarunt.

Eodem Sæculo XV. Cardinalis *Joannes de Turrecremata* Ord. Præd. Romæ instituit sub nomine B. *Virginis Annunciatæ* piam Societatem, quæ etiamnùm viget, in qua puellarum Romanarum castitati sic providetur, ut eis numerentur dotes, optioque relinquatur aut ineundi matrimonium, aut virginitatem DEO in aliquo Monasterio consecrandi.

Inter Ordines Equestres, et Militares, qui Sæculo XV. originem habuerunt, præcipui sunt Ordo *Equitum Velleris Aurei*, quem anno MCCCCXXX. *Philippus*, cognomento *Bonus*, Burgundiæ, & Brabantiæ Dux, instituit: Ordo Equitum *Lunæ Crescentis*, quem *Renatus*, Andegavensium Dux, & Rex Siciliæ, instituit anno MCCCCLXIV. Ordo Equitum *S. Michaëlis*, Archangeli, quem anno MCCCCLXIX. *Ludovicus XI.* Gallia-rum Rex instituit, ac denique Ordo Equitum *S. Mauritii*, cujus conditor fuit *Amedeus VIII.* Dux Sabaudiæ, qui tandem rerum humanarum pertæsus, in Ripallianem Eremum cum decem Mauritanis Equitibus secessit. Indè tamen eductus, & contra *Eugenium IV.* verum ac legitimum Pontificem Romanum, electus est Pontifex, dictúsque in sua Obedientia *Felix V.* Sed facti pœnitens, post novem annos, menses sex & septem dies ab electione sua, suscepto Pseudo-Pontificatu sese abdicavit, ad Ripallianam Eremum rediit, sanctè vixit, & mortuus est, multisque post obitum miraculis effulsit; sicut *Philippus Bergomensis*, & alii Scriptores probatissimæ fidei testantur.

Ordines, & Congregationes Regulares, Equestres ac Militares Sæculi Decimi Sexti.

Ordo Clericorum Regularium *Theatinorum* à *Joanne Petro Caraffa*, Episcopo Theatino, qui postea fuit Pontifex Maximus, dictus *Paulus IV.* & à tribus ejus Sociis anno MDXXIV. institutus est. Præter tria vulgaria Religiosi Status Vota, Clerici Regulares Theatini nihil possident, nec mendicandò vitam sustentant, sed dumtaxàt collatis ultrò eleemosynis aluntur.

Ordo FF. Minorum Eremitarum, qui à Caputio acuminato dicuntur *Capucini*, suum agnoscit Auctorem *Matthæum Bassium*, ex Umbria oriundum, Minoritam Observantem, qui anno MDXXV. severioris pœnitentiæ, & angustioris paupertatis desiderio inflammatus multos sibi adscivit Socios, quibuscum strictissimam *S. Francisci* Regulæ observationem suscepit. A *Clemente VII.* Pontifice Maximo anno MDXXVII. hic *Capucinorum* Ordo fuit confirmatus.

Congregatio Clericorum Regularium, qui *Somaschi* appellantur à loco ita dicto, qui est Mediolanum inter & Bergamum, Auctorem habet *Hieronymum Æmilianum*, Nobilem Venetum, qui multos Nobiles Laicos anno MDXXXI. congregavit ad gerendam Orphanorum curam. Hanc *Somaschorum* Congregationem approbavit *Paulus III.* anno MDXL. eisque *S. Pius V.* Facultatem concessit emittendi solemni ritu tria regularia vota. *Paulus* verò *V.* cum hac Clericorum Regularium *Somaschorum* Congregatione anno MDCXVI. univit alteram Clericorum Congregationem, seu Sodalitatem *Doctrinæ Christianæ*, quæ sub Pontificatu *S. Pii V.* è Venerabili Servo Dei *Cæsare de Bus*, natione Gallo, institui cœperat, ut pueri, aliique divinæ legis ignari sacrâ doctrinâ erudirentur.

Congregatio Fratrum Minorum strictioris Observantiæ, quos vulgò *Recollectos* nuncupant, circa annum MDXXX. initium habuit; fuitque confirmata à *Clemente VII.* annò MDXXXII.

Congregatio Clericorum Regularium *S. Pauli Decollati*, qui etiam appellantur *Barnabitæ* eb Ecclesia apud Mediolanum Sancto *Barnabæ* sacrâ, ipsisque concessâ, circa idem tempus instituta est, & ab eodem Summo Pontifice *Clemente VII.* confirmata.

Ordo *Jesuitarum*, seu Clericorum Regularium Societatis JESU, & à *S. Ignatio de Lojola*, Nobili Cantabro, fuit institutus annò MDXXXIV. & confirmatus à *Paulò III.* anno MDXL.

Ordo Carmelitarum Discalceatorum matrem habet *S. Theresiam* Virginem, natione Hispanam, quæ circa annum MDLXVIII. an-

tiqnàm primæ Carmelitarum Regulæ, & priſcæ Diſciplinæ Regularia obſervantiam, tam pro viris, quàm pro fœminis in ſuo Thereſiano Ordine Sanctiſſimè reſtituit.

Congregatio *Fratrum Joannis à DEO*, ſeu à *Charitate*, à S. *Joanne à Deo*, natione Luſitano, anno MDXXXVIII. apud Granatam habuit exordium, ſed non niſi anno MDLXXII. fuit confirmata. In curandis pauperibus infirmis unicè verſatur hæc Congregatio.

Congregatio Italica Oratorii anno JESU MDLXXV. à S. *Philippo Nerio*, Presbytero Florentino, fuit Romæ inſtituta, ejusque Conſtitutiones anno MDCXII. confirmavit *Paulus V.* Pontifex Maximus.

Congregatio Clericorum Regularium miniſtrantium infirmis Auctorem babet *Camillum de Laliis*, Theatinæ Diœceſis Presbyterum, qui eam Romæ inſtituit, & poſteà *Sixtus V.* anno MDLXXXV. approbavit.

Congregatio B. *Mariæ Fulienſis*, ſeu Ciſtercienſium, qui dicuntur *Fulienſes*, cœpit in Galliis anno MDLXXVII. auctore *Joanne Barreira*, Gallicè *de la Barriere*, qui ad veterem SS. *Benedicti*, & *Bernardi* Monaſticam Diſciplinam Ciſtercienſes Monachos reduxit. Hanc Congregationem *Sixtus V.* anno MDLXXXVI. comprobavit, & *Clemens VIII.* ac *Paulus V.* Abbatis Ciſtercienſis ſubjectioni exemerunt.

Ordo S. *Baſilii* in Italia, Sicilia, Hiſpaniâque reſtauratus eſt à *Greg. XIII.* anno MDLXXIX. Monaſteriis hujus Ordinis ſub Abbate in unam Congregationem redactis.

Congregatio Clericorum Regularium Minorum, Auctore *Auguſtino Adorno*, Genuenſi Presbytero, ejúsque Sociis ſub tribus religioſæ vitæ ſubſtantialibus votis à *Sixto X.* confirmata eſt anno MDLXXXVIII.

Denique, Sæculo decimo ſexto inſtituti fuerunt duo Equeſtres Ordines, videlicèt Ordo Equitum ſub nomine *S. Stephani* Pontificis, quem *Coſmus*, Florentiæ Dux, anno MDLX. inſtituit, & *Pius IV.* Pontifex Maximus anno MDLXII. unà cum ejus Statutis confirmavit, ipſumque *Coſmum*, & alios pro tempore Florentiæ Duces, Magnos Magiſtros Ordinis, ſeu Militiæ conſtituit. Alter Ordo Equeſtris, ſeu *Torquatorum Equitum*, & *Commendatorum S. Spiritus* ab *Henrico III.* Galliarum Rege anno MDLXXIX. inſtitutus eſt, eò quòd conchyliatus Ordo Equeſtris *S. Michaëlis*, inſtitutus à *Ludovico XI.* Rege, adeò obſoleverat, ob communicatum promiſcuè omni hominum generi hunc præcipuum Nobilitati & militaribus meritis honorem debitum, ut à Principibus viris contemptui haberetur. Noluit attamen Rex *Henricus III.* Ordinem S. *Michaëlis* omninò extinguere, ſed edixit, ut hi, qui nobiliori Commendatorum *Spiritûs Sancti* Ordine honeſtarentur, ipſum quoque Sancti *Michaëlis* Ordinem ſuſcipere tenerentur. Hic Ordo Equitum Torquatorum, ſeu Commendatorum *S. Spiritus*, toto Orbe præſtantiſſimus eſt, eminetque inter alios duos Equeſtres Ordines, videlicèt *S. Lazari & Sancti Ludovici*, qui etiamnùm in Galliis vigent.

Ordines Regulares, ac variæ Congregationes, quibus initium dedit Sæculum XVII.

Congregatio Gallicana *Oratorii JESU*, cujus Inſtitutor ac primus Generalis Præpoſitus fuit *Petrus de Berulle*, Presbyter Pariſinus, & poſteà S. R. E. Cardinalis, confirmata fuit à *Paulo V.* Pontifice Maximo, an. MDCXIII.

Congregatio Clericorum Regularium, quæ *Matris DEI* appellatur, ſeneſcente Sæculo decimo ſexto exordium habuit, Auctore Venerabili Servo Dei R. P. *Joanne Leonardio*, Lucenſi, qui vitæ ſanctimoniâ, charitate, prudentiâ, cæterisque virtutibus Chriſtianis exornatus, Summis Pontificibus, & Principibus, ſed præſertim *S. Philippo Nerio* cariſſimus fuit, & obiit anno MDCIX. Hanc Congregationem, ab illo Servo DEI inſtitutam, *Gregorius XV.* Pontifex Maximus, inter cæteras Congregationes Regulares, quibus illuſtratur Eccleſia, die III. menſis Novembris anni MDCXXI. retulit, ùt videre eſt in ejusdem Pontificia Bulla, quæ in Archivo iſtius Congregationis Clericorum Regularium *Matris DEI* aſſervatur. Quantùm ſuâ operâ naſcèntem hanc Matris DEI Congregationem juverit R. P. F. *Paulinus Bernardinius*, Nobilis Lucenſis, & eximius vir pietatis, Ordinis FF. Prædicatorum, teſtatur eadem *Matris Dei* Congregatio, quæ hunc *Paulinum Bernardinium*, ceu ſingularem benefactorem, ac veluti fundatorem veneratur, ejusdemque effigiem cum hoc elogio inter ſuos habet: *Paulinus Bernardinius, Prædicatorum Ordinis grande ornamentum, Congregationis noſtræ necdum affulgente ſpe ejus condendæ, Leonardio Author fuit; mox aggredientem conſilio, manu, authoritate juvit, rexit, confirmavit. Itaque Congregationem Bernardinio, huic Leonardium debemus.* Ex hac illuſtri Clericorum Regularium Congregatione *Matris Dei* clariſſimi prodierunt Scriptores, quos inter præcipui numerantur *Cæſar Franciotus*, patriâ Lucenſis, qui *Soliloquiorum* librum edidit, & plure Opera Aſcetica & Hiſtorica; *Hieronymus Florentinius*, patriâ Lucenſis, qui ſingularem edidit librum, cui titulus eſt: *Diſputatio de miniſtrando Baptiſmo humanis fœtibus Abortivorum.* In Linguarum Orientalium notitia peritiſſimus fuit *Ludovicus Maracci*, patriâ Lucenſis, *Innocentio XI.* Pontifici Maximo à Sacris Confeſſionibus, duósque Tomos in Folio lucubravit, quorum prior inſcribitur: *Prodromus ad refutationem Alcorani*, Alterius verò titulus eſt: *Refutatio Alcorani.* Præmittere non debeo quatuor alios ejusdem Congregationis eximios Scriptores, *Hippolytum Maracci*, patriâ Lucenſem, qui in laudem Beatiſſimæ Virginis *Mariæ* multos in lucem libros emiſit; *Franciſcum Maria Campioni*, patriâ Genuenſem, qui, præter quædam Opera Moralia, & libros, quos edidit ſive pro Inſtructione Clericorum, qui Sacris Ordinibus ſunt initiandi, ſive pro Inſtitutione eorum, qui ſe præparant ad audien-

audiendas in Tribunali Pœnitentiæ Fidelium Confeſſiones, publicavit Diſſertationem Scholaſticam *de neceſſitate imperfecti amoris Dei ad obtinendam gratiam in Sacramentis mortuorum.* Adversùs prætenſam *Lutheri, Calvini, & Janſenii* Reformationem librum ſcripſit *Conſtantinus Roncaglia*, Lucenſis. Concinnavit etiam idem Scriptor *Hiſtoriam Variationum Eccleſiarum Proteſtantium*, & Philoſophos recentiores, quos vocant *Atomiſtas*, ſpeciali libro confutavit, cui titulus eſt: *Quæſita Dogmatica & Moralia, quibus acceſſit Opuſculum de Speciebus Euchariſticis adversùs Atomiſtas.* Denique *Bartholomæus Beverinus*, Lucenſis, Scriptor elegans, præter nonnulla Opera, quæ publici Juris fecit, Reipublicæ Lucenſis Hiſtoriam cultiſſimo ſtylo deſcripſit, quæ tamen, neſcio quo fato, nec dum publicam lucem adſpexit, ſed in Cœnob. Lucenſi Clericorum Regularium ejusdem Congregationis Matris Dei manuſcripta aſſervatur. Hæc de illuſtri Congregationis Matris Dei ejusque præcipuis Scriptoribus clariſſimis paulò fuſiùs hìc à me dicta ſunt, quòd in ultimo Tomo Colloquiorum noſtrorum in Hiſtoriam Eccleſiaſticam Sæculi XVII. ea è memoria & calamo meo exciderint.

Congregatio *Pauperum Matris DEI Piarum Scholarum*, dicta vulgò *Paulina*, quod ſub Pontificatu *Pauli V.* id eſt, an. MDCXVII. inſtituta ſit à Nobiliſſimo Viro *Joſepho Calaſantio*, Aragonenſi, ut juvenes tam Clerici, quàm Laici pauperes ad pietatem, & ad liberales artes, gratis inſtituti, Literis incumberent, & honeſtam vitæ rationem tenerent; ſub Pontificatu *Gregorii XV.* inter Congregationes Clericorum Regularium locum habere meruit.

Ordo Monialium *Viſitationis B. Mariæ Virginis* Authorem habet *S. Franciſcum Saleſium*, Epiſcopum Genevenſem, qui Monialibus hujus Ordinis Anneſſiaci in Sabaudia circa annum MDCX. regularis vitæ normam præſcripſit, eisque præfecit *Joannam Franciſcam Fremiot de Chantal*, Divione in Galliis natam, & venerabilem DEI Servam, quæ plura ejusdem Ordinis excitavit Monaſteria.

Ordinem Monialium *Urſulinarum* ſub Regula *S. Auguſtini* ad erudiendas litteris & bonis moribus puellas, Pariſiis anno MDCXL. condidit Nobilis Vidua *Maria l'Huillier*, Domina *S. Boba*, noviſque à ſe inſtituti Monialium Ordinis confirmationem à *Paulo V.* obtinuit eodem anno.

Congregationem Monialium ſub nuncupatione *B. Mariæ Virginis*, ad puellas itidem litteris & pietate imbuendas inſtituit venerabilis Servus DEI *Petrus Forerius*, Parochus Matencurii in Lotharingia, & Canonicorum Regularium *S. Auguſtini* Congregationis *S. Salvatoris* reformator, & Sanctitatis famâ clariſſimus.

Congregatio Monialium Benedictinarum primæ Regulæ ſub nomine *B. Mariæ de Calvario S. Scholaſtica* in Galliis circa an. MDCXVII. inſtituta fuit ab *Antonieta Aureliana*, filiâ *Ludovici*, Ducis Longavillani.

Congregationis *Piorum Miſſionariorum* Auctor ac Inſtitutor fuit *Carolus Carafa*, Neapoli è nobiliſſima ortus familia. Hæc Congregatio, quæ à *Gregorio XV.* fuit approbata, regitur à Præpoſito triennali, ejusque alumni, nullo licèt Religionis voto obſtricti, Miſſiones exercent, vigiliis ac jejuniis corpus jugiter macerant, & magno cum fructu cunctis laboribus perfunguntur, quos viri Apoſtolici ad excolendam vineam Domini obire ſolent.

Congregatio *Presbyterorum Miſſionariorum* in Galliis circa an. MDCXXVI. inſtituta eſt à venerabili Servo Dei *Vincentio à Paulo* & per univerſum Orbem dilatata multos protulit Viros Illuſtres, qui tum Miſſionibus, tum Concionibus, editisque Aſceticis libris, plurimos in CHRISTO filios multo ſudore genuerunt.

Congregationem reformatam inſtituit in Gallo-Provincia *P. Antonius Cuveus*, Ordinis Prædicatorum, ſub nomine *Sanctiſſimi Sacramenti*, cujus Alumni continuò Miſſionibus inſiſtunt, ſummam paupertatem, & omnes Ordinis Prædicatorum Conſtitutiones ad ſtrictiſſimos juris apices obſervant. Plura etiam ejusdem Prædicatorum Ordinis Monaſteria Sæculo XVII. reformavit in Galliis *P. Sebaſtianus Michaëlis*, Diſciplinæ Regularis obſervantiæ Reſtitutor eximius, & ejusdem Prædicatorum Ordinis Profeſſor.

Gallicanam Congregationem diſcalceatam *Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum*, annuentibus ac probantibus Summis Pontificibus *Clemente VIII. Gregorio XV.* & *Urbano VIII.* inſtituit Venerabilis *P. Hieronymus à Sanctiſſimo Sacramento* ejusdem Ordinis alumnus, natione Gallus.

Denique, Sæculo decimo ſeptimo duæ laudatiſſimæ inſtitutæ ſunt Congregationes Monaſticæ, quarum prima, ſeu Congregatio *S. Mauri* Ordinis *S. Benedicti*, ad petitionem Regis Chriſtianiſſimi *Ludovici XIII.* ſub Pontificatu *Gregorii XV.* erecta fuit an. MDCXXI. & confirmata ab *Urbano VIII.* anno MDCXXVII. Eccleſiam univerſam hæc Benedictina *S. Mauri* Congregatio pietate & eruditione hactenùs mirum in modum illuſtravit.

Alteri Congregationi Monaſticæ, quæ eſt Ordinis Ciſtercienſium, initium dedit in Galliis *Armandus Joannes Butillierius Rancæus*, qui in Monaſterium *Domus Dei de Trappa*, cujus ex Abbate Commendatario factus eſt Abbas Regularis, primævos Ordinis Ciſtercienſium uſus, penè obſoletos & antiquatos revocavit, Monachosque ad ſeveriorem Monaſticam diſciplinam, & rigidiſſimum vivendi genus adduxit. Hæc Congregatio, ſeverioris Diſciplinæ Monaſticæ Ordinis Ciſtercienſium tenaciſſima, præter Monaſteria, quæ habet in Galliis, duo in Italia obtinet Monaſteria, ſive Abbatias, in quibus Monachi veteres Ordinis Ciſtercienſium uſus, & *S. Benedicti* Regulam, magno cum fervore ad minimos usque apices retinent, & ad amuſſim obſervant.

Hic

Hic quatuordecim Tabulis Chronologicis, quas ad illustranda Historiæ Ecclesiasticæ tempore contexui, coronidem lubens impono, in quibus si aliquot circà Chronologiam errores offendat eruditus Lector, facilè mihi, ut spero, pro sua benignitate condonabit. Nec enim, ut candidè fatear, unius est hominis videre omnia, nedùm examinare. Unus in uno clarius videt, alter in altero, alius in alio. Sic in dies lux crescit & eruditio, & multorum splendoribus redditur Ecclesia illustrior; sic & bona melioribus, dum multi intendunt oculos, permutantur. Cæterùm (mihi testimonium perhibente conscientiâ meâ) palàm & intrepidè profiteor, me in describenda Historia Ecclesiastica nullo partium studio, nec humano aliquo affectu fuisse abreptum, quia Historicum Scriptorem, utpotè personam publicam, eodem loco, quo Judicem, personam itidem publicam, repono, & parem ob utrisque gravitatem, veri & æqui curam rerum scribendarum, perinde ac judicandarum severissimum examen efflagito; nihil patior ab illis gratiæ & odio dari, vel ullo partium studio laborare, sed, quoad ejus fieri potest, omni humano affectu intactos, aut majores esse volo. Undè, quemadmodum Judex maximam curam adhibere debet ad veritatis indaginem, ad testium examen, ad suum cuique tribuendum, ita ut maximi criminis reum se faciat, si pro virili parte jus suum unicuique non reddat, quia non fit persona publica, ejus judicio stant omnes in rebus, de quibus fert Sententiam; ita Scriptor Historicus debet omnia excutere, quàm diligentissimè, & ab Authoribus, quos in fidem advocat, fidem exigere incorruptam, & suspectam ac nullam habere, si vel minimùm subodoratus fuerit, eos aliquid suis affectibus indulgere. Si autem aliter se gesserit Scriptor Historicus, gravissimi certè in Republica Literaria criminis reus evadet, quia cùm sit persona publica, cujus fidei committitur examen rerum ab antiquis gestarum, quas omnibus non licèt per se investigare; Sententiam ejus sequuntur plerique, qui verbis ejus fidem adhibentes, decipiuntur, dum errorem pro veritate amplectuntur. Quæ cùm ita sint, iniquè prorsùs egissem, si in describende Historia Ecclesiastica, falsa ut vere, obscura ut clara, dubia ut certa obtrudere voluissem. Sciebam quippè, mentiri Christianis omnibus, multò magis religiosam vitam professis, nullâ unquam ratione licere, longèque minùs, cùm mendacium multis exitiale est ac perniciosum, sicut contigit in Scriptore Historico, qui mendacio vertit in perniciem multorum, quos secum in errorem trahit. Omni igitur, quo potui, animi candore, ingenuè & apertè dixi, quod verum esse novi. Fateor attamen pro ea, quæ Religiosum virum decet, sinceritate, me quibusdam in locis coactum fuisse, habitâ ratione temporis, loci, personarum, & quorumdam circumstantiarum, aliquid veri tacere, nihil tamen falsi me dixisse ultrò fatebitur Lector, qui Colloquia mea in Historiam Ecclesiasticam ab omni præjudicata opinione vacuus legere non gravabitur. Nunc igitur; post ebibitum, satis superque oleum lucernæ, manum è tabula subduco, ac dulci deinceps fruiturus otio, mihi, Musisque, quæ invidiam nesciunt, & malignum docent spernere vulgus, intrà spatium canam.

Faxit Deus Optimus Maximus, ut omnia, quæ hactenùs à me in rem Theologiæ Candidatorum scripta sunt, in ejus gloriam, ac Beatissimæ DEI Genitricis Mariæ Virginis, Sanctissimi Patris DOMINICI, & totius Curiæ Cælestis honorem cedant, possintque omnes Historiæ Ecclesiasticæ studiosi hæc, quæ in Historiam Ecclesiæ instirui, literaria Colloquia, lectitando, citra ullum erroris periculum, & inoffenso pede decurrere ac perlustrare singula, quæ ab exordio Ecclesiæ ad hæc usque tempore compendiosè referuntur. Verùm, quia labi humanum est, benignum Lectorem etiam atque etiam obsecro & obtestor, ut meos lapsus pro sua benevolentia condonet, eaque mihi indulgeat, quæ quidem tolerabilia sunt, excepto, si quid contra quempiam inofficiosè, maximè si quid vel tantillum contra debitam Catholicæ Romanæ Ecclesiæ, Sedisque Apostolicæ, reverentiam vel doctrinam mihi nec cogitanti, & nolenti excidisset. Absit enim, ut ab hac Regula veritatis, Matre, inquam, Ecclesiâ unquam dissentiam; cujus judicio ac Censuræ quæcumque hactenùs scripsi, vel posthàc, si mihi suppetant vires, scripturus sum, summâ, quâ par est, animi demissione; in cujus sinu & fide semper vixi, & constanter, bene fortunante Deo, mori exopto, atque membratim potiùs discerpi eligam, quàm ut à Romanæ Ecclesiæ, Sedisque Apostolicæ Doctrina & Definitionibus nelatum quidem unguem deflectam, quandiù quidquam spiritus calebit in corpore meo.

In his faciam finem sermonis. Et si benè, & ut Historia competit, hoc & ipse velims sie autem minus dignè, concedendem est mihi. Sicut enim vinem semper bibere, aut semper aqeam, contrarium est; alternis autem uti delectabile; ita legentibus, si semper exactus sit sermo, non erit gratus. Verba sunt Sacri Auctoris lib. 2. Machab. Capite ultimo. Ut autem candidè Lector, majori cum fructu ea, quæ hactenùs de Historia Ecclesiastica scripsi, legere possis addam saluberrimum *S. Augustini* lib. 1. *De Trinitate* cap. 3. monitum, his verbis expressum: *Quisquis hæc legit, ubi pariter certus est, pergat mecum; ubi errorem suum cognoscit, redeat ad me; ubi meum, revocet me; ita ingrediamur simul charitatis viam, tendentes ad eum, de quo dictum est:*

Quærite faciem ejus semper.

FINIS totius Operis.

INDEX



INDEX
GENERALIS,
AMPLUS & ACCURATUS,
IN QUO

Juxta Ordinem Alphabeticum, designantur res præcipuæ, ac materiæ, quæ in singulis Tomis

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ,
variis Colloquiis digestæ

R. P. FR. IGNATIO HYACINTHO AMAT DE GRAVESON,
Sacræ Facultatis Parisiensis Doctore, & Collegii Casanatensis Theologo, Ordinis Prædicatorum,

sparsim continentur.

NB. *Prima Nota Numeralis Romana Tomum; altera Nota Numeralis communis Paginam Tomi; Littera* a *latus paginæ anterius*, b *posterius indigitat.*

A.

Agat-

Ana-

B.

Basi-

Canon

Cleri

Coo-

D.

Du-

Euse-

F.

Felix

Fridericl

G.

 Gratiæ

Gre-

H.

Gallia-

I.

Joan-

Jodo-

Justus

Libel-

Lutheri

Mo-

Mysti-

N.

Nicolai,

O.

in

P.

Paulin:

Philip-

Ri-

S.

Scleu

Sophia-

T.

Tibe-

Turo-

FINIS Indicis Materiarum.

